

88 (Mgm)
E98-4.
-B
L

Digitized by Google

FIC
313.1

Digitized by Google

Digitized by Google

98. 4.

Digitized By Google

Digitized by Google

R 248930 , 31. 301

EVRIPIDIS POETAE ANTIQVISSIMI AC sapientissimi, Tragicorũ uerò (ut Plato & Aristoteles testantur) omnium principis, cuius singulos uersus singula se testimonia M. Cicero putare ait, Tragœdiæ XVIII. singulari nunc primum diligentia ac fide per DOROTHEVM CAMILLVM & Latio donatæ, & in lucem editæ.

Quorum catalogum uersa statim pagella reperies.

Adiecimus quoq; de Poëtæ uita, & scribendi ratione quædam ex Emanuele Moschopolo, Thoma Magistro, Suida, alijs.


BASILEAE.

BIBLIOTECA

Digitized by Google

TRAGOEDIARVM EVRIPIDIS, quæ quidem extant, hocq; in uolumine continentur, Catalogus.

Hecuba
Oreſtes
Phœniſſæ
Medea
Hippolytus
Alceſtis
Andromache
Supplices
Iphigenia in Aulide
Iphigenia in Tauris
Rheſus
Troades
Bacchæ
Cyclops
Heraclidæ
Helena
Ion
Hercules furens.



Digitized by Google

EMANVELIS MOSCHOPVLI BREVIS DE VITA Poëtæ expositio.



EVRIPIDES Mnesarchi, aut Mnesarchidis & Clitonæ filius fuit. qui exilio pulsi, in Bœotiam commigrarũt, hinc in Atticam. Falso uerò refertur, matrem eius olerum uenditione uictũ quæsiuisse, cum clarissimo genere prognata fuerit, ut Philochorus de ea testatur. In ipsa autem Xerxis expeditione, materna aluo delituit: in lucem editus, cum iam Græci Persarũ uim repulissent. Primò quidem pictoriã artem secutus, hinc Prodicum in rhetoricis, Socratẽ in ethicæ & philosophiæ studio præceptorẽ habuit. Quin et Anaxagoram audiuit Clazomenium. Ad Tragœdiam uerò se contulit, cum Anaxagorã propter

Digitized by Google

ſparſa in publicum dogmata periclitari uideret. Forma erat toruus & triſtis, commerciorumq; fugiens: unde et mulierum oſor habitus eſt. Vxorem tamē primam duxit Chœrilam, filiam Mneſilochi: è qua Mneſilochum, Mneſarchidem, & Euripidem filios ſuſcepit. Hac uero repulſa, duxit aliā. Sed et illā impudentē expertus, relictis Athenis, ad Archelaū Macedonū regem ſe contulit, apud quem ſummo cum honore uixit. Obijt autem ex inſidijs Aribæi Macedonis & Crateuæ Theſſali poëtarum: qui inuidia aduerſus ipſum commoti, regiū famulum Lyſimachū nomine ſubornarūt, decem minis corruptū, ut regios, quos ipſe alebat, canes in Euripidē immitteret. Alij uero non à canibus, ſed à mulieribꝰ diſcerptum tradiderunt, cum importuno tempore ad Archelai amaſium Craterum (nam & huiuſmodi amoribus delectatum eſſe ferunt) uel, ut alij, ad Nicodici Arethuſij

thusij uxorem accederet. Annis uixisse dicitur septuaginta quinque, & ossa eius à Rege in Pellam translata. Fabulæ eius secundum aliquos feruntur LXXV. secundum alios XCII. Victorias adeptus est quinque: quatuor quidem uiuens adhuc, quintam uero iam mortuus. Obijt autem Olympiade nonagesima tertia.

EIVSDEM MOSCHOPOLI *explanatio, de Idolo.*

DE Idolo quoque dicere instituimus. Cum enim nomẽ hoc omnibus linguis usitatum, non tamen adhuc explicatũ sit, sed diuerso sensu distrahat: necesse omnino erit, quid sit, et unde hanc notam traxerit, exponere.

Nonnunquam quidẽ corporũ idola, animas uocamus: & rhetorem εἰδωλοποιὸν dicimus, qui separatis à corpore animabus sermonem affingit. Philosophi uero omnes deteriora meliorum & præstantiorũ idola uocarunt. quod

Digitized by Google

etiam è quotidiano usu uidere licet. Sic enim ænea statua Herculis idolum, hæc uerò Theseï: & ænea lupa infantibus ubera submittens, figmenta quidem sunt ueteris opificij, idola uerò ueritatis, secundum quam Remus & Romulus à Faustulo in littus eiecti, uiuentis lupæ ubera suxerunt. Quæ ergo huius differentiæ ratio? Ego sanè uarie discutiendo, exponendo'que arbitror, quod non ipsa anima, sed ipsum corpus animæ idolum sit, utpote peius melioris & præstantioris idolum. Quoniam animæ ceu spectra uisæ corporeis formis, uidentium potentiæ offeruntur, opacis quidem & confusis, sed & in uniuersum obscuris, & propterea corporum idola dicuntur: corpus quidem secundum ueram figuram & tactum solidum & resistendi uirtutem habentes, colorẽ etiam album, & graue illud

ue illud terrenum'que, non tamen per aëra inuolitantes. Polydori autem anima, nequaquam sic Hecubę apparuit, sed obscurior, umbræ similior, & cognitu difficilis. Huiusmodi itaq; formam obscuram & confusam, sapientes idola uocarunt, corporum scilicet animas. Plato siquidem in Phædone, obscuriora spectra in sepulchris uisa, ψυχὰς φιλοσωμάτους, quasi animas corporum amatrices, nominauit: quod neq; post hunc è uita discessum ad puriorem lucem peruenerint, sed adhuc corporibus propter seruilem uoluptatem tantum adamatis adhæreant. Et propterea idolum corporis est anima, rursus uerò corpus animæ idolum est. quoniam quod illi oculus, huic mens: & quod illi tactus, huic ratio, uel iudicandi facultas est. Præstantior est autem oculo mens, & rationalis solertia tangẽdi facultate superior. Et ob hæc rursum corpus animę idolum est.

Digitized by Google

Hoc uero nomen Christianorum religio repudiauit, quòd Græcorum deorum effictio hoc celebrari & confirmari uideretur.

THOMAE MAGISTRI, BREuis ipsius Poetæ & Fabulæ argumenti explicatio.

EVripidi poetę patria Athenæ fuerunt: parentes Mnesarchus caupo, & Clito olerũ uenditrix. Natus uero in Salaminia insula Atticæ oppositа, regnante Callione, circiter septuagesimam quintã Olympiadẽ, cum Xerxis classem Athenienses superauerunt. Primũ quidem pancratia & cestuũ certamina secutus est, quia pater oraculo admonitus erat, filium coronariorũ certaminũ uictorem fore, quę res & suum euentum sortita est. In his enim, cum Athenis esset, uictor abijt. Inde cũ ad dicendi studium accessisset, Anaxagoræ, Prodici, & aliorum quorundã fuit discipulus. Cũ uero solers esset, ut quisquam

quã alius, & laborũ patiens, ad Tragœ diam animum appulit: in qua etiã clare excelluit. Multa enim huic arti intulit, quibus nemo ante illũ usus erat. Initiò enim fabulæ argumentũ delineare, & auditorẽ ceu manu præhensum ad ulteriora deducere, Euripidis artificiũ est. Mirus autem in dictorum suorum perspicuitate & maiestate, et ipsum sensum argumentis ac rhythmo amabili uariegando, et cõtinuas sententias unà cum argumentis rei idoneis inducendo. Scripsit quidẽ in uniuersum fabulas nonaginta duas, inter quas octo tantum Satyricæ habentur. Adeptus uerò est omnibus his uictorias quindecim. Certamina primò subijt annos natus uiginti quinq;. Ferunt ipsum & pictorem fuisse, eiusq; tabellas exhiberi Megaris. Repudiata uero quam primò uxorem duxerat, Chœrilã superinduxit: è qua filios suscepit tres, Mnesarchidem mercatorem, Mnesilochum

Digitized by Google

mimum,& cognominem sibi Euripidem, dicendi studio intentum. Seuerus porro erat,& asper moribus, lætitiæ osor, & tetricus : propter quæ & Aristophanes taxans eum dicit, Difficilis conuentu mihi Euripides. Cæterum cum proprium mimum Cipheso phontem cum uxore deprehendisset, & eam uix ferret contumeliã, sæpe taxatus à Comicis, relictis Athenis in Macedoniã se contulit, ad Archelaum regem. à quo honeste susceptus, honoribusq; auctus, ad summã dignitatem peruenit. Ibi uerò cum moraretur,& forte fortuna per nemus aliquod cogitabundus incederet, à canibus Archelai dilaniatus est, Macedonum rege ad uenationẽ exeunte, annum iam agens septuagesimum. Sepultus est quidem in Macedonia, sed & Athenis monumentum in eius memoriã extructum est, cui Thucydides historicus, uel Timotheus musicus hæc inscripsit :

Græcia

Græcia tota quidem monumentũ Euripidis, ossa
Terra tenet Macedum, quæ fera fata dedit.
Cecropidum tellus patria est: sed carmine Musas
Mulcens, in multis laude decente nitet.

Narratur uerò, ad nunciũ mortis eius omnes quidem Athenienses luxisse: Sophoclem uerò ipsum, pulla amictũ tunica, mimos suos sine coronis in certamen tunc temporis celebratum introduxisse. Est & Philemon eum amore tanto prosecutus, ut hęc de ipso scribere non dubitauerit,

Quod si reuera mortui, ut quidam uolunt,
Sensus haberent funeri superstites,
Finire uitam mihi laqueo meam uelim,
Vt pascerem oculos intuendo Euripidem.

Tantæ sanè dignitatis Euripidem esse existimauerunt.

EPIGRAMMATA

Digitized by Google

Euripidem. Ionis.

Vallibus in nigris gaudeto Euripide fœlix
Pieriæ, quamuis nox tenebrosa premat.
Nam quoq; defunctus nosti, quod fama perennis,
Et par Mœonidæ gratia culta tibi est.

In eundem.

Si crudele dedit nimis ah Euripide fatum,
Vt rapidûm fieres cœna parata canum,
Suauisonum scenæ cantorem, nobile gentis
O pignus patriæ, Cecropidumq; decus.
Qui licet altarum tractares pondera rerum,
Miscebas Tragicis dogmata docta iocis:
Pellæam intrasti tumbam, quo forte iaceres
Pieridum cultor nunc prope Pierides.

In eundem.

Græcia tota quidem monumentum Euripidis, ossa
Terra tenet Macedum, quæ fera fata dedit.
Cecropidum tellus patria est, sed carmine Musas
Mulcens, in multis clarus honore nitet.

In eundem.

Non monumenta tibi posita hæc Euripide, sed tu
His: nam te propter his sua fama manet.

In eundem.

Tota est monumentum Græcia tuum Euripides.
Non muta tibi mors, totus haud extinctus es:
Sed fama uiuit, & tuum nomen uehit.

Digitized by Google

EVRIPIDIS VITA EX Suida, & R. Volaterrano.

EVripides Athenienſis poëta tragicus, natus quo die Xerxes rex ab Athenienſibus fugatus eſt. Fuit primo in rhetorica Prodici diſcipulus, deinde Socratis in philoſophia. Ad tragœdiã conuerſus, ſecutus eſt Anaxagoram. Athenis diſcedens, uenit ad Archelaum Macedoniæ regem, apud quem in honore fuit. Veneris omnino abſtinens, ex quo μισογύνης, id eſt, oſor mulierũ putabatur. Duxit tamen uxores duas. Exceßit noctu, diſcerptus à canibus, annũ agẽs LXXV. Eius oſſa Pellã translata, iuſſu regis. Scripſit Dramata LXXV, uicit quinque. Hæc Suidas.

Gellius uero de eo hæc refert. Euripidis poëtæ matrem Theopompus agreſtia olera uendentem, victum quæſiſſe dicit. Patri autem eius, illo nato reſponſum eſt à Chaldæis, eum puerum, cum adoleuiſſet, victorem in certaminibus fore. Id ei puerò fatum eſſe pater interpretatus, athletam debere eſſe: roborato exercitatoq; filij corpore, Olympiam certaturum eum inter athletas pueros deduxit. Ac primo quidẽ in certamine per ambiguã ætatem rece ptus nõ eſt. Pòſt Eleuſinio & Theſeo certamine pugnauit, ac coronatus eſt. Mox à corporis cura ad excolendi animi ſtudiũ tranſgreſſus, auditor fuit Phyſici Anaxagoræ, et rhetoris Prodici. in morali aũt philoſophia, Socratis. Tragœdiam ſcribere annos natus duode-

Lib. 15. cap. 20

duodeuiginti adortus est. Philochorus refert, in insula Salamine spelunca esse tetram et horridam, quam nos uidimus, in qua Euripides tragœdias scriptitarit. Mulieres ferè omnes maiorē in modū exosus fuisse dicitur, siue quod natura abhorruit à mulierū cœtu, siue quod simul duas uxores habuerat: cum id decreto ab Athenien sib. facto ius esset, quarū matrimonij pertædebat. Eius odij in mulieres Aristophanes quoq; meminit ἐν ταῖς πρωτέραις θεσμοφοριαζούσαις his uersibus.

νῦν δ' ἐπάσαισι παραινῶ, καὶ λέγω,
τοῦτον κολάσαι τὸν ἄνδρα πολλῶν ἕνεκα.
ἄγρια γὰρ τινὰ, ὦ γυναῖκες, δ' ῥᾳτι, μὰ ἀγρίοις
τοῖς λαχάνοις αὐτὸς τραφάς.

Alcxander autē Aetolus hos de Euripide uersus cōposuit.

ὁ δ' ἀναξαγόρου τρόφιμος ἀρχαίου,
τριφυὲς μὲν ἰμοίγε δοκεῖ προσιπεῖν,
καὶ μισογύνης, καὶ τυβάννιον. οὐδὲ παίροιμ'
μιμαθυμνὼς, ἄλλοτε γράψαι τόδ' ἄν
μίλητος καὶ σιρένων ἐτετύχει.

Is cū in Macedonia apud Archelaū regem esset, ute returq; eo rex familiariter, rediēs nocte ab eius cœna, canibus à quodā æmulo immissis dilaceratus est, & ex his uulneribus mors secuta est. Sepulchrū autē eius, & memoriā Macedones eo dignati sunt honore, ut in gloriæ quoq; loco prædicarent.

οὔπστι

ἔστι σὸν μνῆμα Εὐριπίδης ὅλιτο πᾶ.

Quod egregius poëta morte obita ſepultus in eorũ terra foret. Quamobrẽ cũ legati ad eos ab Athenienſibus miſſi petiſſent, ut oſſa Athenas in terrã illius patriam permitterent transferri, maximo cõſenſu Macedones id eare deneganda perſtiterũt. Hæc Gellius.

Celebratur & à Quintiliano his uerbis: Euripides & Sophocles tragœdiã longè clarius illuſtrauerunt: quorũ in diſpari dicendi uia, uter ſit poëta melior, inter plurimos quæritur. Illud quidẽ nemo nõ fatetur neceſſe eſt, eũ qui ſe ad agendum comparauerit, utiliorẽ longe Euripidem fore. namq; is in ſermone magis accedit oratorio generi, & ſententijs denſus, & rebus ipſis, & in his quæ tradita à ſapientibus ſunt, penè ipſis par, & in dicendo ac reſpondendo cuilibet eorũ qui fuerunt in foro diſerti, comparandus. In affectibus uero cum omnibus mirus, tũ in his qui miſeratione conſtant, facile præcipuus. Hunc et admiratus maxime eſt, ut ſæpe teſtatur: & ſecutus, quanq; in opere diuerſo, Menander. &c. Lib. 10.

Cicero autem in quadã epiſtola: Euripidẽ quanti tu facias neſcio. Ego certe ſingulos eius uerſus ſingulis teſtimonijs puto. Lib. 16. Familiarium.

Digitized by Google

Digitized by Google

EVRIPIDIS HECVBA.

ARGVMENTVM.

POST expugnationē Troiæ soluentes Græci, appulerunt in oppositam Thraciæ Cherronesum, cuius imperium obtinebat Polymestor: ubi sanè etiam uacuum sepulchrū extruxerunt Achilli, sepulto in Troia. Cum morati essent illic dies nonnullos, ut res suas bene ordinarent, iamq; soluturi essent, uisa Achillis umbra super sepulchrum, continuit Achæos à solutione: postulans præmium honorarium sibi dari, filiam Priami Polyxenam, eam quæ antea ei desponsata fuerat à patre Priamo, propter quam interijt à Paride & Deiphobo sagitta confossus, cum sponsalia cum illo peracturus esset Priamus. Græci itaq; memores beneficiorum, quibus affecti erant ab ipso, & honorantes uirtutem uiri, decreuerunt immolandam Polyxenan super tumulum herois. Miserunt uero Vlyssem Laertis filium ad matrem eius Hecubam, utq; puellam caperet, & uarietate orationis (talis enim erat hic uir) persuaderet Hecubam, ne ægre ferret abductionē filiæ. Cum itaq; uenisset Vlysses, reperit puellam adiutantem illum, sed et persuadentem matrem, quod mori potius ei conueniret, quàm uiuere præter

Digitized by Google

dignitatem. Immolata deinde uirgine, Hecuba ancillam suam misit ad littora, ut aquam inde deferret ad lauacrum Polyxenæ. inuenit autem Polydorum illic iacentẽ. Cum enim cognouit Polymestor captã Troiam, iugulatum illũ proiecit in mare, ut ipse haberet aurum, quod Priamus ad illum miserat clam, non ita pridem cum Polydoro filio, cum cerneret Ilium ad periculũ uergere. Erat autem aurũ hoc ualde multum, et sufficiens ad restituendũ denuò genus Priami. Cum itaq; ancilla hunc reperit iacere in littore, sustollens, & inuoluens peplo, defert ad Hecubam. Atq; existimans hoc cadauer Polyxenæ esse, antequam retegeretur, postquam cognouit Polydorum esse, & misere affecta est, & quo pacto ultionem caperet de Polymestore, machinatur huiusmodi. Communicata prius super hac re sententia cum Agamemnone, mittit suam ancillam ad Polymestorem, & ipsum & liberos accersens ad se, de re quadam necessaria cum illo communicatura. Hic itaq; ignarus quod Polydorus inuentus esset in littore, & simul alijs quibusdam deceptus, cum liberis ad illam deuenit. Hecube autem dicebat, illum uocasse huius rei gratia, ut indicaret thesauros auri occultatos à se in Ilio. Introducit porro intra tentoria, dicens, quòd alia nonnulla ei datura esset, quæ exportasset, è Troia. Intus autem occultata erat magna

Digitized by Google

magna mulierum turba, cum quibus hunc ingressum Hecuba & oculis priuat, & liberos illius iugulat. Cognoscente causas illorum Agamemnone postea, et Polymestore multa confingente de cæde Polydori, uicit Hecuba, redarguens illum, quod auri cupidita te, ac non eorum quæ opponebat causa interfecisset filium, stipulatorem sententiæ nacta quoque Agamemnonem.

Actio quidem huius fabulæ, proponitur in opposita Thraciæ Cherroneso, uerum Chorus ex captiuis mulieribus Troianis constituitur, auxiliaturus Hecubæ.

PERSONAE.

Polydori umbra	*Vlysses*
Hecuba	*Talthybius*
Chorus ex captiuis Troadibus	*Ancilla Hecubæ*
Polyxena	*Agamemnon*
	Polymestor.

POLYDORVS.

VEnio, mortuorum latebram et tenebrarum portas Relinquens, ubi Pluto seorsim habitat à dijs, Polydorus, ex Hecuba filius natus Cisseide, Priamoq; patre. qui me postquam Phrygũ ciuitatem

Digitized by Google

Periculum occupauit, hasta ne caderet Græcanica
Metuens, clam emisit è Troica terra
Polymestoris ad domum Thracensis hospitis,
Qui fertilissimam Cherroneſiam glebam
Seminat, equorum studiosum populum moderans
hasta.
Multum mecum auri emittit clam
Pater: ut si unquam Ilij mœnia caderent,
Superstitibus esset liberis non egestas uictus.
Minimus natu eram Priamidarum, unde & è terra
Iam emisit me. neq; enim ferre arma,
Neq; hastam potis eram, tenero brachio.
Quatenus itaq; terræ erecti stabant termini,
Et turres inconcussæ Troicæ erant terræ,
Hectorq; frater meus florebat hasta,
Bene apud uirum Thraca patrium hospitem
Alimonijs ueluti surculus quispiã, crescebam miser.
Postquam autem Troia, & Hectoris perijt
Anima, & patrij lares diruti sunt,
Ipse uero ad aram deo sacratam procumbit
Mactatus Achillis à filio sanguinarij,
Obtruncat me auri infœlicem gratia,
Hospes paternus. Et cum occidisset, in fluctũ maris
Me posuit, ut ipse aurum domi haberet.
Iaceo autem in littore, aliàs in pelagi æstu
Multis iterationibus fluctuum latus.

Infletus

Infletus, insepultus. nunc uero propter matrem charam
Hecubam emico, corpore derelicto meo,
Tertia iam luce in sublimi uolitans,
Quantum temporum in terra hac Cherronesia
Mater mea infœlix ex Troia adest,
Omnesq; Græci classem tenentes tranquilli
Sedent in littore huius Threiciæ terræ.
Pelei namq; filius è sepulchro uisus,
Continuit Achilles omnem exercitum Græcanicũ,
Domum dirigentes marinos remos.
Poscit autem sororem illam meam Polyxenam,
Tumulo gratam uictimam, & honorarium capere.
Et assequetur hoc, neq; inhonoratus amicis
Erit á uiris. fatum porro fert,
Mori sororem meam hac ipsa die.
Duorum uero liberorum duo funera cernet
Mater, & meum, & huius infœlicis uirginis.
Apparebo enim, ut sepulchrum infœlix assequar,
Ancillæ pedes ante in fluctibus.
Namq; inferorum principes exorati,
Tumulo potiri, in manus matris incidere.
Meum itaq; quantum uolui assequi,
Licebit. ab anu uerò eminus secedam
Hecuba: transfert enim ipsa sub scena pedem
Agamemnonis, phantasma extimescens meum.

Digitized by Google

Eheu mea mater, quæ ex tyrannicis ædibus
Seruilem diem uidisti, tam habes male,
Quàm olim bene. sed pari libramine ponderans te
Perdit deorum quispiam, ab anteacta fœlicitate.

HECVBA.

Ducite ô famulæ hanc anum fòràs,
Ducite, erigentes conseruam nunc
O Troades, uobis antea uerò reginam.
Apprehendite, ferte,
Deducite, sustollite meum corpus,
Anilem manum corripientes.
Et ego intorto scipione manu
Innitens, accelerabo tardigradum
Gradum digitorum promouens.
O fulgur Iouis, ô tenebricosa nox,
Quid nam excitor noctu sic
Terriculis spectris? ô ueneranda tellus,
Nigras alas habentium mater somniorum:
Repudio nocturnam uisionem,
Quam de filio meo,
Eo qui seruatur in Thracia,
Et de Polyxena cara
Filia, per somnia uidi.
Vidi enim terrificam uisionem:
Didici, intellexi.
O terrestres dij, sospitate filium meum,

Digitized by Google

Qui solus, gentis & arcana meæ,
Niualem Thraciam incolit,
Hospitis paterni in tutela. Erit quid nouum,
Veniet quædam cantio luctuosa luctuosis.
Numquam mea mens sic indesinenter
Horret, tremit.
Vbi nam diuinam Heleni animam,
Aut Cassandræ uideam, ô Troades,
Vt mihi interpretentur somnia?
Vidi enim uariam ceruam
Lupi cruenta chela iugulatam,
E' meis genibus raptam per uim
Miserabiliter. & illud terriculum mihi
Venit supra summum sepulchri uerticem,
Spectrum Achillis.
Nanq; postulat honorarium, illis laborioſis
Aliquam è Troadibus.
A' mea igitur, à mea hoc filia
Mittite, ô dij queso.

CHORVS.

O Hecuba, sedulò ad te profugi,
Herilia tentoria deserens,
Vbi sortita sum, & assignata sum
Ancilla, à ciuitate abacta
Iliaca hastæ cuspide,
Hasta capta à Græcis,

Digitized by Google

Nihil calamitates alleuans,
Sed nuncij pondus ſuper imponens
Magnum, tibiq; ô mulier præco dolorum.
Nam in Græcorum frequenci concilio
Fertur decretum eſſe, tuam filiam Achilli
Victimam dandam. tumulo namq; conſcenſo
Nouiſti quod aureis apparuit cum armis,
Pontigradus uerò continuit rates,
Vela rudentibus
Firmiter concimentes,
Hæc exclamans:
Quò iam Danai
Meum tumulum ſoluitis
Inhonoratum relinquentes?
Magna uero contentione cooritur tempeſtas.
Sententia uero mouebatur bifariã, per Græcorum
Exercitum bellicoſum. quibuſdam, dandam
Tumulo uictimam, uidebatur: alijs uerò non.
Sed pro tua fauebat parte,
Vatidicæ Bacchæ honorans
Lectos Agamemnon.
Theſidæ uero, propago Athenarum,
Duplicis orationis autores erant.
Sèntentia tamen una conuenerunt,
Achilleium tumulum coronandum
Sanguine tenero: Caſſandræ autem

Lectos,

Digitized by Google

Lectos, non dicebant Achilleiæ
Præferendos unquam haſtæ.
Studia uero orationis controuerſæ
Erant paria quodammodo, donec uerſutus
Orator, ſuauiloquens, populo gratus
Vlyſſes perſuadet exercitum,
Ne optimum Græcorum omnium
Seruides uictimas propter repellerent,
Ne ue quiſpiam dicere queat apud Proſerpinam
Stans, eorum qui mortui ſunt,
Quod Græci ingrati Græcis,
Pereuntibus pro Græcis,
Troiæ à campis deſcenderint.
Veniet uerò Vlyſſes iam iam,
Pullum abſtracturus tuis à mammis,
Exq; ſenili manu ui ablaturus.
Quare adeas templa, adeas aras,
Accide Agamemnonis ſupplex genubus,
Aduoca deos tam cœlites
Quàm inferos. aut enim te preces
Prohibebunt orbam eſſe
Filia infœlice, aut oportet te aſpicere
Ad tumulum procidentem cruentari
Sanguine uirginem, ex auriferæ
Ceruice, latice nigricante.

HECVBA.

Heu me miseram, quid nam clamem?
Quam uociferationem, quem fletum?
Misera miserae senectae,
Seruitutis huius non tollerandae,
Non ferendae. heu me me.
Quis defendet me? quae soboles?
Quae ciuitas?
Extinctus Senior, extincti liberi.
Quam uiam, aut hanc aut illam
Incedam? quo nam uadam? ubi quispiam deorum
Aut daemonum opitulator?
O mala annunciantes Troades,
O mala quae attulistis nocumenta.
Extinxistis, perdidistis me. non amplius mihi
Vita grata in luce.
O infoelix duc me
Pes, duc me anum
Ad hanc aulam. ô filia, ô gnata
Infoelicissimae matris,
Exi exi è domo, audi matris
Vocem ô filia, ut scias
Qualem qualem
Audio famam de tua uita.
Ehem mea mater: quid clamas? quid nouum
Elocuta, è domo uelut auem me

Stupore

Stupore hoc eliciſti?
HEC. *Heu mea gnata.*
POL. *Quid me male ominaris, exordia mihi dira?*
HEC. *Ah ab tuæ animæ.*
POL. *Eloquere, ne celato diu.*
Metuo metuo mater.
Quid tandem ingemiſcis iterum atq; iterum?
HEC. *O filia, filia*
Miſeræ matris.
POL. *Cur hoc dicis?*
HEC. *Iugulare te Græcorum communi*
Comendit ad tumulum decreto
Peliadæ ſtirps.
POL. *Eheu mater, ut ais*
Immenſa mala?
Indica mihi, indica mihi mater.
HEC. *Eloquor, ô gnata, ominoſos rumores.*
Denunciant, Græcorum decretum eſſe ſuffragio,
Tua de mihi uita.
POL. *O grauia patiens, ô omnino infœlix,*
O miſeræ mater uitæ,
Qualem qualem denuò tibi noxam grauiſſimam
Et infandam concitauit quiſpiam dæmon.
Non poſthac tibi filia hæc, non poſthac iam
Senectute miſera, miſera conſeruiero.
Leunculam enim ueluti me, uelutiq; montipaſtam

Vitulam

Digitized by Google

Vitulam misera miseram
Aspicies, manu auulsam
Tua, iugulatam Plutoni
Terræ sub demitti tenebras.
Ibi mortuos inter ego infœlix iacebo.
Et te quidem mater infœlix
Defleo, perquàm luctuosis fletibus.
Meam sed uitam, dedecus, & perniciem
Non lamentor. sed mori mihi
Casus potior contigit.
CHOR. Atqui Vlysses accedit celeri pede,
O Hecuba, nouum quoddam ad te dicturus uerbum.
VL. O mulier, arbitror qdē te scire senētiā exerci-
Et decretum ratum: sed tamen dicam. (tus
Decretum est Achiuis, filiam tuam Polyxenam
Iugulare ad excelsum aggerem sepulchri Achillei.
Nos uerò, duces & deductores puellæ
Ordinant esse. hostiæ uero præfectus,
Sacerdosq; constitutus est huius filius, Achillis.
Scis igitur quid facias, neq; auulseris per uim,
Neq; ad manuum certamen congrediaris mecum.
Cognosce uires, & præsentiam malorum (pere.
„ Tuorū. Sapiens res est, etiā in malis, quæ oportet, sa
HEC. Ah ah, adest (ut apparet) discrimen magnum
Plenum ululatibus, neq; lachrymis uacuum.
Nanq; ego nō mortua sum, ubi me oportuerat mori:

Neq;

Nec interemit me Iupiter: sed alit, ut cernam
Malorum mala alia maiora, misera ego.
Quod si licet seruis liberos,
Non molesta, & quæ cor non mordent
Percunctari, tibi quidē interrogari conueniens est,
Nos uero audire, qui interroganus hæc.
VL. Licet, interroga. tempus enim hoc non inuideo.
HEC. Scis, quando uenisti Ilij explorator,
Laceris uestibus, & informis, & ab oculis
Mortis stillæ tuas imbuebant genas?
VL. Noui: non enim summum cor perstrinxit meū.
HEC. Agnouit uerò te Helena, & uni dixit mihi.
VL. Meminimus, in discrimen adducti magnum.
HEC. Attigisti uerò genua mea supplex existens?
VL. Adeò ut moreretur tuis in peplis manus mea.
HEC. Seruasti igitur, & emisi è terra?
VL. Adeò ut aspiciam lumen solis hoc.
HEC. Quid tum dicebas, seruus existens meus tum?
VL. Variæ orationis cōmenta, ne mihi moriēdū eēt.
HEC. Num igitur iniurius es hisce cōsultationibus?
Qui à me quidē affectus es, ut fateris affectum esse.
Facis uerò nihil nobis boni, male uero quantū potes?
Ingratum uestrum genus, quotquot populares ꝛc
Aemulamini honores. utinā non cognoscamini mihi, ꝛc
Qui amicos lædere non curatis, ꝛc
Vt multitudini ad gratiam dicatis quid. ꝛc

Sed

Sed quod nam consilium hoc existimantes,
In hanc puellam decretum definierunt cædis?
Verum decorum ipsum ipsos induxit, hominem occidere
Ad tumulum, ubi magis bouẽ mactare conueniebat?
Aut authores suæ mortis uicissim occidere uolens,
In hanc Achilles iure infert cædem?
Verum nihil in illum hæc commisit mali.
Helenam illum petere conuenit ad sepulchrum victimam.
Illa enim perdidit ipsum, ad Troiam & duxit.
Quod si captiuam conuenit aliquam selectam mori,
Pulchritudine excellentem, non nostrum hoc:
Tindaris nam specie decentissima est,
Et iniuria quàm nos nihil minus inuenta est.
Pro meo iure hũc per contentionẽ dixero sermonẽ.
Quæ uerò reddere conuenit te, repetente me,
Audi. attigisti meam, ut fateris, manum,
Et hanc senilem accidens genam:
Vicissim tango tua hæc eadem ego,
Beneficium & reposco, quod tum, tibiq; supplico,
Ne meam filiam è manibus auellas,
Neq; interficiatis. mortuorum satis superq; est.
In hac me oblector, & obliuiscor malorum.
Hæc pro multis est mihi solatium,
Ciuitas, nutrix, scipio, dux uiæ.

Non

Digitized by Google

Non victores conuenit imperare per uim, quæ non conueniunt. "
Neq; fœlices, existimare fœlices fore perpetuò. "
Et ego enim erã quondã, sed nunc non sum amplius. "
Cunctas sed opes dies unica mihi abstulit. "
Sed ô amica barba, reuerere me,
Miserescе. profectus uerò ad Græcorum exercitũ,
Intercede. quàm inuidiosum interficere
Fœminas? quas primùm non occidistis, "
Ab aris auellentes, sed miserti estis. "
Lex porro in uobis, & liberis æqua,
Et seruis, de sanguine constituta est. "
Porro authoritas, etiam si male dixerit, "
Persuadebit. oratio enim & ab inglorijs profecta, "
Et à glorioſis eadem, non idem ualet. "
CHOR. Non est adeò rigida hominis natura, "
Quæ luctuum tuorum & longorum fletuum
Audiens fletus, non emittat lachrymam.
VL. O Hecuba, discе: neq; irata,
Eum qui recta dicat, maleuolum existimato mente.
Ego quidem tuum corpus, à quo fœlicitatem adeptus sum,
Seruare promptus sum, nec aliter dico.
Sed quæ dixi in publicum, non negabo:
Troia capta, uiro primario exercitus
Tuam filiam dandam, uictimam deposcenti.

In

" In hoc enim pereunt plures reſpublicæ,
" Quando quiſpiam fortis & ſtrenuus exiſtens uir,
" Nihil auſert deterioribus plus. (lier.
Nobis aũt Achilles dignus honoris habitus eſt, ô mu
Qui mortuus eſt pro terra Græcia honeſtiſſimè uir.
Nimirum hoc turpe eſt, quod cernente quidẽ amico
" Vtimur: cum autem perijt, non utimur amplius.
" Age, quid nam dicat quiſpiã, ſi qua rurſus appareat
Exercitus & collectio, & hoſtium certamen?
Vtrum pugnabimus, aut per uitæ cupiditatẽ timidi
Mortuum cernentes non honoratum? (erimus,
" Atqui mihi quidem uiuenti in dies,
" Etſi puſilla habeam, omnia utiq; ſufficienter ſint.
" Sepulchrum uerò cuperem honoratum
" Meum cõſpici: in longum enim hoc durat officium.
Quod uerò miſera pati narras, hæc uiciſſim à me
Sunt apud nos nihil minus infœlices (audias.
Anus mulieres, atq; ſenes, te,
Et ſponſæ optimis ſponſis priuatæ,
Quorum hic occulit corpora Idæus puluis.
" Perfer hæc. nos uerò, ſi male exiſtimamur
" Honorare fortem, ſtulticiæ damnabimur.
" Barbari uero uos, neq; amicos amicos
" Exiſtimatis, neq; iſtos qui honeſte mortui ſunt
" Admiramini. ſic utiq; Græcia quidem fœlix & uictrix eſt,

Vos

Vos autem habetis consentanea uestris consiliis. ce
CHO. Ah ah, seruitus ipsa quàm misera res est? ce
Perfert indigna, per uim uicta. ce
HEC. O filia, mei quidem sermones in aerem
Vani, frustra iactati de cæde tui.
Tu verò, si quid maiorem uim quàm mater habes,
Annitere, omnigenas & uelut luciniæ os
Voces emittens, ne prieueris uita.
Accide uero miserabiliter huius Vlyssis ad genua,
Et persuade (habes verò argumentũ, sunt enim libe-
Et huic) tuam ut misereatur fortunam. (ri
POL. Video te, ô Vlysses, dextram sub ueste
Occultantem manum, & ultum retrorsum
Vertentem, ne tuum attingam mentum.
Bono animo sis, effugisti meum illum Hicesiũ Iouẽ.
Nam sequar te & necessitatis gratia,
Mori & exoptans. quod si nolim,
Ignaua uidear, & uitæ cupida mulier. (rex
Quid enim me cõuenit uiuere, cui pater quidẽ erat
Phrygum omnium: hoc mihi primum fuit uitæ.
Deinde alebar ad spes amplas,
Regibus sponsa, æmulationem non paruã nuptiarũ
Habens, cuius nam in domũ & lares uentura essem.
Regina verò ego infœlix Idæis eram
Mulieribus, uirginesq; inter conspicua.
Aequa deabus, præter mortem solam.

Nunc uerò sum serua. Primum quidem hoc nomen
Mortem amare facit, insuetum existens.
Deinde forsitan heros crudeles mentibus
Assequar, quicunq; argento me mercabitur,
Et Hectoris & aliorum multorum sororem.
Proponens porro necessitatem pistoriam domi,
Tristem agentem uitam me coget
Verrereq; domum, & radijs insistere.
Lectos uero meos seruus emptus undenis
Fœdabit, regibus antea destinatas.
Minime: amittam ab oculis liberum
Lumen hoc, Plutoni addicens meum corpus.
Duc itaq; me Vlysses, & necato me ducens.
Neq; enim spei, neq; cuiusquam opinionis uideo
Fiduciam apud nos, quod in posterum fœlicem esse
me oporteat.
Mater, tu uerò nobis nihil impedimento sis
Dicens, neq; faciens, consule uerò mihi
Mori, antequàm turpia præter dignitatem patiar.
» Quicunq; enim non consueuit gustare mala,
» Fert quidem, sed dolet, cerucem imponens iugo.
» Mortuus autẽ esset longe fortunatior, (bor est.
» Quàm uiuens. Viuere enim non honeste, ingens la-
» CHO. Vehemens nota, & insignis inter mortales,
» A bonis natum esse: & magis magisq; illustratur
» Nobilitatis nomen, fortibus & dignis.

HEC.

Digitized by Google

HEC. Honeſte quidem dixiſti filia, ſed huic honeſto
Dolor adeſt. quod ſi oportet Pelei
Beneficium fieri filio, & probrum effugere,
Vos, ô Vlyſſes, hanc quidem non interficite,
Me uerò ducen[illegible]ad pyram Achillis
Pungite, non parcite: ego peperi Paridem,
Qui filium Thetidis perdidit ſagittis feriens.
VL. Non te, ô anus, occidere Achillis
Spectrum Græcos, ſed hanc poſtulauit.
HEC. At enim uos me cum filia unà occidite,
Et duplex potio ſanguinis fiet,
Terræ, & mortuo hæc expoſcenti.
VL. Satis puellæ tuæ mors, non accumulanda
Alia ad aliã: utinã ne hãc qdẽ pſoluere deberemus.
HEC. Ingens neceßitas, filiæ commori me.
VL. Qui? non enim noui, heros qui habeam.
HEC. Qualis hedera quercui, ita huic inhærebo.
VL. An non parebis ijs qui ſunt te prudentiores?
HEC. Nam hanc uolens puellam non dimittam.
VL. Verũ neq; ego ipſam hanc abeo hic relinquens.
POL. O mater, audi me: & tu fili Laertis,
Concede parentibus meritò concitatis.
Tu autem infœlix cum uictoribus ne pugnes.
Vis cadere ad ſolum, & trahi tuum
Senile corpus, per uim propulſa,
Et dedecorari à iuuene brachio

Auulſa, quæ tu nequaquam patiaris: indignũ enim.
Sed ô cara mihi mater, cariſſimam manum
Da, & genam applica genæ,
Quoniam nunquam in poſterũ, ſed nunc poſtremũ
Iubar orbémq; ſolis aſpiciam.
Finem accipe iam mearum compellationum.
O mater, ô genitrix, abeo iam ad inferos.
HEC. *O filia: nos autem in lumine ſeruiemus.*
POL. *Abſque ſponſo, abſq; nuptijs, quæ me aſſequi oportebat.*
HEC. *Miſera tu filia, infœlix autem ego mulier.*
POL. *Illic uerò apud inferos iacebo, procul à te.*
HEC. *Eheu quid agam? ubi finiam uitam?*
POL. *Serua morior, patre exiſtens libero.*
HEC. *Nos uerò, quinquaginta orbæ iam liberis.*
POL. *Quid tibi ad Hectorẽ? aut ſenem dicã maritũ?*
HEC. *Annuncia, omnium infœliciſſimam me.*
POL. *O pectus, & ubera, quæ me aluiſtis ſuauiter.*
HEC. *O intempeſtiuæ filia miſeræ fortunæ.*
POL. *Vale ô mater, uale Caſſandráq; mea.*
HEC. *Valeant alij, matri autem non eſt gaudium.*
POL. *Et apud bellicoſos Thraces Polydorus frater.*
HEC. *Si uiuit modò, quod non credo: ſic omni modo infœlix ſum.*
POL. *Viuit, & mortuæ oculos concludet tuos.*
HEC. *Mortua ſum ego, antequã moriar, præ malis.*

POL.

Digitized by Google

POL. Deduc me ô Vlysses, inuoluens caput peplis.
Nam antequam macter, contabui corde
Fletibus matris, hanc insuper tabescere facio fletib.
O lumen: alloqui enim tuum nomen mihi licet.
Copia uerò nulla datur, nisi quantum temporis ad
Gradior interim, & pyram Achillis. (gladiis
HEC. Heu me, deficio, soluuntur mihi artus.
O filia, prende matrem, cedo manum.
Da, me deseras me orbam. concidi, ô amice.
Vtinam Lacænam sororem Castoris & Pollucis
Helenam uideam. pulchris enim oculis
Turpissime Troiam cepit fortunatam.
CHO. Aura Pontica, aura,
Quæ pontigradas fers
Celeres naues per fluctus stagni,
Quò me miseram uehes?
Cui serua ad domum
Addicta deueniam?
Aut Doricæ ad littus terræ,
Aut Phtiadis? ubi pulcherrimarum
Aquarum patrem
Aiunt Apidanum campos pinguefacere.
Aut ad insulam, marinis
Remis missam miseram,
Miseram uitam agentem domi,
Vbi primitiua palma,

Digitized by Google

Et laurus sacros produxit
Ramos Latonæ carę,
Partus refrigerium diuini.
Cum Deliacisq; puellis
Artemidis deæ
Auream uittam, arcusq; canam?
Aut Palladis in urbe
Pulchros currus habenti Mineruæ,
In croceo peplo
Iungam currui pullos.
In uarijs distin-
guens florulentis sericis?
Aut Titanum sobolem,
Quam Iupiter candenti fulmine
Perdit Saturnius?
Eheu liberorum meorum,
Heu parentum, patriæ-
que, quæ fumo concidit
Exusta, bello capta
Ab argiuis. Ego uerò in
Peregrina terra iam uocabor
Serua, relinquens Asiam
Europæ famulam,
Permutans cum Plutone thalamos.
TAL. Vbi reginam dudum existentem Ilij,
Hecubam inueniam, ô Troades puellæ?

CHOR.

CHOR. *Illa prope te tergum habens, in terra*
O Thalthybie iacet inuoluta peplis.
TAL. O *Iupiter, qd dicã? uerũ te homines respicere?* ««
Aut opinionem aliàs hanc habere frustra, ««
Falsò, qui existimant deorum esse genus? (strare? ««
Fortunã uero omnia quæ apud mortales fiũt admini ««
An non hæc regina ditium Phrygum?
Non hæc Priami locupletißmi uxor?
Et nunc ciuitas quidem tota subuersa est bello:
Ipsa uero serua anus, orba, in terra
Iacet, puluere commaculans infœlix caput.
Eheu, senex quidem sum, tamen mihi mori
Contingat, anceq̃ indigno circumueniar casu aliquo.
Surge ô infœlix, & sublime
Latus sustolle, & hoc omnino canum caput.
HEC. *Ehem: Quis hic corpus meum non sinit*
Iacere? quid moues me, quicunq; es, afflictam?
TAL. *Talthybius adsum, Danaidarũ famulus publi-* (cus,
Agamemnone accersente te ô mulier.
HEC. *O carißime, nũ ut et me ad sepulchrũ iugulẽt?*
Secundũ decretũ Achæorum ueniſti? quàm grata re-
Festinemus, acceleremus, duc me ô senex. (ferres.
TAL. *Tuam filiam mortuam ut sepelias, ô mulier,*
Adsum, accersens te. legant autem me
Gemmi & Atridæ, & populus Achaicus.
HEC. *Eheu quid ais? non ergo tanquam morituræ*

Digitized by Google

Adijsti nos, sed dicturus mala?
Perijsti ô filia, à matre abrepta.
Nos autem orbæ in posterum. Me miseram,
Quomodo uero ipsam occidistis? num reuerentes?
Aut ad sæuitiem uenistis, tanquam hostem, ô senex,
Interficientes? dic, quamuis non dicturus grata.
TAL. Duplices me uis lachrymas parare, ô mulier,
Tuæ filiæ commiseratione. nunc etenim narrando sæua,
Rigaro hos oculos: & ad sepulchrũ, quando perijt.
Aderat quidem multitudo cũcta Achaici exercitus,
Frequens ante tumulum, tuæ filiæ ad cædem.
Comprehensam autẽ Achillis filius Polyxenã manu
Constituit in summum tumulum, pone uerò ego:
Et delecti Græcorum inclyti iuuenes,
Trepidationem tuæ uitulæ retenturi manibus suis,
Sequebantur. Repletum autem in manibus cum accepisset poculum,
Solidè aureum, fundebat manu filius Achillis,
Libamina mortuo patri. innuit uerò mihi,
Silentium Græcorũ uniuerso ut indicerẽ exercitui.
Et ego astans, proloquutus sum in medium hæc.
Silete Græci, taceat omnis populus.
Sile, tace. tranquillam autem constitui turbam.
Hic dixit: ô fili Pelei, pater uerò meus,
Accipe libamina mea hæc propitiabilia,

Mortuorũ

Mortuorum euocamina. adſis uerò, ut bibas nigrã
Puellæ illibatum ſanguinem, quem tibi donamus
Exercituſq; & ego: propitius uerò nobis ſis.
Solueq; puppes, & retinacula
Nauium. Da nobis & ſaluum ab Ilio
Reditum adeptis, omnes in patriam redire.
Tantum dixit. omnis autẽ adprecatus eſt exercitus.
Mox circum auratum gladium manubrio capiens,
Eduxit ſagina. electis autem Argiuorum exercitus
Iuuenibus innuit, uirginem ut apprehenderent.
At illa ut ſenſit, hunc proloquuta eſt ſermonem.
O meam qui excidiſtis Argiui ciuitatem,
Lubens morior, ne quis attingat corpus
Meum. porrigam collum cordatè, intrepide.
Liberam uero me ut libera moriar, (nim
Per deos quæſo dimittentes occidite. apud manes e-
Serua uocari, regina cum ſim, pudet me.
Turba porro admurmurauit. & Agamemnon rex
Iuſſit dimittere uirginem iuuenes.
Illi uerò quàm primum audiuerunt ſupremam uocẽ,
Dimiſerunt, penes quem & maximũ erat imperiũ.
Et poſtquam audiuit dominorum dictum,
Apprehendens peplos à ſumma ſcapula
Diſrupit uentrem ad medium umbilico tenus,
Et mammillas oſtendit, & pectora tanquam ſtatuæ
Pulcherrima. & dimittens ad terram genu,

Dixit omnium miserrimum sermonem.
Ecce, hoc si quidem pectus ô iuuenis
Ferire cupis, ferito: si uerò sub ceruice
Mauis, adest ceruix exprompta hæccine. (læ,
Hic uero & nolens & uolens, & miseratione puel-
Secat ense spiritus meatus. (riens, tamen
Fontes uero sanguinis manabant, hæc uero iam mo-
Magnam solicitudinem habuit, decenter ut caderet,
Et celaret quæ celare oculos uirorum conuenit.
Cum uero amisit spiritum letali cæde,
Nullus idem habuit Græcorum studium.
Verum hi quidem ex ipsis mortuam eminus
Floribus iaciebant. alij complent pyram,
Truncos afferentes pineos. qui non ferebat,
Ab eo qui ferebat, hæc audiebat opprobria:
Cessas ô ignauissime, puellæ
Neq; peplum neq; ornamentum manu offerens.
Non uadis aliquid allaturus cordatissimæ,
Et generosissimæ? huiusmodi de tua dicebant
Filia mortua. sed optimorum liberorum te matrem,
Inter omnes mulieres infœlicissimam cernò.
CHOR. Ingens quædam clades Priamidis ingruit,
Ciuitatiq; meæ. deorum ex necessitate uenit hoc.
HEC. O filia, haud noui ad quod respiciam malorũ
Multis præsentibus. si enim attigero aliquod
Aliud non sinit me, auocat uero inde rursus

Dolor

Dolor quis alius, succeſſor malorum in malis.
Et nunc tuam quidem ne deplorem cladem,
Haud queam detergere ex animo.
Illud rurſum nimis abſtuliſti, nunciata mihi
Generoſa. Nõ ergo mirũ, quod terra quidem mala, ¶
Adepta temporis clementiã à deo, bonã ſegetẽ ferat: ¶
Bona autẽ, nõ adepta, quæ conueniebat eã adipiſci, ¶
Malum dat fructum. inter homines uero ſemper, ¶
Malus, nihil aliud quàm malus. ¶
Bonus autem bonus: neq; præ calamitate ¶
Ingenium perdit, ſed probus eſt perpetuò, ¶
Num ipſi parentes differunt, aut educatio? ¶
Præſtat profectò quodammodo honeſta educatio ¶
Doctrinã honeſti. illud uerò ſi quis probe didicerit, ¶
Nouit quoq; turpidinẽ, diſciplina uirtutẽ edoctus. ¶
Et hæc quidem mens eiaculata eſt fruſtra.
Sed tu uade, & dic Argiuis hæc,
Ne attingat meam quiſquam, ſed prohibeãt turbam
A' filia. In infinito enim exercitu ¶
Incoercita turba. nauticaq; licentia ¶
Violentior igne: malus uero, qui mali nihil agit. ¶
Tu porro ſumens ſitulam, uetula miniſtra,
Replens, fer huc, pontica unda,
Vt filiam lauacris ultimis meam
Nuptam innuptam, & uirginem non uirginem,

Lauem,

Digitized by Google

Lauem, & exhibeam pro dignitate. unde?
Non queam, ut tamen possum. quid enim agam?
Ornamentumq; congregans à captiuis
Quæ mihi assistrices hæccine intra tentoria
Habitant, si quæpiam recentes heros
Latens, habet quoddam furtū ex sua propria domo.
O decora tectorum, & quondam beatæ domus.
O plurima habēs, & pulcherrima fœlicissime liberis
Priame, uetula & ego mater liberorum,
» Quàm ad nihilum recidimus, superbia
» Pristina priuatis adhuc tamen tumescimus,
» Aliquis nostrûm ditibus in ædibus,
» Alius in republica in precio habitus.
» Hæc omnia nihil sunt. Incassum curarū cōsilia sunt,
» Linguæq; fastus. Ille porro fœlicissimus,
» Cui in uita conigit nihil mali.
CHO. Mihi in fatis fuit,
Mihi cladem necesse fuit fieri,
Idæam quando primum syluam
Paris abiegnam
Incîdit, marinos super fluctus nauigaturus.
Helenæ ad lectos quam pulcherrimam auricomus
Sol uidet. labores enim, & laboribus
Necessitates fortiores circundant.
Commune namq; ex priuata amentia

Malum

Vdum Simoenticæ terræ,
Pernicies contigit & calamitas ab alijs.
Dijudicata nanq; est lis, qua in Ida
Indicat tres beatorum
Puellas uir bubulcus pastor,
Ad bellum & cædem, & meæ
Domus excidium.
Ingemiscit porro etiam aliquam circa
Latissimum Eurotam,
Lacæna lachrymosa domi puella.
Canum & in caput mater
Liberorum mortuorum, injicit
Manum, laceratóq; genas,
Cruentatum unguem reddens dilacerationibus.
ANCIL. O mulieres, Hecuba ubi nam? illa prorsus
misera,
Ea quæ omnes uincit uiros, & fœmineum genus,
Malis: nemo coronam ei præripiat.
CHOR. Quid uerò, ô misera, tua male ominosa uo-
ciferatione?
Vt nunquam dormiunt tristia tua indicia.
ANC. Hecubæ offero hunc dolorem. In malis uerò,
Non facile hominibus bene ominari ore.
CHOR. Atqui prodit à domo
Hæccine, opportunè uerò tuis apparet sermonibus.
AN. O prsus misera, & adhuc magis quàm dicam,
Domina,

Domina, perijsti, non amplius es cernens lumen.
Carens liberis, marito, ciuitate penitus perdita.
HEC. Nihil noui dicis, scientibus uero exprobrasti.
Sed quid, cadauer hoc mihi Polyxenæ
Venis apportans, cuius renunciata est sepultura
Omnium Achæorum manu studiose fieri?
ANC. Ista nihil nouit, sed mihi Polyxenam
Deflet, nouarum uero calamitatum nihil attingit.
HEC. Heu me miseram: num furiosum caput
Fatidicæ huc Cassandræ fers?
AN. Viuentem sonuisti, mortuum uero nõ ingemis
Hunc. sed inspice corpus nudatum huius mortui.
Nam tibi apparebit mirum, & præter spem.
HEC. Heu mihi, cerno iam filium meum mortuum,
Polydorum, quem mihi Thrax seruabat domi uir.
Perij infœlix, non sum amplius iam.
O fili fili. æ, æ, incipio cantiones
Baccharum, ex inimico
Modò resciscens mala.
AN. Agnouisti exitium filij, ô misera tu?
HEC. Incredibilia incredibilia, noua noua uideo.
Alia ab alijs mala malis contingunt.
Nunquam absq; lachrymis, absq; luctu,
Dies me offendet.
CHOR. Dira, ô misera, dira patimur mala.
HEC. O fili fili miseræ

Matris,

Digitized by Google

Matris, qua morte mortuus es?
Quo casu iaces?
A quo hominum?
AN. *Nescio, in litore inueni ipsum marino.*
HEC. *Iectum, aut cadauer lætalis hastæ?*
AN. *In arena petricosa*
Ponti, ipsum extulit marinus æstus.
HEC. *Heu mihi, ah ah,*
Didici somnium, oculorumq; meorum
Visionem. non me fefellit imago
Furua, quam uidi
De te ô fili. non am-
plius existente Iouis in luce.
AN. *Quis enim illum occiderit nouisti, conscia somniorum, dic.*
HEC. *Meus hospes Threicius eques,*
Vbi senex pater collocarat ipsum occultans.
AN. *Heu mihi, quid ais? auru ut haberet, postquam necasset.*
HEC. *Infanda, non nominanda, plusquàm mira,*
Neq; pia, neq; toleranda. ubi ius fasq; hospitum?
Hem execrate uir, ut discerpsisti
Corpus, ferreo scindens ense
Membra huius pueri, neq; misertus es.
CHOR. *O infœlix, quàm te laboriosissimã mort aliã*
Deus effecit, quicunq; est tibi infensus.

Sed

Sed uideo enim ipsius regis corpus
Agamemnonis. exinde taceamus ô amicæ.
AGAM. O Hecuba, quid cunctaris filiã tuã sepelire
Veniens? quemadmodum Talthybius indixit mihi,
Ne attingat tuam quisquam Græcorum filiam.
Nos utiq; desinimus, neq; attingimus.
Tu uerò cunctaris, ut admirer equidem.
Adsum uero missurus te. nam ea quæ illic fieri possunt bene
Peracta sunt, si quid harum rerum bene est.
Hem. quem uirum hunc in tentorijs cerno
Mortuum Troianorũ? neq; enim Argiuũ esse, peplũ
Corpus inuoluentes annunciant mihi.
HEC. Infausta (memet enim loquor, cum te loquor)
Hecuba, quid faciam? utrum accidam ad genua
Agamemnonis huius? aut sufferam tacitè mala mea?
AG. Quid mihi uultui tergum obuertens tuum
Lamentaris, rem ipsam autem non dicis, quis hic est?
HEC. Sed si me seruam hostemq; existimans
A genubus repellat, dolorem utiq; addiderimus.
AGA. Neutiquam sum uates, ut non audiens
Cognoscere queam tuorum uiam consiliorum.
HEC. Cur reputo utiq; ad inimicitias
Potius mentes, ipso existente neutiquam inimico?
AGA. Si quidem me uis harum nihil scire,
Mecum sencis: etenim nec ego audire.

HEC.

Digitized by Google

HEC. Haud queam hoc absq; uindicta capere
De liberis meis. quid uerso hæc?
Audere necessitas est, & si assequar, & si non asse-
Agamemnon supplico tibi hæc per genua, (quar.
Et tuam barbam, dextramq; auspicatam.
AG. Quid rei exoptans? num liberam
Vitam degere? facile sanè tibi est.
HEC. Minime. improbos sed ulta,
Aeuum uniuersum seruire uolo.
AG. Et iam quod nos ad auxilium uocas?
HEC. Non quicquam horū quæ tu existimas, ô rex.
Cernis cadauer hoc, supra quod stillo lachrymas.
AG. Video, sed futurum non possum scire.
HEC. Hunc olim peperi, & tuli sub cingulo.
AG. O infœlix: est hic quispiam ex tuis liberis,
Non ex ijs qui mortui sunt Priamides sub Ilio?
An ne quem alium peperisti præter illos, ô mulier?
HEC. Inutiliter sanè ut apparet huncce, quem as-
AG. Vbi uero erat, cum perijt ciuitas? (picis.
HEC. Pater ipsum emisit, timens ne moreretur.
AG. Quò ab ijs qui tūc erant separans liberis solūs?
HEC. Ad hanc regionem, ubi inuentus est mortuus.
AG. Ad uirum, qui imperat huic Polymestorem re-
gioni?
HEC. Huc missus est acerbissimi auri custos.
AG. Mortuus est uero à quo? & adeptus quod fatū?

HE. Quo nã ab alio? Thracensis ipsum occidit hos-
AG. O infœlix. nimirũ aurũ cupijt capere. (pes.
HE. Sic est, postq̃ calamitatem cognouit Phrygum.
AG. Inuenisti uero ubi ipsum? aut qs attulit mortuũ?
HE. Hæccine, nacta marino in littore.
AG. Hunc inquirens? aut agens aliud opus?
HE. Lauacra abierat allatura è mari Polyxenæ.
AG. Cũ interfecit ipsum, ut apparet, eiecit hospes.
HE. Mari errabundũ utiq; sic dissecans corpus.
AG. O miseranda tu, propter immensos labores.
HE. Perij, & nihil reliquũ est Agamemnon mali.
AG. Eheu quæ perinde infausta extitit mulier?
HE. Nulla est, nisi infortunium impium diceres.
Sed quorum gratia amplector tua genua,
Audi. siquidem æqua tibi pati uidear,
Contenta ero utiq;. si contrà, tu mihi sis
Vindex utri, impijssimu hospitis,
Qui neq; inferos, neq; superos
Timens, patrauit facinus immanissimum.
Cõmunẽ mensam sæpe q adeptus est meũ, (corũ.
Hospitalitatisq; primas partes in ordine meorũ ami-
Adeptus demum quæcunq; conueniebat, & nactus
procurationem,
Trucidauit: sepulchro demũ, quãdo occidere statu-
Non dignatus, sed eiecit in mare. (erat,
Nos utiq; & seruæ & imbecilles, pari modo.

Verum

Verum dij ualentes sunt, atq; illis imperans
Lex. lege namq; deos censemus,
Et uiuimus iniusta atq; iusta finientes.
Quæ ad te redacta si pereat,
Neq; pœnam dabunt qui hospites
Trucidant, aut deorum sacra audent ferre,
Non erit quicquam in rebus hominum æquabile.
Hec igitur pro uicio ducens, reuerere me,
Miserere nostri. uelutiq; pictor qui eminus stat,
Vide me, & contemplare qualia habeam mala.
Regina eram olim, sed nunc tua serua:
Liberis fortunata olim, nunc anus, orbaq; simul,
Carens urbe, desolata, miserrima mortalium.
Me miseram, quò mihi clam subducis pedem?
Videor nihil actura, ô me miseram.
Cur nos mortales, cæteras quidem disciplinas
Elaboramus omnes ut æquum est, & inquirimus:
Suadelam uero solam reginam inter homines
Non quidem præter cæteras examussim studemus,
Mercede data discere, ut liceat aliquando
Persuadere quæ quis uelit, assequiq; simul.
Quomodo igitur posthac speret quispiam se bene
habiturum?
Illi quidem tot liberi, non amplius sunt mihi:
Ipsa uero ad res turpes captiua abducor,
Fumum uero urbis hunc exilientem uideo,

Atqui fortasse quidē hæc orationis meæ pars uana,
Venerem obijcere: sed tamen dicetur.
Ad latus tuum filia mea dormit
Vates, quam uocant Cassandram Phryges:
Vbi suaues iam noctes ostendes, ô rex,
Aut in thoro suauissimorum amplexuum
Gratiam quam feret filia mea? ex illa uero ego?
» Ex tenebris enim nocturnisq; complexibus,
» Illecebrisq; simul, inter homines ingens beneuolen-
Audi sanè nunc: mortuum hunc cernis? (tia.
Huic si bene feceris, cum sit affinis tibi,
Feceris probe. Vnius mihi oratio indigens adhuc ē.
Vtinam mihi fieret sonus in brachijs,
Et manibus, & capillis, & articulis pedum,
Vel Dædali arte, aut dei cuiuspiam,
Vt cuncta simul amplecterentur tua genua,
Flentia, emittentia cum nisu omnigenos sermones.
O domine, ô maximum Græcis lumen,
Obtempera, præbe manum huic anui
Vltricem, & si nihil est: sed tamen,
» Probi enim uiri officium est, & iusticiæ inseruire,
» Et maleficos punire ubiq; semper.
» CHO. Mirū sanè est mortalibus, ut omnia accidant,
» Et ipsas necessitates leges fatorum secernant,
» Amicos reddentes modò inimicissimos,
» Et inimicos eos qui prius beneuoli efficientes.

AG.

Digitized by Google

AG. Ego te & tuum filium, & fortunas tuas,
O Hecuba, misereor, & manum supplicem:
Et uolo deorumq; gratia, impium hospitem,
Et iusticie, hanc tibi dare pœnam,
Si quo modo appaream, ut tibi bene sit.
Exercitui tamen ne uidear Cassandræ gratia
Thracie regi hanc moliri cædem.
Est enim quatenus perturbatio incidit mihi.
Verum hunc amicum ducit exercitus,
Occisum uero hostem. quod si tibi charus
Hic est, priuatim hoc, nec pertinet ad exercitum.
Adhæc cura, quoniam uolentem quidem me habes
Tecum una elaborare, & promptū ad opitulandū:
Tardum uero, Græcis si criminabor.
HEC. Heu: non est mortalium qui sit liber.
Aut pecuniæ enim seruus est, aut fortunæ,
Aut multitudo ciuium, aut legum scripta
Coercent ipsum, ne ut atur moribus ex arbitrio.
Quandoquidē uerò metuis, & multitudini nimium
Ego te reddam hoc liberum metu. (tribuis,
Conscium sis etenim, si quid moliar mali
Huic, hunc qui interfecit, adiutes uero nequaquam.
Si uero ex Achæis tumultus, aut auxilium
Patiente uiro Thracense, qualia patietur,
Apparuerit quoddā, coerce, dissimulans mea gratia.
Cetera, bono animo sis, cuncta ego conficiā probè.

Digitized by Google

AG. Quomodo nam? quid ages? utrum manu gladiũ
Arripiens anili, uirum barbarum interficies?
Aut uenenis, aut auxilio quo?
Quæ tibi aderit manus? unde comparabis amicos?
HE. Tecta occultant hæc Troadum turbam.
AG. Captiuas dicis, Græcorum prædam?
HE. Per has meum carnificem ultura sum.
AG. Et quomodo mulieribus uirorum erit robur?
HEC. Res ualida est multitudo, & cum dolo inexpugnabilis. (genus:
AG. Res quidẽ uehemẽs, sed sanè fœmineum incusso
HE. Ecqd? an nõ mulieres interfecerũt Aegypti libe
Et Lemnũ funditus è maribus exterminarũt? (ros?
Sed ut fiat, hoc mihi dimitte negocium.
Mitte uerò mihi hanc tutò per exercitum
Mulierem, & tu Thracensem accedens hospitem
Dic: uocat te regina dudum Ilij,
Hecuba, tua uerò non minus quàm sua gratia.
Et liberos. nam oportet & liberos scire sermones,
Quos illa dicet. sed modò cæsæ
Polyxenæ contine Agamemnon sepulturam,
Vt soror atq; frater propè uno eodemq; rogo,
Duplici sollicitudine parenti condantur humo.
AG. Erunt hæc sic. etenim si esset exercitui
Nauigatio, non queam hanc tibi dare gratiam.
Nunc uerò, non enim mittit secundos uentos deus,

Manendum

Mouendū necessariò, nauigationem cernentes tran-
lene uertat: autē. omnib. enim hoc interest, (q̄lā? "
Priuatimq; singulis, & reipublicæ, malum quidem "
Idi quād pati: bonum uero, bona fortuna uti. "
CHOR. Tu quidem, ô patria Ilium
Inexpugnatarum ciuitatū non posthac uocaberis.
Talis Græcorum nubes te circundat,
Hasta certe hasta depopulans.
Abrasa uero coronam es
Turrium, etiam ardentis
Fumi nigrore miserabili ingrata es.
Misera, posthac non te obambulabo
Media nocte, perij,
Quando à cœna somnus suauis
In oculos spargitur.
A choris autem, & lætis
Sacris quieti dans se
Maribus, in thalamis cubabat.
Hasta uerò in paxillo,
Nauticam non amplius cernens turbam
Troiam Iliacam obire.
Ego uerò capillos reuinctis
Strophijs componebam,
Aureorum speculorum
Cernens rotundos in splendores,
Lecti cupida ut ruerem in cubile.

Per ibi tumultus oritur ciuitatem,
Vociferatio uerò per urbem Troiæ erat
Hæc: ô filij Græcorum quando,
Quando Iliacam arcem
Depopulantes, redibitis domum?
Lectos ibi caros una induta tunica
Relinquens Dorica ut puellà,
Venerandam accedens
Nihil profeci Dianam infœlix.
Ducor autem interfectum cernens maritum
Meum, marinum per pelagus
Ciuitatem & à longo respectans, postquam
Reducem nauis mouit pedem,
Et me à terra secreuit Iliaca.
Misera, concidi dolore,
Castoris & Pollucis Helenam sororem,
Idæumq; pastorem
Damnosum Parim execrationi dans, quoniam me
Terra ex patria perdidit.
Expulerunt me domo nuptiæ, non nuptiæ,
Sed dæmonis quædam calamitas.
Quam neq; pelagus marinum reducat domum,
Neq; patrias perueniat ad ædes.
POL. O carissime uirorũ Priame, carissima porro tu
Hecuba, illachrymo te aspiciens, ciuitatemq; tuam,
Et modò interemptam filiam tuam.

Hen

Heu non eſt quicquam fidum, neq; certa fœlicitas: «
Neq; porro bene agentem, eſt non agere male. «
Miſcent ſed ea dij antrorſum & retrorſum, «
Tumultu concitato, ut inſcitia «
Colamus eos. ſed hæc quidem quid conuenit «
Lamentari, proficientia nihil ad anteacta mala?
Tu uero ſi quid accuſas meam abſentiam,
Commeto: abfui enim in medijs Thraciæ finibus,
Quando tu huc uenifti. ſed poſtquam adueni,
Iam pedem extra limen ferenti mihi,
Hæc conuenit hæc ancilla tua,
Dicens ſermones, quos audiens ad te ueni.
HEC. Pudet te intueri ex aduerſo
Polymeſtor, in huiuſmodi conſtitutam malis.
Tibi enim cui uiſa ſum beata, pudor me habet,
In hoc fato cum ſim, ubi nunc ſum,
Neq; queam intueri te rectis oculis.
Sed hoc ipſum ne maleuolentiam exiſtimes tui
Polymeſtor. aliàs porro cauſa quædã eſt, nempe lex, «
Matronæ uiros ne aſpiciant ex aduerſo «
POL. Et mirum ſanè nullum. ſed quæ cauſa tibi mei?
Propter quam rem accerſiuiſti meum è domo pedẽ?
HEC. Priuatũ mearũ rerum ſanè quiddã ad te uolo
Et filios dicere tuos: ſed aſſeclas mihi
Seorſum iube ab his ſecedere ædibus.
POL. Diſcedite: in tuto enim hæc ſolitudo.

Amica quidem nobis tu, beneficus præterea mihi hic
Exercitus Græcorum. Sed indicare te conuenit,
Quid oporteat me fœlicem, calamitosis bene
Amicis facere. nam paratus sum ego.
HE. Primũ quidẽ dicito, filium, quem ex mea manu
Polydorum, & ex patris, domi habes,
An uiuat. cætera secundo loco te interrogabo.
POL. Maxime: ex illa quidẽ parte bene tecũ agitur.
HE. O charissime, quàm bene & dignè te loqueris.
POL. Quid deinde uis secundo loco discere ex me?
HE. An parentis suæ memor sit quiddam mei.
POL. Quin huc ad te clanculum uolebat uenire.
HE. Aurũ autem ualet, quod uenit ex Troia habẽs?
POL. Saluum domi meæ custoditum.
HE. Serua porro ipsum, neq; cõcupisce proximorũ.
POL. Minime, utinã fruar præsentibus à mulier.
HE. Scin ergo quæ dicere uolo tibiq; & liberis?
POL. Haud scio: tuo istuc indicabis sermone.
HE. Sit dilectius, ut tu nunc mihi diligeris.
PO. Quid rei est, q, & me & liberos scire cõuenit?
HEC. Auri antiquæ Priamidarum defossiones.
POL. Hæc sunt quæ uis filio dici tuo?
HEC. Maxime, per te utiq;. es enim pius uir.
PO. Quid porro horũ liberorũ necesse ẽ præsentia?
HEC. Præstat si tu moriaris, bos scire.
POL. Bene dixisti, hac ratione: & consultum.

HEC.

Digitized by Google

HEC. *Scis igitur Mineruæ Iliacæ ubi tecta?*
POL. *Illic aurum est? sed quod signum?*
HEC. *Nigra petra, tellure prominens summa.*
POL. *Adhuc igitur aliquid uis illarum rerum quæ illic sunt, dicere mihi?*
HEC. *Seruare te uolo pecunias, quas extuli.*
POL. *Vbi nam? peplos intra, aut occultans habes?*
HEC. *Spoliorum in aceruo hisce seruantur tectis.*
PO. *Vbi uerò hæccine Græcorũ nautica sunt septa?*
HEC. *Seorsim mulieribus captiuis tecta sunt.*
POL. *Ineus uero fida sunt, & uirorum solitudo?*
HEC. *Nullus Græcorum intus, sed nos solæ.*
Sed i intro. namq; Græci nauium
Soluere desiderant domum è Troia rudentem:
Vt ubi peregeris quæ te oportet, redeas retro
Cum liberis, ubi meum collocasti filium.
SEMI. *Nondum dedisti, sed fortasse dabis pœnam:*
Importuosum quispiam ueluti in pelagus incidens
Obliquus, priuaberis charo corde,
Amissa uita. Hoc enim quod ratum est ‹‹
Iustitiæ, & dijs ratum habebitur, ‹‹
Pestiferum pestiferum malum. ‹‹
Fallet te uiæ huius spes, quæ te adduxit
Letalem ad Plutonem, ô miser.
Imbelli autem manu relinques uitam. (ser.
PO. *Heu mihi, excæcor, orbor lumine oculorũ mi-*

SEMI.

Digitized by Google

SEMI. Charæ, audiuistis uiri ploratum?
POL. Heu mihi iterum atq; iterum ô filij, propter
infœlicem cædem.
SEMI. Charæ, confecta sunt noua intus mala.
POL. Sed neutiquam effugeritis celeri pede.
Feriens enim ædium harũ perrupero fundamenta.
SEMI. Ecce è forti manu uibratur telum.
Vultis irruamus? nam opportunitas uocat,
Hecubæ ut adsimus auxiliatrices, & Troadum.
HEC. Percute, parce nihil, eruens portas.
Neq; enim unquã splendidũ lumen immittes oculis,
Neq; filios uidebis, uiuentes, quos interfeci ego.
SEM. Num uicisti Thracensem, & potiris hospitis,
O Domina, & patrasti qualia narras?
HEC. Videbis ipsum mox, existentem domum extra
Cæcum, cæco incedentem errabundo pede,
Liberorum et duorum corpora, quos interfeci ego,
Cum fortißimis Troadibus. pœnam namq; mihi
Dedit. prodit uero, ut cernis, hic è domo.
Sed eminus abeo, & recessero
Ira fluente à Thracense insuperabili.
POL. Heu me, quò eam? ubi consistam, quò appellã?
Quadrupedis gradum beluæ montanæ
Firmans, per manum preßis uestigijs. qua uia,
Aut hac aut illa alternauero?
Viricidus comprehendere quærens

Iliadas,

Digitized by Google

Viadas, quæ me perdiderunt.
Sceleſtæ ſceleſtæ puellæ Troianæ.
Io io execratæ: in quos nam me per fugam
Fugitant receſſus?
Vtinam mihi oculorum ſanguinolentas palpebras
Medeare medeare, cæcum ô Sol
Lumen adimens.
At at. file file. occultum greſſum ſentio
Harum mulierum.
Quò pedem ciens, carnibus oſſibuſ
Quæ implear? epulum immanium beluarum
Faciens, ſumens pœnam
Pœnæ uindictam meæ. Io miſer,
Quò quò ferar, liberos deſertos relinquens
Bacchis Plutonis dilacerandos,
Cedem & canibus cruentam
Dapes impias, montanamq; electionem?
Vbi conſiſtam? quò me uertam? quò eam?
Nauis ueluti marinis rudentibus
Lintea uela contrahens
Ad iſtam concitatus
Liberorum meorum cuſtos
Perniciosam latebram. (ſunt mala.
CHO. O infœlix, quàm in te intolerabilia patrata
Sed cum peregeris turpia, graues pœnas "
Deus dedit, quicunq; eſt tibi grauis & infenſus. "
POL.

Digitized by Google

POL. Ah ah: Io Thraciæ
Hastifera armata
Equis ualèns Marti obnoxia gens.
Io Achiui, Io Atridæ.
Vocem uocem clamo, uocem.
Ite ite: adeste per deos quæso.
Audit quis? aut nemo opem feret? quid cunctamini?
Fœminæ perdiderunt me,
Fœminæ captiuæ.
Grauia grauia passi sumus.
Heu mihi, meæ cladis,
Quò uertam me, quò eam
Aetherem per uolans cœlestem,
Sublime ad atrium, Orion
Aut Sirius ubi ignis micantes
Emittit ab oculis radios.
Aut ad Plutonis furuum
Portum ruam miser?
CHOR. Venia danda, cum quis mala quàm ferre
queat duriora
Patitur, misera discedere è uita.
AG. Clamore audito ueni. non enim tacita
Petræ montanæ filia sonuit per exercitum,
Echo edens tumultum. nisi Phrygum
Turres cecidisse sciremus Græcorum marte,
Timorem exhibuisset non mediocrem hic strepitus.

POL.

POL. O carissime, sensi nanq; ô Agamemnon tua
Voce audita. Cernis quæ patimur?
AG. Hem Polymestor, ô infœlix, quis te perdidit?
Quis oculum fecit cæcum, cruentans genas?
Filios & hos interfecit? profectò magnam iram
Contra te & filios habuit, quicumq; is fuit.
POL. Hecuba me cum mulieribus captiuis
Perdidit: nec perdidit, sed amplius etiam.
AG. Quid ais? tu facinus patrasti hoc? ut narrat.
Tu audaciam, ô Hecuba, istam ausa es excellentem?
POL. Hei mihi, quid ais? an ne prope est alicubi?
Indica, dic ubi sit, ut abreptam manibus
Dilacerem, & cruentem corpus.
AG. Heus tu, quid furis?
POL. Per deos te precor,
Sine me inijcere huic furentem manum.
AGAM. Contine te, eijciens porro è corde istam
barbariem.
Dic, ut audiens teq; & hanc uicissim,
Iudicem iuste, quamobrem patiaris hæc.
POL. Dicam sanè. Erat quisquam Priamidarum mi-
nimus natu
Polydorus Hecubæ filius, quem ex Troia mihi
Pater dat Priamus domi alendum,
Suspectus existens iam de Troiæ excidio.
Hunc interfeci. quamobrē uero interfecerim ipsum,

Audi, quàm bene, & prudenti prouidentia.
Timui ne tibi hostis relictus hic puer,
Troiam congregaret, & constitueret denuò.
Cum cognouissent uero Achiui uiuentem ex Priami-
dis aliquem,
Phrygum ad terram iterum tollerent classem,
Et deinde Thraciæ campos uastarent hos,
Prædam agentes, uicinis uerò esset malum
Troianorum, in quo nunc ô rex laboramus.
Hecuba porro filij cum cognouisset letale fatum,
Dolo me huiusmodi duxit, tanquam occultata
Reconditoria indicatura Priamidum sub Ilio
Auri. Solum uerò cum liberis me introducit
In domum, ut alius nemo sciret ista.
Sedeo porro lectica in media curuato genu.
Multæ uerò manus, hæ quidem ad sinistram,
Aliæ uerò illinc, tanquam apud amicum Troiano-
rum puellæ
Sedebant, tractantes radium Edonicæ manus.
Laudabant uerò ad splendorem solis cernentes ho-
sce peplos.
Aliæ camacem Threiciam considerantes,
Nudum me reddiderunt duplici ornamento.
Quotquot porro genitrices erant, stupentes
Liberos in manibus librabant, ut procul à patre
Essent, successionibus alternantes manuum.

Et

Digitized by Google

Et deinde ex amicis colloquijs mirificè,
Statim arreptis ſpiculis ex peplis alicunde,
Fodiunt pueros. aliæ uerò hoſtium more
Corripientes meas continebant manus,
Et membra. filijs uerò opem ferre cupiens,
Si quando ultum attollebam meum,
Capillo retinebant. ſi uero mouerem manus,
Præ multitudine mulierum nihil proficiebam miſer.
Supremum deinde malum, pluſquàm malum,
Confecerunt mirum in modum. nam meorũ oculorũ
Acubus correptis has infœlices pupillas
Fodiunt, cruentant, deinde per tecta
Diffugiunt. exiliens uerò ego,
Beſtia uelut perſequor cruentas canes,
Omnem perluſtrans parietem, tanquam uenator
Feriens, concutiens. hæcq; ſtudioſus tui officij,
Paſſus ſum, & hoſtem tuum interficiens,
O Agamemnon. ut uero non longos extendam ſermõ
Si quis mulieribus ex priſcis maledixit, (nes,
Aut nunc maledicens eſt quis, aut dicturus eſt in po-
Omnia iſta abbreuians ego dicam. (ſterum,
Genus etenim neq; pontus neq; terra alit "
Tale. hic uero nouit, qui conuerſatur ſemper. (lis "
CHO. Ne inſolenter ꝗd dicas, neq; ex tuis ipſius ma
Fœmineum exiſtimans ſic omne incuſes genus.
Multæ enim ex nobis, aliæ quidem ſunt laudabiles, "

„ Aliæ uero ad numerum malarum natæ ſumus,
„ HEC. O Agamemnon, hominibus nõ conuenit unq̃,
„ Factis linguam ualere plus.
„ Sed ſiue proba egit, proba conuenit loqui.
„ Siue rurſum mala, dicta eſſe putida:
„ Neq; poſſe ea quæ iniuſta ſunt, bene diſſerere unq̃,
„ Atqui ſapientes ſunt, qui hæc diligenter perdiſcũt.
„ Sed non poſſunt perpetuò eſſe ſapientes.
„ Male uero perierunt, neq; quiſquam effugit adhuc.
Et mihi, quod ad te q̃dẽ attinet, ſic in proœmijs ha-
Ad hunc uero eo, & uerbis reſpondeo. (bet.
Quomodo ais, Græcorũ laborẽ minuens duplicem,
Agamemnonisq; gratia filium meum occidiſſe?
At ô peſſume, primùm nunquam amicum
Barbarum genus Græcis fuerit,
Neq; ſanè queat. cui porro ſtudens officio
Promptus eras? utrum affinem facturus aliquem,
Aut cognatus exiſtens, aut quod argumentũ habẽs?
Aut tuæ futuri erant terræ excindere germina,
Renauigantes? quem exiſtimas perſũaſurum te hæc?
Aurum, ſi uelis uera loqui,
Interfecit meũ filiũ, & cupiditas tua: (mis erat
Quandoquidẽ doce iſtud, quomodo quando incolu-
Troia, & cõplectebatur turris adhuc ciuitatem,
Viuebatq; Priamus, Hectoriſq; florebat haſta,
Ecquid non tum, ſi huic uoluiſſes gratiam

Facere,

Digitized by Google

Fecere, dens filium, & domi habens
Interfeciſti? aut uinum ueniſti Argiuis adducens?
Sed poſtquam nos non amplius eramus in luce,
Fumo porro ſignificabat urbs ſub hoſtibus eſſe,
Hoſpitem interfeciſti, tuas profectum ad lares.
Preterea nunc auſculta, ut uidearis omnino malus.
Oportuit te, ſiquidem eras Achiuis beneuolus,
Auru, quod fateris non tuu, ſed huius gratia habere,
Dare afferentem & egentibus, & tempore
Longo à patria terra peregrè uerſantibus.
Tu uero ne adhuc quidem diſcedere è manu
Pateris, ſed perpetuò contines adhuc in ædibus.
Atqui alēs quidē, ut te meum filiu cōueniebat alere,
Et ſeruans meum, inclytam gloriam habuiſſes.
In rebus aduerſis enim boni maxime apparent
Amici. res fœlices porro ſingulæ habēt ſuos amicos.
Si equiſſes pecunijs, hic uero locuples fuiſſes,
Theſaurus utiq; tibi filius extitiſſet meus ingens.
Nunc uero neq; illum uirum habes tibi amicum,
Auriq; fruitio perit: & filij tui,
Et ipſe, ſic agis: tibi uero edico
Aganemnon, ſi hunc iuuabis, malus uideberis.
Neq; enim pio, neq; fido (quibus conueniebat)
Non ſancto, non æquo benefacies hoſpiti.
Quin te ipſum gaudere improbis dicemus,
Improbum exiſtentem. heris uero non conuitior.

„ CHOR. Papæ: hominibus ut bona causa
„ Bonæ occasionem præbet semper orationis?
„ AG. Graue quidem mihi aliena iudicare mala.
„ Sed tamen necesse. namq; dedecus foret,
„ Negociũ in manus me cum accepissem reijcere hoc.
Mihi uero, ut scias, neq; mea uideris gratia,
Imò neq; Græcorum interfecisse hospitem,
Sed ut haberes aurum in ædibus tuis.
Loqueris uero tibi quæ cõducunt, in malis existens.
Fortasse itaq; apud uos leue hospitem trucidare,
Nobis uero turpe istis Græcis hoc.
Quomodo igitur, te si iudicauero non iniurium fuisse, effugiam probrum?
„ Non queam: sed postquàm quæ honesta non sunt
„ Patrare ausus es, pátere & quæ non lubent.
POL. Hei mihi. à muliere ut apparet uictus,
Serua, dabo deterioribus supplicium.
AG. Nimirum iuste, quandoquidem patrasti mala.
POL. Hei mihi, liberorum meorum, oculorum quæ meorum miser.
HE. Doles? ecquid me ob filiũ non dolêre existimas?
POL. Gaudes insultans mihi, ô sceleſta tu?
HEC. An non me gaudere conuenit, te ultam?
POL. Sed non fortasse, cum te Ponuica aqua,
HE. Num naue uehet terræ ad fines Græcanicæ?
POL. Occultabit quidem lapsam ab antennis.

HEC.

Digitized by Google

HEC. A' quo uiolentos adeptam ſaltus?
POL. Ipſa ad malum nauis aſcendes pede.
HEC. Alatis humeris? aut quo nam modo?
POL. Canis fies, ignitos habens oculos.
HEC. Quomodo ſcis formæ meæ transformationẽ?
PO. Apud Thracẽſes uates prædixit Dionyſius hæc.
HE. Tibi uerò non prædixit quicquam de malis quæ habes?
POL. Non enim unquam tu me cepiſſes ſic cũ dolo.
HEC. Mortua uero, aut uiua hic explebo uitam?
POL. Defuncta, tumulo uero nomen tuum indetur.
HEC. A' forma cognominatũ, aut quid de me dicis?
PO. Canis infœlicis ſepulchrũ, nautis ſignũ. (ciũ.
HE. Nihil curæ eſt mihi, te mihi modò dante ſuppli-
POL. Quin tuam neceſſe eſt filiam Caßandrã mori.
HEC. Abominor. tibi iſta ipſi concedo hæc habere.
PO. Interficiet ipſam huius uxor domeſtica acerba.
HEC. Abſit ut furiat Tyndaris in tantum filia.
POL. Et hunc ipſum, bipennem ſuſtollens ſuperne,
HEC. Heus tu inſanis, & mala cupis adipiſci?
POL. Interfice, quoniam in Argis cruenta lauacra te manent.
AG. Non trahẽtis eum ô famuli eminus ui?
POL. Doles audiens? AG. Non continebitis os?
POL. Concludite, nam dictũ eſt. AG. Nõ q̃ celerri
Ad inſulas deſertas ipſum eijcietis aliquò, (me

Digitized by Google

Quandoquidem & nimis hic loquitur petulanter?
Hecuba, tu ô misera, gemina funera
Abiens sepelito. dominorum uero uos necesse est
Ad tentoria accedere, Troades. namq; uentos
Ad domum iam hos ferentes uideo.
Vtinam in patriam fœliciter nauigemus. utinam bene ea quæ domi
Sunt, uideamus, istis soluti laboribus.
CHOR. *Ite ad portas, & tentoria charæ,*
Heriles expertur æ
Labores, dura enim necessitas.

FINIS HECVBAE.

Digitized by Google

EVRIPIDIS
Oreſtes.

ARGVMENTVM.

ORestes cædem patris ultus interfecit Aegiſthũ, & Clytemneſtrã. parricidio uerò neca re auſus matrẽ, protinus pœnas pẽdit, furioſus factus Tyndareo uero patre interfectæ accuſante eũ, erant cõmune Argiui decretũ laturi de hoc, quid oporteret pati illũ q impie egiſſet. Forte fortuna Menelaus ex errore reuerſus, noctu quidẽ Helenã Argos miſerat, interdiu uerò ipſa acceßit, et cũ imploraret ab Oreſte, ut ſibi opẽ ferret, cõtradicentẽ Tyndareũ magis coluit. Latis autem ſententijs apud populũ, adducta eſt multitudo ad interficiendum Oreſtem. his cum intereſſet Pylades amicus eius, conſultauit ut primùm de Menelao ſupplicium caperent, interficientes Helenã. ipſi itaq; cum ad hæc pergerẽt, fruſtrati ſpe ſunt, dijs abripientibus Helenam. Apollo autem oſtendens Hermionem, in manus illis tradidit. hi uerò hanc interficere uolebant. Sed ſuperueniens Menelaus, & cernens ſe ſimul et uxore & liberis orbatũ ab ipſis, conatus eſt regiam Aganemnonis depopulari. illi uero minabantur incendiũ. Apparens autem Apollo, Helenam quidem iußit in deorum numerum transferri. Oreſti autem imperauit, ut ducat

Digitized by Google

Hermionem. Pyladi autem, ut cohabitet Electræ. Lustratum uero à cæde, imperare Argis.

ALIVD.

Oreſtes propter cædē matris, ſimul & à furijs ex territus, & ab Argiuis mortis dānatus, interfecturus Helenā & Hermionē, eo quod præſens Menelaus opem non tuliſſet, prohibitus eſt ab Apolline. à nullo autem poeta tractatur hæc fabula.

ALIVD.

Actio quidem tractatur Argis, Chorus autē conſtat ex mulieribus Argiuis coætaneis. quæ etiam uenium interrogaturæ ſuper Oreſtis calamitate. Præſens fabula exitum comicum habet. Apparatus autem fabulæ talis eſt. Ad regiam Agamemnonis introducitur Oreſtes, laborās & iacens in lectulo præ furore, cui aßidet ad pedes Electra. quæſtio uero eſt, cur non aßideat potius capiti? ſic magis uidetur curam gerere fratris, cum ſic propius illi aßideat. Videtur uero poeta tractaſſe per Chorū. Oreſtes enim excitatus eſt modò, et uix ſopitus, cum mulieres quæ chorum conſtituūt, propè ad illum acceßiſſent. hoc autē coniectare licet ex ijs quæ Electra dicit ad Chorum, Tace tace tenue veſtigiū ſoleæ. plauſibilē uero eſſe dicūt occaſionē huius diſpoſitionis. Hæc fabulæ ex illis eſt, quæ probātur in actione, peßima uero in moribus. Excepto enim Pylade, omnes improbi erāt.

PERSO-

ORESTES.

PERSONAE.

Electra	Helena	Pyladēs
Nuncius	Chorus	Hermioné
Oreſtes	Phryx	Menelaus.
Apollo	Tyndarus	

Præfatur autem Electra, quippe Oreſtis ſoror.



ON *eſt ulla difficilis, ut ita di-* "
cam, (*dira,*
Neque paßio, neque calamitas "
Cuius non ſufferre queat pon- "
dus hominis natura.
Nam beatus (*neque exprobro infortunia*)
Ioue ſatus, ut tradunt, Tantalus
Vertici imminentem timens petram,
In aëre pendet, atq; luit hanc pœnam,
Vt quidem tradunt, quòd dijs, homo cum eſſet,
Communis menſæ dignitatem habens parem,
Inconcinnentē habuit linguam, turpißimum morbū: "
Hic plantat Pelopem, ex hoc Atreus,
Cui ſceptra cum comparaſſet, nouit dea
Litem Thyeſti, bellum fratri ſuo
Vt inferret: quid infanda recenſere me conuenit?
Conuiuio excepit ipſum liberis interfectis Atreus.

Digitized by Google

Ex Atreo uero (quæ enim interuenerunt taceo infortunia)
Inclytus, si modo inclytus Agamemnon, natus est,
Et Menelaus, Cretensi ex matre Aeropa.
Porro autem ducit illam dijs inuisam
Menelaus Helenam: sed Clytemnestræ lectum
Fœnosum apud Græcos, Agamemnon rex.
Cui uirgines quidem tres natæ sunus ex una matre,
Chrysothemis, Iphigenia, Electraq; ego,
Masculumq; Orestes, matre impijssima.
Quæ maritum circũ amplexa inextricabili tunica,
Interfecit: quorum uero gratia, uirginem dicere
Haud pulchrum. omitto hoc obscurum publicitẽ considerandum.
Phœbi uero iniustitiam quidem quid conuenit incusare?
Persuasit Orestem, matrem, quæ se genuerat,
Occidere, non apud omnes gloriam reportans.
Tamen interfecit, non immorigerus deo.
Et ego particeps fui, quantum scilicet mulier, cædis,
Rylades q;, qui nobiscum unà patrauit hæc.
Exinde immani afflictus morbo ægrotat
Miser Orestes. namq; collapsus in cubilibus,
Decumbit, matris uero sanguis ipsum rotat
Insania: nominare enim uereor deas
Eumenidas, quæ hunc certatim territant metu.

Sexta

Ita porro hæc dies est, ex quo cædibus
Secata mater, rogo purificata est corpore,
A quibus neq; cibaria per gulam admisit,
Non lauacra dedit corpori, sed chlænulis
Inobtus, quandoqdē corpus leuatū est ægritudine,
Sui constans illachrymat. interdum à cubilibus
Profilit festimabundus, equuleus ut à iugo.
Sancitum est porro Argis hisce, neq; nos tectis,
Nec igne recipiendos, neq; alloqui quenquā debere
Matricidas. constituta uero certa hæc dies est,
Qua ferat suffragium Argiuorum ciuitas,
An oporteat mori nos lapidabili saxo,
An gladium acuentem in ceruicem mittere.
Spem tamē quandā habemus, ne moriendū nobis sit.
Appulit enim in patriam Menelaus à Troia.
Portum enim Nauplium replens palma
Ad littus appellit diutino ex Troia tempore
Erroribus circumactus. ipsam luctuosam porro
Helenam, obseruata nocte ne quis conspicans
Interdiu euntem, ex ijs quorum sub Ilio
Nati oppetiere, ad lapidū se proriperet iactus,
Premisit domum nostram. est uero iam intus,
Deflens sororem calamitatemq; domus.
Habet tamen quoddam doloris solatium.
Quam enim domi reliquit cum Troiam nauigaret
Virginem, meq; matri tradidit alendam

Menelaus

Digitized by Google

Menelaus ducens Hermionem à Sparta,
In hac se oblectat, & obliuiscitur malorum.
Cerno autem omnem introitum, tandem conspicias
Menelaum uenientem. nam aliàs imbecilli
Robore nitimur, nisi aliqua parte ab illo
Seruemur. Inops consilij res, calamitosa domus.
HEL. O filia Clytemnestræ & Agamemnonis,
Virgo longa prolixitate Electra temporis,
Quomodo, ô misera, tuq; , fraterq; tuus
Infœlix Orestes, & matris hic occisor extitit?
Alloquijs enim non polluor tuis,
In Phœbum referens peccatum.
Atqui defleo Clytemnestræ fatum,
Meæ sororis, quam ex quo ad Ilium
Nauigaui (sic autem quodammodo nauigaui deorum fato)
Non uidi. superstes uerò, lamentor infortunia.
ELE. O Helena, quid tibi dicam, quæ præsto cernis,
In calamitatibus constitutam Agamemnonis sobolē?
Ego quidem insomnis assidua misero funeri,
(Funus enim hic est, propter exiguum anhelitum)
Assideo, sed huius non exprobro afflictiones.
Sed tu beata es, beatusq; tuus uir,
Venitis ad nos misere afflictos.
HEL. Quaneo tēpore uerò cubilibus decubuit hic?
EL. Ex quo sanguinem natalem confecit.

HEL.

HEL. O infœlix, materq; quàm miserè perijt.
EL. Ita est. itaq; desperaui, malis obruta.
HE. Per deos quæso, parebis iã mihi aliqua in re? ô
EL. Sed occupata sum fratris aßidentia. (uirgo,
HE. Vis tumulum mihi ad sororis accedere?
EL. Matris iubes meæ? cuius gratia?
HEL. Capillorũ inferias, & libamina offerens mea,
EL. Tibi uero non fas ad charum ire sepulchrum?
HEL. Ostendere namq; Argiuis corpus pudet.
EL. Tandem sapis, olim relinquẽs turpiter domũ.
HEL. Rectè dixisti, non grate uerò mihi dicis.
EL. Pudor autem quis erga Mycenæos tenet?
HEL. Timeo patres eorum qui sub Ilio ceciderunt.
ELE. Grauiter etenim Argis quoq; infamaris ore
omnium.
HEL. Tu nunc officiũ mihi hunc metũ adimens da.
EL. Neutiquam queam matris aspicere tumulum.
HEL. Turpe sedenim famulam offerre hæc.
EL. Cur uerò non filiæ Hermiones mittis corpus?
HEL. Ad populum ire uirginibus non decet. ee
EL. Atqui persolueret mortuæ nutritionis præmia, ee
HEL. Recte dixisti, pareoq; tibi ô puella, ee
Et mittam filiam: bene enim admones.
O filia Hermione prodi foras,
Et sume libamina hæc in manus, comasq; meas.
Profecta uero ad Clytemnæstræ tumulum,

Mulsum

Mulſum effunde lactis, lixiuumq; rorem,
Et ſtans in ſummo tumulo, dicito hæc.
Helena te ſoror hiſce munerat libaminibus,
Metu accedendi monumentum tuum, timensq;
Argiuum populum. propitiam uero iube ipſam,
Mihiq;, & tibi, & marito eſſe,
Miſeriſq; his, quos perdidit Apollo.
Quæ uero ſorori conuenit præſtare meæ,
Omnia promitte inferorum munera.
Abi gnata mihi feſtina, & libamina tumulo
Vbi dederis, quàm celerrime retro memineris uiæ.
» EL. O natura, in hominibus quàm ingens es malum,
» Saluſq; ijs qui bona natura præditi ſunt?
Cernitis ſummas ut abſcidit trichas,
Seruans uenuſtatẽ. eſt certe priſtina mulier.
Dij te oderint, nam me perdidiſti,
Et hunc, omnemq; Græciam. me miſeram.
Rurſum uero adſunt meis ploratibus
Charæ concentrices. fortaſſe excitabunt ſomno
Hunc quieſcentem. oculos uerò tabefacient meos
Lachrymis, fratrem cum conſpexero furentem.
O charißimæ mulieres, tacito pede
Incedite, ne ſtrepite, abſit ſtrepitus.
Amata etenim tu, benigna quidem, ſed mihi
In hoc excitando calamitas aderit.
CHOR. Sile ſile, tenue ueſtigium crepidæ

Ponite,

Digitized by Google

Ponite, ne strepite, absit strepitus.
EL. Quàm pcul ite hinc, q̃ pcul hinc mihi à lecto.
CHOR. Ecce, facio. EL. Ah ah, fistulæ uelut flatus
Tenuis arundinis, ô mea amica loquere mihi.
CHO. Ecce submissam tanq̃ per culmen edo uocẽ.
EL. Ita planè submitte submitte, adi tacita.
Tacita adi. dic quamob.
Rem uenitis tandem.
Iampridem enim hic collapsus, dormit.
CHOR. Vt ualet? dic ô amica.
EL. Quam fortunam dico? quod ue infortunium?
Interdum quidem spiritum ducit, mox ingemiscit.
CHOR. Quid ais? ô misera.
EL. Perdis me, si palpebras commoueris
Saporis dulcissimum habenti gaudium.
CHO. O infœlix, inuisissima diuinitus ob facinora.
Ah miser: eheu laborum.
EL. Ah ah, iniustus iniusta tamen profecto dixit.
Dixit indignam, quando in tripode
Iustitiæ utiq; iussit
Cædem Apollo meæ matris.
CHOR. Viden' in peplis mouet corpus.
EL. Tu enim ipsum ô misera
Vociferata, excitasti è somno.
CHOR. Imò dormire ipsum existimo.
EL. Non à nobis, non ab ædibus

Retrò

Retro pedem tuum retrahes,
Omisso strepitu?
CHOR. Dormit. EL. Bene dixti.
CHOR. O sacra ueneranda nox,
Somni largitrix laboriosis mortalibus,
Ab erebo adsis, ueni ueni pennigera
Agamemnonis ad ædes.
Præ nanq; dolore, præq; calamitate
Occidimus, perimus.
EL. Strepitum excitatis. CHOR. Minime.
EL. Sile sile, cauens oris
Strepitum porrò à lecto,
Quietum somni gaudium exhibebis, ô chara.
CHOR. Dic, quis malorum finis manet?
EL. Mors. nam quid aliud dicam?
Neq; enim appetitum habet cibi.
CHOR. Manifestissima utiq; hæc mors.
EL. Perdidit Apollo nos,
Miserum inuisum sanguinem concedens
Parricidæ matris.
CHOR. Iure quidem, sed non bene.
EL. Occidisti, occisa es ô quæ me peperisti
Mater. nam perdidisti
Patrem, liberosq; hosce, tui propter cædem.
Perimus perimus pariter mortui.
Tu etenim inter mortuos. quod mea, perit

Vitæ

Vitæ maior pars in
Gemitibus & luctibus,
Lachrymisq; nocturnis, innupta
Quoniam liberis orba, quæq;
Infœlix in longum traho tempus.
CHO. Vide accedens uirgo Electra propè,
Ne mortuus te frater lateat hic.
Nõ enim placet mihi, propter nimiam dissolutionẽ.
OREST. O dulce somni leuamen, remedium morbi,
Quàm suauiter mihi aduenisti in tempore.
O ueneranda obliuio malorum, quàm es sapiens, "
Et miseris optabilis dea. "
Vnde nam huc ueni? quo pacto deueni?
Non memini, priori derelictus amentia.
ELE. O carissime, quàm me exhilarasti, in somnum incidens.
Vis attingam te, & alleuem corpus?
OR. Cape cape scilicet. absterge miseri
Oris spumosus sordes, oculisq; meis.
EL. Ecce ministerium suaue, neq; abnuo
Fraterna sororia manu colere membra.
OR. Subijce lateri latus, & squalentem comam
Adime uultu: uix enim uideo oculis.
EL. O capillorum sordidum miserum caput,
Quàm deturpatum es diutina illuuie. (bus
OR. Reclina me iterũ in lectũ. cũ me reliquerit mor-

Digitized by Google

Furoris, debilibus articulis sum, & debilis sum mens
EL. Ecce. Carus sanè ægrotanti lectus: (bris.
Tristis existens possessio, necessaria tamen.
OR. Iterum me alleua, conuolue corpus.
CHO. Morosi sunt ægrotantes, difficultatis gratia.
EL. Num in terra firmare pedes uis,
Tardo uestigio nitens? Vicissitudo omnium grata.
OR. Maxime. opinionem enim hoc sanitatis habet.
Bona res est opinio, citra ueritatem etiam.
EL. Audi iam nunc ô fraternum caput,
Donec sinunt te bene sapere furiæ.
OR. Dices aliquid nouũ? & si bonũ, gratiã habebis.
Si uero ad damnum, satis habeo miseriarum.
EL. Menelaus adest, tui frater patris.
In Nauplio uerò transtra subducta sunt nauiũ. (lis?
OR. Quomodo dixisti? aduenit lumẽ meis tuisq; ma-
Vir consanguineus, & officijs obstrictus patris?
EL. Adest, fidem meorum sermonum habe,
Helenam ducens Troiacis à mœnibus.
OR. Si solus sospes fuisset, magis beatus esset.
Sed si uxorẽ adducit, malum habens uenit ingens.
EL. Insigne peperit Tyndareus ad probrum
Genus filiarum, ingloriumq; per Græciam.
OR. Tu ergo differ à malis. licet enim.
Neq; solum dicito, sed & re comprobes ista.
EL. Eheu frater, oculus tuus turbatur.

Statim

Digitized by Google

Statim mutaberis in rabiem, modò tibi constans.
OR. O *mater, rogo te ne immiseris in me*
Cruentoculas & uiperinas puellas.
Ipsæ enim, ipsæ propius impetunt me.
EL. *Mane infœlix quietè tuis in cubilibus.*
Cernis enim nihil, quæ existimas manifeste uidere.
OR. O Apollo, *interficient ne illæ canicernuæ*
Gorgoniuidæ inferorum sacerdotes diræ furiæ.
EL. *Neutiq̃ dimittam. manum uerò implicãs meam*
Continebo te saltare infœlices saltus.
OR. *Dimitte me, una existens ex meis furijs.*
Medium me complecteris, ut præcipites in tartarũ.
EL. *Me miseram, quod nam obsequium obeam,*
Cum numen ipsum inimicum habeamus?
OR. *Da arcus mihi cornutas, dona Apollinis,*
Quibus me dixit Apollo ulcisci posse deas,
Si me terrefaciant furore, rabie.
EL. *Iaculabitur quis deorum mortali manus?*
OR. *Ni cesserit procul à meis oculis.*
Non auditis? non cernitis à procul iaculantibus
Arcubus pennatas sagittas uolantes?
A, a. quid nã cunctamini? quin sublimẽ petitis æthe-
Pennis? Phœbi uero accusate uaticinia. (ra
Ehem, quid nam exagitor, spiritũ ducens à pulmoni
Quò, quónam saltauimus à cubilibus? (bus?
Ex fluctibus enim iterum nunc serenitatem uideo.

Digitized by Google

ELE. Frater germane, quid fles, caput intra ponens
stragula?
OR. Pudet me tecum participare meos labores,
Turbamq; facessere uirgini per meam ægritudinem,
Ne meorum gratia concabescas malorum.
Tu enim approbasti hæc, sed patratus est à me
Maternus sanguis. Apollinem uerò incuso,
Qui me persuadens ad opus impijssimum
Verbis quidem exhilarauit, rebus uerò minime.
Existimo autem patrem meum, si coràm
Interrogarem ipsum, an ego interficere deberem,
Multas huic mento extendisse preces,
Ne matris in cædes truderem gladium,
Quandoquidem nec ille resumpturus esset uitam.
Ego uero infœlix, huiusmodi expleturus eram mala.
Quare nunc exporrige frontem, ô sororium caput,
Lachrymasq; exue, etiam si ualde miseri
Simus. cum uero me furentem conspexeris,
Tu meam diritatem, & perditas mentes
Compesce, & consolare. cum uerò tu mgemiscis,
Nos præsentes conuenit te admonere amica.
» Obsequia enim ista amicis grata sunt, et accõmoda.
Sed ô misera, ingressa domum intro,
Somnoq; insomnes oculos porrecta da,
Eiburq; expete, & balnea corpori infunde.
Si enim deserueris me, aut assidentia ægritudinem

Contra-

Contraxeris aliquam, perimus. te enim habeo solam
Auxiliatricem, cæteris ut cernis destitutus.
EL. Non erit. una tecum commori cupio,
Et uiuere. ualet enim idem. si tu mortem oppetes,
Mulier quid agam? quomodo sola sospes ero?
Carens fratre, carens patre, carens amicis. tamen si
tibi uidetur,
Facienda sunt hæc. sed reclina in lectum corpus,
Neq; hoc quod territat & exagitat te è cubilibus
Temere admittas, quin mane in strato lecto.
Nam si non ægrotaueris, sed existimas te ægrotare,
Labor mortalibus atq; difficultas oborietur.
CHO. Ae, æ. pernices ô pennigeræ
Furificæ deæ,
Illætabilem quæ chorum sortitæ estis in
Lachrymis et luctib. furuo corpore Eumenides quæ
Latum æthera persaltatis, sanguinis
Exposcentes pœnam, ulciscentes cædem.
Obsecro obsecro
Agamemnonis filium finite ob-
Liuisci furoris uesanientis, impetuosi.
Hem laborum, quibus ô miser expetitis peris,
Tripodis ob responsum, quod ipse Phœbus
Edidit edidit, cum accepisti eo in solo
Vbi medij dicuntur recessus terræ.
Io Iupiter, quæ misericordia, quod hoc certamen

Digitized by Google

Sanguinarium adest,
Incitans te infœlicem? cui lachrymas
Lachrymis committit
Traducens quispiam domum tuam deorũ malorum,
Matris sanguinem tuæ, qui te exagitat.
Lamentor, lamentor.
» Magnæ diuitiæ neutiquam stabiles mortalibus sunt.
» Quin uelum tanquam nauis citæ,
» Concutiens deus, obruit
» Per graues labores, tanquam ponti
» Sæuis trucibus in fluctibus.
Quam enim iam ultra domum aliam,
Quàm eam quæ est à diuinis nuptijs
Tantalidarum, colere me conuenit?
Atqui rex huc iam incedit,
Menelaus imperator ingenti magnificentia
Conspicuus, quod ex sanguine Tantalidarum est.
O qui mille nauium exercitum duxisti
In Asiam, salue. cum bona fortuna uerò tu conuersaris,
Deorum ope peractis ijs quæcunq; optaueras.
ME. O domus, partim quidem te lubens aspicio
Troia reuersus, partim uero uidens ingemisco.
Vndiq; enim implicatam miseris malis
Nunquam aliam magis uidi domum.
Agamemnonis enim calamitates intellexi,

Et

Et mortem, quali ab uxore perijt,
Maleæ applicans proram. namq; ex fluctibus
Nautarum uates edixit mihi
Nerei propheta Glaucus, uerax deus,
Qui mihi hæc dixit palàm aßiſtens:
O Menelae, iacet tuus frater mortuus,
Lauacris uxoris circumuentus ultimis,
Lachrymisq; impleuit meq; & nautas meos
Multis. ſed cum Naupliam attingo terram,
Iam uxore illic expoſita,
Expectans Oreſtem filium Agamemnonis
Charis manibus complecti, & matrem,
Tanquam incolumes, audiui à piſcatore quodam,
Tyndareæ filiæ impiam cædem.
Et nunc ubi ſit dicite ô puellulæ,
Agamemnonis filius, qui dira hæc auſus eſt mala.
Infans enim erat tum in Clytemneſtræ manibus,
Cum reliqui atrium, profectus Troiam.
Itaq; neutiquam ipſum agnoſcerem aſpiciens.
OR. Hic ego ſum Oreſtes, ô Menelae, quem quæris.
Lubens ego tibi mea indicabo mala.
Tua uerò genua per primam ſupplicationẽ attingo,
Supplex nudi oris annectens preces,
Serua me: aduenisti enim ipſe in articulo malorum.
ME. O dij, quid uideo? quẽ uideo inferorũ? (uideo.
OR. Bene dixti: nõ enim uiuo præ malis, lumẽ tamẽ

ME. O miſer, cæſarie ſqualida quàm deturpatus?
OR. Non aſpectus me, ſed facinora deturpant.
ME. Acriter ſanè cernis oculis, aridis pupulis.
OR. Corpus omnino euanuit, nomẽ nõ ſupereſt mi-
ME. O abſurda mihi tua uiſa deformitas. (hi.
OR. Hic ego ſum matris luctuoſæ interfector.
ME. Teneo: Parce, ne ſemel quidem dicere male.
OR. Parcimus: ſed deus in me diues malorum.
ME. Quam rem pateris? quis te perdit morbus?
OR. Cõſcientia, quod cõſcius ſum dira me patraſſe.
ME. Quid ais? laudatur in loquendo perſpicuitas, non obſcuritas.
OR. Mœſtitia in primis, quæ me perdit.
ME. Acris quidem hæc dea, ſed tamen ſanabilis.
OR. Et furores, & matris ſanguinis ultiones.
ME. Cœpiſti uero quãdo inſanire? quæ dies tũ erat?
OR. Qua die miſeram matrem contumularunt tu-
ME. Vtrum domi, an aſſidens rogo? (mulo.
OR. Noctu, cuſtodiens oſſium ſublationem.
ME. Aderat quis alius, qui tuum erigebat corpus?
OR. Pylades, qui unà cõfecerat ſanguinem cædemque matris.
ME. A' ſpectris uero quibus hæc pateris?
OR. Viſus ſum uidere tres nocti ſimiles puellas.
ME. Scio quas dicis, ſed nominare nolo.
OR. Irritabiles enim, imperitè uerò caue dicas.

ME.

Digitized by Google

ME. Ipſe te exagitant, ob cognatam cædem.
OR. Hem perſecutiones, quibus agitor miſer.
ME. Non mirum pati grauia eos qui patrarint.
OR. Sed eſt nobis relatio calamitatis.
ME. Ne mortem dixeris. hoc enim non conuenit.
OR. Phœbus iubens matris conficere cædem.
ME. Adeò inſcius exiſtens iuris & æquitatis?
OR. Seruimus dijs, quodcunq; tandem ſint dij.
ME. Et cur iam non opem fert Apollo tuis malis?
OR. Differt: ſed numen ipſum eſt tale natura.
ME. Quanto tempore uerò matris perierunt uitales ſpiritus? (chri.
OR. Sextus hic dies, adhuc pyra calida eſt ſepul-
ME. Quàm ſtatim inuaſerunt te propter ſanguinem matris, deæ?
OR. Nō ſapiens, uere autē in amicos es malicioſus.
ME. Patris autem iam quid te iuuat ultio?
OR. Nihil dum. quin cunctationem ſimilem fruſtrationi dico.
ME. Sed ea quæ ad ciuitatem attinent, quomodo habes, cum hæc feceris?
OR. Odio habemur ita, ut ne alloquantur quidem.
ME. Neq; expiatus es tuum ſanguinem rite manuū?
OR. Eijcior enim ædibus, quócunq; perrexero.
ME. Qui è ciuibus conantur te eijcere patria?
OR. Oeax, Troiæ odium referens in patrem.

Digitized by Google

ME. Intelligo. Palamedis te punit ob cædem.
OR. Non intererat mea, propter tres tamen pereo.
ME. Quis alius? num qui ex Aegisthi socijs? (dit.
OR. Hi mihi iniurij sunt, quos ciuitas in præsens au
ME. Agamēnonis uero sceptra sinit te habere ciui-
OR. Quomodo, q uiuere nō sinūt nos amplius? (tas?
ME. Quid facientes, certi ne qd dicere potes mihi?
OR. Calculus contra nos feretur hoc die.
ME. Exulare ciuit.te hac? aut mori, aut non mori?
OR. Mori à ciuibus lapidabili strue saxorum.
ME. Et cur non fugis, terræ superans terminos?
OR. Vndiq; enim custodimur fulgentibus armis.
ME. Priuatim ab inimicis, aut ab Argiua terra?
OR. Omnib. à ciuibus: eadē est sententia, ut moriar.
ME. O infœlix, recidisti calamitatis ad ultimum.
OR. In te spes mea refugium habet malorum.
Quare ad misere agentes beatus cum ueneris,
Impartire amicis tuis tuam fœlicitatem,
Et non solus bonum nactus habeto,
Quin intercipe etiam labores uicißim,
Paterna beneficia reddens in eos in quos te cōuenit.
Nomen enim, opus autem non habent ij amici,
Qui non in rebus aduersis fuerint amici.
CHO. Atqui huc senili contendit pede
Spartanus Tyndareus, pulla gerens pallia,
Rasura ob filiam lugubri rasus.

OR.

Digitized by Google

OR. Perij Menelae, Tyndareus hiccine
Venit ad nos? cuius maximè me pudet
In conſpectum uenire, his rebus patratis.
Etenim me aluit paruum exiſtentem, multa uero
Suauia dedit, Agamemnonis
Filium ulnis circumferens, Lædáq; ſimul
Honorantes me, nihil minus quàm Dioſcuros.
Quibus, ô miſerum cor, animéq; mi,
Reddidi uices non æquas. quas tenebras
Aſſumpſero uultui? quas uero præ me nebulas
Poſuero, ſenes oculorum fugiens pupulas?
TYN. Vbi ubi filiæ meæ uideam uirum
Menelaum? etenim ad Clytemneſtræ tumulum
Libamina fundens, audiui quòd ad Nauplium portã
Venit, cum uxore per multos annos ſeruatus.
Ducite me. nam ad dextram ei us uplo
Conſiſtens, ſalutare ſerò reducem aſpiciens amicũ.
MEN. O ſenex ſalue, cum Ioue eundem lectum habens caput.
TYN. Salue & tu Menelae, gener meus.
ME. Hem, euentus quàm malum non præſcire?
Matricida hæc ante domum uipera
Renidet morboſa fulgura, meum odium.
TYN. Menelae, alloqueris ipſum? execratũ caput?
ME. Quid ni? chari mihi patris eſt filius.
TYN. Ex illo enim hic natus eſt, talis exiſtens?

» ME. Natus est. quod si infœlix, tamen in precio &
» honore habendus. (ros.
» TYN. Barbarus factus es, diu uersatus apud Barba-
» ME. Imò Græcanicum est, cognatũ colere semper.
» TYN. Quin legibus non superiorem esse uelle.
» ME. Omne quod ex necessitate fit, seruitus est, testi-
» bus philosophis.
TYN. Habeas nunc, tu hoc, ego mihi nõ cõparabo.
ME. Imò ira simul, & tuum senium, non sapiens.
TYN. Adhuc certamen quoddã uenit de sapientia?
Si bona omnibus manifesta, & mala,
Hoc quis uirorum est imprudentior?
Qui quidem ipsum ius non perpendit,
Neq; uenit secundum communem Græcorum legẽ.
Ex quo enim exhalauit Agamemnon uitam,
Ictus à filia mea capite,
Turpissimum facimus, neq; enim laudauero unquam,
Oportuit tamen ipsum constituere cædis iudicium
Legitimum, accusatoremq; eijcere è domo
Matrem, & mediocritatẽ sumpsisset utiq; ultionis,
Atq; leges secutus esset, piusq; haberetur.
Sed nunc in idem crimen recidit cum matre.
Malam enim ipsam iure existimans,
Ipse peior factus est, matrem interficiens.
Interrogabo uerò ô Menelae tantum te,
Si interficeret hunc lecti socia mulier,

Et

Et huius filius iterum matrem uicißim interficeret,
Et deinde ex illo natus cæde cædem
Expiaret, finis quo nam malorum perueniret?
Hæc cauerunt hæc legislatores priſtini.
Non ſinebant in oculorum conſpectum uenire,
Neq; in occurſum, quicunq; ſanguinẽ exiſteret ha-
Sed fugis expiabant, cæde mutua uerò non. (bens.
Semper enim unus obnoxius futurus erat cædi,
Vltimum piaculum aſſumens manibus.
Ego quidem odi mulieres impias.
In primis uerò filiam, quæ maritum interfecit.
Helenam tamen tuam uxorem nunquam laudauero,
Neq; alloquar, neq; te laudo improbam
Ob uxorem profectum ad Troiæ campum.
Defendam autem quantum potis ſum leges,
Feritatem illam & crudelitatem
Tollens, quæ & gentes & ciuitates deperdit ſemp. ‹‹
Nam quid habebas ô miſer animi tum
Cum produxit mammas, ſupplicans te
Mater? ego quidem non uidens quæ illic erant mala,
Lachrymis ſenilem oculum liquefacio miſer.
Vnum certæ meæ orationi aſtipulatur,
Odio haberis à dijs, & luis ob matrem pœnas,
Inſanijs errans, & terriculamentis. quid teſtes
Alios audire cõuenit me? quæ quidem aſpicere licet.
Vt itaq; ſis ſciens Menelae, dijs

Non

Non fac aduersa, iuuare hunc studens,
Sed sine à ciuibus interfici saxis.
Aut non conscende Spartiacam terram.
Filia uero mea mortua, passa est iusta.
Sed non ab hoc conueniebat eam mori.
Ego certe aliàs beatus sum uir,
Nisi in filiabus. hac in parte non fœlix sum.
» Beatus est, qui beatus est in liberis,
» Neq; sibi insignes calamitates acquisiuit.
OR. O senex, ego certe contra te expauesco loqui,
Cum te offensurus sum, tuamq; mentem.
Ego certe impius sum, matre interfecta:
Pius uerò alio nomine, uindicans patrem.
Discedat à meis uerbis eminus
Senium nobis tuum, quod me impedit à dicendo,
Et in uiam reuertar. nunc autem expauesco tuum
capillum.
Quid faciendũ mihi fuit? duo enim oppone duobus.
Pater quidem plantauit me, tua uero peperit filia,
Semen tanquam tellus assumens ab alio.
» Absq; porro patre filius non fuerit unquam.
Reputaui itaq;, generis autori
Potius me debuisse opem ferre, quàm ei quæ produxit propter alimoniam.
Tua uero filia, matrem uereor nominare,
Priuatis nuptijs, neq; pudicis,

In

Digitized by Google

In uiri iuit lectum. mihi ipsi, si dixero "
Vide illi, dixero: dicam attamen. "
Aegisthus erat occultus domi maritus,
Hunc interfeci, insuper mactaui matrem,
Impie quidem agens, sed uindicans patrem.
De quibus autem minaris, quòd delapidandus sim,
Audi, quòd cunctam Græciam iuuo.
Si enim mulieres ad hoc deuenient audaciæ,
Viros ut interficiant, refugium habentes
Ad liberos, mammillis misericordiam uenantes,
Paruo momento sanè interficient maritos,
Causam habentes quamcunq;. patrans uero ego
Grauia, ut tu magnificè loqueris, hanc sustuli legē.
Quin infestus matri, iure occidi,
Quæ cum armis uirum absentem ex patria,
Cuncta pro Græcia imperatorem
Prodidit, neq; seruauit integrum lectum.
Cum uero peccasse comperta esset, nō sibimet pœnā
Irrogauit, sed ne pœnam daret marito,
Mulctauit patrem, & interfecit meum.
Per deos audi, nō opportune quidē memini deorum
Cædis reus. si uero res matris
Tacitus laudassem, quid mihi fecisset mortuus?
An non me odio habens perturbasset furijs?
An matri quidem adsunt auxiliatrices deæ,
Huic autē nō affuissent multo magis iniuria affecto?

Tu

Tu tibi plantaſti filiam ô ſenex malam.
Perdidiſti me. propter enim illius audaciam
Patre orbatus, factus ſum matricida.
Cernis Vlyßis uxorem? non interfecit
Telemachus. non enim ſuperinduxit uiro uirum.
Sed manet domi impollutum cubile.
Cernis porrò Apollinem, qui medias terræ ſedes
Habitans, mortalibus os manifeſtiſſimum edit?
Cui paremus per omnia, quæcunq; ille dixerit?
Huic obſecundans parentem interfeci.
Illum ducite impium, & interficite.
Ille peccauit, non ego. quid oportebat me facere?
An non ſatis idoneus deus referenti mihi
Piaculum ſoluere? quò quis igitur ſe poſthac uertat?
Si non, qui iußit, liberabit me à morte.
Quare quod quidem non iure, non dicito peracta
ſunt hæc,
Nobis uero autoribus non fœliciter peracta eſſe.
» Nuptiæ ſanè quibuſcunq; bene conſtitutæ ſunt mor-
talium,
» Iis beata uita contingit: quibus uerò nõ cadũt bene,
» Domi foriſq; infœlices ſunt.
» CHOR. Semper uxores impedimento ſuis calamita-
» Sunt uiris, ad maiores infœlicitates. (tibus
TYN. Quandoquidem magnifice loqueris, neq; ce-
dis oratione,

Sic

Digitized by Google

Sic uero respondes mihi ut doleam animo,
Magis me accendes ad tuam ut egrediar cædem.
Honestum uero neglectui iam habebo laborum,
Quorum gratia ueni, filiæ ornaturus sepulchrum.
Profectus enim ad euocatum Argiuorum populum,
Volentem, non inuitam incitauero ciuitatem,
Tibi tuæq; sorori lapidabilem irrogare pœnam.
Magis enim illa te mori est digna,
Quæ parenti te exasperauit, in aurem semper
Susurrans sermones ad inimicitiam,
Somniaq; annuncians de Agamemnone:
Et hoc, quod odio haberent Aegisthi lectum
Inferi dij. etenim illic erat acerbitas,
Donec succendit domum igne non igne.
Menelae, tibi uero hæc dico, & efficiam
Si meum odium in precio habes, affinitatemq; meã,
Ne huic arceas cædem, aduersam dijs,
Sed sine à ciuibus occidi petris.
Aut non conscende Spartiacam terram.
Tantum audiens, memento. neq; impios
Magis eligas, repudians pios amicos.
At nos ab ædibus ducite istis, ô famuli.
OR. Abi, ut non perturbate consequens nobis sermo
Ad hunc perueniat, senium effugiens tuum.
Menelae, quò tuum pedem cogitabundus uertis,
Duplicis sollicitudinis duplices uadens uias?

Digitized by Google

ME. Sine. mecum quid dispiciendo,
Ad quam me uertam fortunam ambigo.
OR. Ne perfice hoc quod uidetur, sed meis
Sermonibus auditis prius, statue tunc. (mone
» ME. Dic, bene enim dixti. est uero ubi silentium ser-
» Potius sit: est porro ubi silencio sermo.
» OR. Dicam iam. Longa oratio breui orationi
» Præferenda est, & dilucida magis auditu.
Mihi tu tuarum rerum ô Menelae nihil des:
Sed quæ accepisti, redde, à patre meo cũ acceperis.
Non opes dico: imò opes, si animam meam
Seruabis, quæ mihi carissima sunt mearum rerum.
Iniurius sum, quod accipere conuenit me in has
mea infœlicitate
Iniustum quid à te. etenim Agamemnon pater
Iniustè congregata Græcia, uenit in Ilium.
Non peccans ipse, sed peccatum
Tuæ uxoris, & iniusticiam ut corrigeret.
Vnum hoc nobis pro uno dare te conuenit.
Exposuit uero, ut conuenit, amicis amicos,
Corpus uere tibi in armis satagens,
Vt tu tuam reciperes uxorem.
Persolue itaq; mihi idem hoc, cum illic acceperis,
Vnico nauans operam die pro nobis,
Patronus stans, non decem explens annos.
Quas uero Aulis accepit uictimas meæ germanæ,

Sino

Sino te habere iſtas, Hermionem ne interficias tu.
Conuenit enim te, me habente ut habeo nunc,
Priores partes ferre, & me ignoſcere.
Vitam ſaltem meam da luctuoſo patri,
Et meæ ſororis, uirginis longæuæ.
Mortuus enim, domum orbam reliquero patris.
Dices, impoßibile hoc ipſum. Amicos
In rebus aduerſis conuenit amicis adeſſe. (cis?
Nam cum deus fœlicitatẽ dederit, quid opus eſt ami
Sufficit ipſe deus prodeſſe uolens.
Amare uxorem omnibus Græcis exiſtimaris,
Neq; ſubtens te hoc adulatione dico.
Per hanc obteſtor te: me miſerũ propter mea mala.
Quò deueni? quid uero diſcruciari me conuenit?
Pro enim domo uniuerſa ſupplico hæc.
O patris frater, patrue, ſub terram
Mortuum audire hæc finge uolantem
Animam ſupra te, & dicere quæ ego dico.
Hæc & in lachrymis, & luctus & ærumnas
Dixi, & debitum repoſci ſalutem
Captans: quod omnes, nec ego poſtulo ſolus.
EL. Et ego te obteſtor, mulier quamuis tamẽ exiſtẽs,
Egentibus ut adſis. potis namque es.
ME. O Oreſtes, ego ſanè tuum ueneror caput,
Et operam dare tuis malis uolo.
Nanq; decet ſic, conſanguineorum pericula

» Vnà subire, facultatem si dederit deus,
» Morientem, & interficientem aduersarios.
» Sed ipsum posse, à dijs opus habeo adipisci.
Adsum enim uirorum sociorum uacuam hastam
Habens, laboribus infinitis circumactus,
Paruo cum robore superstitum amicorum.
Pugna itaq; non superare possemus
Pelasgicum Argos. si uero blando sermone
Possemus, istuc spei deuenimus.
» Paruis enim res magnas quomodo caperet quis
» Laboribus? stultum etiam uelle, & conari hæc.
» Quãdo enim excanduerit populus, ad irã prolapsus,
» Similis est igni, ad extinguendum uehementi.
» Si uero pedetentim quis ei concitato quidem
» Cedens obsecundarit, tempus caute obseruans,
» Forsan exhalauerit. cum autem emiserit flatus,
» Vteris eo facile pro arbitrio.
Adest enim miseratio, adest quoq; furor magnus,
Ei qui obseruarit res preciosissima.
Quare profectus & Tyndareum tibi experiar,
Et ciuitatem persuadere, summo iure uti moderate.
» Nauis etenim tensa ui summa rudentibus,
» Mergitur: erigitur iterum, si laxauerit rudentes.
» Odit enim deus nimiam uehementiam,
» Odere ciues. oportet uero me, nec tergiuersor,
Seruare te oratione, nõ per uim, contra potentiores.

Viribus

Viribus autem te non utique, quatenus tu existimas fortasse,
Seruauero. non enim facile hasta una
Statuere trophæa de malis, quæ tibi adsunt.
Non enim unquam Argiuorum terram blanditijs
Conciliauimus. sed nunc opus est
Seruis esse nobis prudentibus fortunæ.
OR. O nisi uxorem propter præliari,
Ad reliqua nihili homo. ô ignauissime, ulciſci amicos
Fugis? auersaris me? beneficia Agamemnonis
Incassum. amicis caruisses utiq; ô pater, si ad infortunium deuenisses.
Eheu, prodor, non supersunt spes.
Quò uertens mortem Argiuorum effugiam?
Hic enim erat mihi effugium salutis.
Sed aspicio hunc carissimum mortalium,
Pyladem, cursu incedentem à Phocensibus.
Iucundum spectaculum. fidus in aduersis uir, ea
Potior est quàm tranquillitas nautis aspectu. ea
PYL. Citius quàm mihi conuenit iter faciens, perueni ante urbem,
Concionem ciuitatis cum audirem, hanc uidens ipse manifestè (tinus.
Contra te sororemq; tuam, tanquam occisuros protinus.
Quid rei est? ut uales? quid agis carissime æqualium meorum,

Digitized by Google

Et amicorum, & consanguinitatis? omnia enim hæc es tu mihi.

OR. Perijmus, ut breuiter tibi mea exponam mala.

PYL. Vnà subrues nos. Cõmunes enim res amicorũ.

OR. Menelaus peßimus est in me, & sororem meam.

PY. Probabile est, malæ uxoris uirum fieri malum.

OR. Tanquam non ueniſſet, mihi tantundem reddidit abiens.

PY. An reuera ad hanc uenit terram? (amicis.

OR. Tandẽ: sed tamen in primis malus deprensus est

PY. Et uxorẽ illam peßimam naue uehens aduenit?

OR. Non ille, sed illa illum huc duxit. (unica?

PY. Vbi est, quæ plurimos Achiuorũ pdidit, mulier

OR. Domi meæ, si modò hanc meã uocare cõuenit.

PY. Tu uero quos sermones dixisti tui fratri patris?

OR. Ne me negligas mori à ciuibus, & sororẽ meã.

PY. Per deos quæso, quid ad hoc dixit? hoc enim scire cupio.

OR. Se caute agere: quod amicis faciũt mali amici.

PY. Prætextum ad quem procedens? hæc rem habebo si didicero.

OR. Hic aduenit, q illas optimas filias genuit pater.

PY. Tyndareũ dicis? forta ſe tibi ob filiã succẽsens.

OR. Intelligis. huius affinitatem prætulit patris amicitiæ. (sens.

PY. Neq; auſus fuit labores tuos sibi uendicare præ

OR.

Digitized by Google

OR. Non enim bellator est. quod uerò ad mulieres attinet, fortis.

PY. In malis utiq; es maximis, & te necesse ẽ mori.

OR. Calculum de nobis ciues de cæde ferre conueniens est.

PY. Qui dijudicabit causam? dic. timeo enim.

OR. Aut mori, aut uiuere. oratio non magna, de rebus magnis.

PY. Fuge ergo, relictis atrijs cum sorore tua.

OR. Non uides? præsidijs custodimur undiq;.

PY. Vidi ciuitatis plateas armis obseptas.

OR. Veluti ciuitas ab hostibus corpore obsidemur.

PY. Et me nunc interroga quid patiar? nam & ego pereo. (lum.

OR. A quo nam? hoc utiq; accesserit meis malis ma

PYL. Strophius me è domo exulem iratus pater expulit.

OR. Priuatum, aut cõmune cum ciuibus imputans crimen tibi?

PY. Quòd unà patrui tecum cædẽ matris, impium dictitans.

OR. Ah miser, uidentur quoq; te mea perdere mala.

PY. Quin Menelai moribus utimur? ferenda hæc.

OR. Non metuis, ne te Argos, ueluti & me, interficere uelit? (sium terram.

PY. Non pertinet punire me ad illos, sed ad Phocen

„ OR. Res uehemens multitudo, improbos cum ha-
„ buerit præfectos.
„ PY. Sed cum bonos nacti fuerint, bona consultant
semper.
OR. Esto. ad commune quid dicere conuenit?
PY. Qua de re necessaria?
OR. Si dicerem ciuibus profectus,
PY. Quod patrasti iuste?
OR. Patrem uindicans meum.
PY. Vide ne admittant te lubentes.
OR. Verum formidine correptus, silentio moriar.
PY. Timidum hoc. OR. quomodo igitur facerem?
PY. Habes aliquam, si manseris, salutem?
OR. Non habeo. PY. Profecto uerò, spes est seruari
à malis?
OR. Si succederet, fieret. PY. Igitur hoc melius
quàm manere.
OR. Quin iam eo. PY. Si enim mortuus fueris, sic
honestius mori.
OR. Et ipsa res iusta mihi est.
PY. Vt uideatur, precare modò.
OR. Bene dicis, fugiam timiditatem hac ratione.
PY. Magis quàm manēs. OR. Ecquis me miseratur?
PY. Ingens enim res est generositas tua. OR. Mor-
tem indigne ferens paternam?
PY. Omnia hæc in oculis sunt.

OR.

Digitized by Google

OR. Eundum. Nam inuirile, inglorie mori.
PY. Laudo hæc. OR. Dicã ne igitur sorori hoc meæ?
PY. Ne per deos. OR. Lachrymæ nimirum excitarentur.
PY. Nimirum hoc augurium magnum. OR. Nempe tacere melius.
PY. Interea temporis uero lucraberis. OR. Hoc mihi tantum obstat.
PY. Quid hoc nouum rursus dicis?
OR. Ne deæ me œstro occupent.
PY. Verum curam habebo tui ego.
OR. Difficile, tractare ægrotantem hominem.
PY. Neutiquam mihi te. OR. Caue furoris particeps fieri mei.
PY. Hoc itaq; eueniat. OR. An non pigritaberis?
PY. Pigritia enim amicis pernicies ingens.
OR. Eas igitur, tenuo pedis mei.
PY. Grata obiens obsequia.
OR. Et me ad tumulum ducito patris.
PY. Cur nam hoc? OR. Vt illi supplicẽ, me seruare.
PY. Hoc iuste sic habet.
OR. Matris uero ne uideam sepulchrum.
PY. Hostis enim fuit.
Sed festina, ne te ante calculus Argiuorũ cõdemnet,
Applicans lateri meo latus infirmum ægritudine.
Quó nam ego per urbem te, nihil curans turbam,

Neq; uerecundia motus ueho? ubi enim ostendere
amicum esse,
Si te non arduis uersantem in calamitatibus inuero?
» OR. Hoc illud est, comparasse sibi amicos, non co-
gnatos tamen.
» Quoniã uir, qui moribus unà affligatur, peregrinus,
» Innumeris potior consanguineis uiro ad comparan-
dum amicus.
CHOR. Ingens fœlicitas, ipsáq; uirtus
Superbiens per Græciam, &
Apud Simoenticos riuos,
Iterum redijt ex fœlicitate Atridis,
Valde antiqua à calamitate domus.
Quando de aureo contentio ariete
Attulit Tantalidis
Miserrimum epulum, &
Cædes generosorum liberorum. Vnde
Cædi cædes permutans
Per sanguinem, non deserit
Geminos Atridas.
Hoc quod honestiõ ducit, non honestũ est, parentum
Sæua secare manu
Corpus, cruentum sanguine
Ensem ad splendorem solis ostendere.
» Sed rursum etiam impie agere, impietas est magna,
» Stultorumq; hominum dementia.

Mortis

Mortis enim propter metum
Clytemneſtra conqueſta eſt miſera.
Tu ſoli, non auſus fuiſti pia,
Interficiens tuam matrem.
Vide ne paternam uindicans gratiam, appendas
Ignominiam perpetuam.
Quis morbus, aut quæ lachrymæ,
Aut quæ miſericordia maior in terram,
Quàm matricidum ſanguinem perdere?
Quale quale facinus patrans,
Exagitatur furore,
Furijs præda facta ob cædem,
Pernicibus nutans palpebris
Agamemnonis filius?
Ah miſer, matris quando
Ex auro & ſerico contextas ſuper ueſtes
Mammas productas aſpiciens,
Victimam fecit matrem,
Paternæ cædis ob uindictam.
EL. O fœminæ, num hiſce prorſit ex ædibus
Miſer Oreſtes, dira rabie percitus?
CHO. Minime, ſed ad Argiuum abit populum
De uita certamen propoſitum
Daturus, in quo uiuere aut mori uos conueniens eſt.
EL. Eheu, quam rem fecit? quis perſuaſit ipſum?
CHO. Pylades. uidetur autē non longe hic nunciu,

Dicturus

Dicturus ea quæ illic geruntur tuo de fratre.
NVNC. *O misera, ô infœlix imperatoris*
Agamemnonis filia, uenerãda Electra, sermones
Audi, quos tibi infœlices adsum adferens.
EL. *Eheu perijmus, manifestus es sermone.*
Malorum enim uenis, ut apparet, nuncius.
NVN. *Calculo Pelasgorum tuum fratrem mori,*
Et te, ô misera, sancitum est, hoc in die.
EL. *Eheu aduenit spes, quam metuens*
Diu propter euentũ futuræ rei contabui luctibus.
Sed quod certamen, quæ inter Argiuos sententiæ
Condemnarunt nos, & ratificarunt mori?
Dic ô senex. an lapidabili manu,
Aut per ferrum spiritum abrumpere me oportet,
Communes cum fratre calamitates adeptam?
NVN. *Ibam certe ex agro portas intra*
Vadens, audire auidus ea quæ de te agerentur,
Et quæ de Oreste. tuo enim beneuolentiam patri
Semper habui, & me aluit tua domus,
Pauperem quidem, ad usum uerò fortem amicis.
Video ibi turbam procedentem, et occupantẽ arcẽ,
Vbi dicunt primum Danaum Aegypto pœnas
Dantem, congregasse populum ad communes sedes.
Ciuiũ uero quendã interrogabã cõcionẽ cũ uidissem,
Quid noui Argis? num quoddam ab hostibus
Nuncium commouit Danaidarum ciuitatem?

Is uero respondit, Orestem illum non cernis prope
Accedentem, iudicium capitale peracturum?
Ibi uideo insperatum spectaculū, quod nunq; debui:
Pylademq;, & tuum fratrem incedentes patriter.
Hunc quidem mœstum, & debilitatum morbo,
Alterum tanquam fratrem, pari modo cum amico
afflictum,
Aegritudinem curantem manuductione.
Postquam autem frequēs extitisset Argiuorū turba,
Præco assurgens dixit. Quis uult dicere,
Vtrum Orestem mori, aut secus, oporteat,
Matricidam? & post hunc assurgit
Talthybius, q cū tuo patre depopulatus est Phrygas.
Habuit uero inter potentiores uersans usq;
Ancipitem orationem, patrē quidem tuū admirans,
Tuum uero non approbans fratrem, bonis malos
Sermones implicans, quod constitueret leges
In parentes non bonas. oculos uero semper
Hilares dabat Aegisthi amicis.
Hoc enim genus tale est: ad fœlicem "
Trāsiliunt semper præcones. hic enim ipsis amicus, "
Qui potens est, quiq; ciuitatis in magistratu est. "
Post hunc orationem habuit Diomedes rex.
Hic mori quidem neq; te, neq; fratrem
Sinebat, sed fuga multatos pro pijs habere.
Affremebant hi quidem, tanquam bene diceret:

Alij

Digitized by Google

Alij uero non approbabant. post hunc surgit
Vir qui spe aut effreni lingua, ualens audacia,
Argiuus non Argiuus, coactus
Tumultu & cõfidens, & indocta libertate loquẽdi,
Idoneus præterea ipsos implicare malo quodam.
„ Cum enim facundus orator, sentiens male,
„ Persuaserit populum, ingens exitium reipublicæ.
„ Quotcunq; uero cum animo bona cõsultant semp.
„ Et si non protinus, tamen in posterum utiles sunt
„ Reipub. Respicere uero huc oportet præfectum
„ Peritum. similis enim res est
„ Et dicenti, & honorato.
Qui dixit, Orestem & te interficiendos, petris
Ferientes. subiecit autem Tyndareus sermones,
Ei qui uos interficiebant, huiusmodi ut diceret.
Alius porro assurgens, dixit huic contraria:
Forma quidem iucundus, sed fortis uir,
Admodũ raro urbẽ & concionis polluens orbem,
Agricola (qui quidem & soli seruant terram)
Prudens uero, simpliciter loqui uolens,
Syncerus, irreprehensibilem qui execuerat uitam.
Qui dixit, Orestem filium Agamemnonis
Coronandum, qui uoluerit uindicare patrem,
Malam uxorem & impiam interficiens.
Quæ illum sustulisset è republica. neq; quenquam
armaturum manum,

Neq;

Neq; obiturum militiam relicta domo,
Si domesticas uxores qui relicti essent (tes.
Corrumpant, fortiũ uirorũ uiduas ignominia afficiẽ-
Et bonis quidem benedicere uidebatur.
Et nullus posthæc dixit. tuus uero acceßit frater,
Dixit autem: ô terræ possessores Inachi,
Prisci Pelasgi, Danaidæ uero postea,
Vobis opem ferens nihil minus quàm patri,
Interfeci matrem. si enim uirorum cædes
Erit uxoribus licita, neutiquam effugeritis
Mortem, aut uxoribus seruire necesse.
Contrarium autem facietis, quàm facere conueniat.
Nunc autem ea quæ prodidit lectum mei patris,
Mortua est. si uero iam interficietis me,
Lex illa abrogatur, neq; præueniet moriens quisquã.
Quoniam huius audaciæ non erit inopia.
Sed persuasit turbam, bene uisus dicere.
Sed non persuasit turbam, bene uisus dicere.
Vincit uero ille malus apud multitudinem orator,
Qui dixit fratrem teq; mori oportere.
Vix uero tandẽ persuasit, ne de lapidibus moriamini
Miser Orestes. sed propria manu peracta cæde
Promisit hoc die relicturum uitam,
Tecum ducit uero ipsum à iudicibus
Pylades lachrymans, unà consectantur amici
Flentes, miserantes. adest uero tibi

Acerbum

Acerbum ſpectaculum, & aſpectus miſerabilis.
Quare adorna gladium, aut laqueum ceruici.
Nam oportet te lumen relinquere. nobilitas uero,
Nihil te adiuuit, neq; Pythius
Tripodi inſidens Phœbus, ſed potius perdidit.
CHOR. O infœliciß. uirgo, quàm obſtipatum
Vultũ tuum in terram demittens muta es,
Tanquam in luctus atq; ploratus curſura.
EL. Ae, æ. exordior luctus, ô Pelaſgica terra,
Ponens album unguem per genas,
Sanguinolentam cladem,
Planctumq; capitis, quem ſortita eſt infra terram
Inferorum Proſerpina, pulchra filia dea.
Lamentetur uero terra Cyclopica, ferrũ ſup caput
Ponens raſile, Atridarum propter clades domus.
Hæc hæc miſericordia adeſt ſupra nos morientes,
Imperatores Græciæ olim exiſtentes.
Abijt enim, abijt, perijt filiorum
Vniuerſa ſoboles Pelopis, & apud beatos (ra,
Beata exiſtens olim domus. inuidia ipſam abſtulit di
Atq; hoſtilis letalis condemnatio apud ciues.
» Io, io, lachrymoſæ mortalium gentes, laborioſæ,
» Videtis quàm præter ſpem parca aduenias.
» Aliæ alijs atq; alijs permutantur
» Clades, diuturnitate temporis.
» Mortalium namq; uniuerſum inſtabile eſt æuum.

Vtinam

Vtinam uenire posſim intra cœlum medio & terrã
Extenſam in ſublimi
Ad petram catenis aureis, abreptam
Vorticibus glebam ex Olympo,
Vt per lamentationes loquar
Cum priſco patre Tantalo.
Qui genuit genuit progenitores meæ
Familiæ, qui uiderunt ærumnas,
Volatilem quidem curſum equorum
Quadrigali claſſe
Pelops quando circa pelagus egit
Myrtili cædem, proijciens in fluctus ponti
Albicantes fluctibus ad Geraſtias
Pontici ſali in littorib. currũ dirigens, unde familiæ
Meæ uenit execratio luctuoſa,
Fœturæ in gregibus Mæadis filij,
Aureum uellus agni quando
Natum eſt prodigium exitioſum
Atrei paſtoris, unde Contentio alatum
Solis retro egit currum, quæ ad occaſum uergit
Viam cœli appellens,
Quæ uno equo uehitur ad aurorã, & ſeptemgradæ
Curſus Pleiadis, in uiam aliam
Iupiter retro egit. ex iſtis uero permutat
Cædes cædibus, & cognomina
Connubia Thyeſtæ & lectos Cretenſis

Aeropæ fraudulentæ, fraudulentis nuptijs,
Quæ ultima in me & parentem meum
Venerunt, cum domus laborioſis neceßitatibus.
CHO. Atqui frater aduenit,
Calculo mortis condemnatus,
Et fideliſſimus omnium Pylades,
Similis fratri uir, dirigens
Aegros pedes Oreſtis,
Pedi obſequioſo compar.
EL. Me miſeram, ante tumulũ enim te cernẽs deploro,
O frater, & ante inferorum rogum.
Me miſeram iterum atq; iterũ. nam cernens oculis
Vltimum ſpectaculum, mota ſum animo.
OR. Quin tacite omittens muliebres eiulatus,
„ Amplecteris ea quæ uicerunt? miſerabilia quidem
„ hæc, ſed tamen
„ Ferre te neceſſe eſt præſentes fortunas.
EL. Et quomodo taceam? lumen intueri ſolis
Hoc, non amplius nobis miſeris licet.
OR. Tu ne me occide, ſatis ſub Argiua manu
Mortuus ſum infœlix. præſentia uero omitte mala.
EL. O infœlix pubertatis tuæ Oreſtes, & fati,
Mortiſq; intempeſtiuæ. uiuere oportebat te, cum
non amplius es.
OR. Ne per deos mihi injicias mollitiem,
In lachrymas ducẽs, per cõmemorationẽ malorum.

EL.

Digitized by Google

EL. Morimur, non possum non deplorare mala.
Omnibus enim miserabile, cara uita mortalibus.
OR. Hæc dies nobis rata est, oportet uero aut laque-
Nectere pensiles, aut gladiũ acuere manu. (os
EL. Tu nũc me ô frater, ne qs Argiuorũ interficiat,
Illudens Agamemnonis sobolem. (ciam,
OR. Satis habeo matris sanguinẽ, te uero non interfi
Sed propria manu morere, quocunq; uelis modo.
EL. Erunt hæc, nihil tuo gladio superero:
Sed tamen circumponere tuo collo uolo manus.
OR. Oblectare inani oblectatione, si uolupe hoc est,
Mortem ad illis qui eunt circumijcere manus.
EL. O carissime, ô desiderabile suauissimumq; qui habes
Tuæ sororis nomen, & unam animam.
OR. Contabescere facies profectò me. & te uicissim excipere uolo
Amicitia manuum. quid enim amplius uereor miser?
O pectora sororis, ô cari amplexus mei.
Istæ pro liberis & nuptiali lecto
Allocutiones adsunt miseris nobis. (ceret,
EL. Heu. Quomodo si gladius nos idẽ (si fas) interfi-
Et sepulchrũ acciperet idem, è cedro opus factum.
OR. Gratissima essent hæc. cernis autem amicis
Quod caremus, quod non cõmuni sepulchro condi
EL. Neq; dixit pro te, ne moriaris studens (liceat,

Digitized by Google

Menelaus ille malus, ille proditor mei patris?
OR. Ne oculum quidem commonstrauit, sed in sceptris habens
Spem, caute agebat ne seruaret amicos.
Sed sine, ut generosa, & Agamemnone
Facientes moriamur dignissima.
Etenim ego nobilitatem ostendam ciuibus,
Feriens ad epar gladio. te porro opus
Similia agere meis facinoribus.
O Pylades, tu uero nobis cædis sis præfectus,
Et mortuorum: bene ornato corpus,
Et sepelito, unà ad patris tumulum ferens.
Et uale. nunc ad opus, ut cernis, eo.
PYL. Mane. unam enim primum tibi incusationem habeo:
An uiuere me posse te mortuo speraßti?
OR. Quid enim attinet mori te unà mecum?
PY. Interrogas? qd uero uiuere tua absq; sodalitate?
OR. Non interfeciſti tuam matrem, ut ego miser.
PYL. Vnà tecum. communi modo hæc & pati me conuenit.
OR. Redde corpus tuum patri, neque commorere mecum.
Tibi enim est ciuitas, mihi uerò non est amplius:
Et domus paterna, & magnus diuitiarum portus.
Nuptijs porro infœlicis huius frustratus es,

Quam

Quam tibi despondi, amicitiam colens.
Tu uero alijs nuptijs, liberis operam da, acceptis.
Affinitas mea & tua non amplius est iam.
Quare ô desiderabile lumen consuetudinis meæ,
Vale. non enim nobis est hoc: tamen tibi licet.
Morientes enim gaudijs priuamur. "
PY. An unquam defuerunt mea consilia?
Neq; sanguinem meum accipiat frugifera terra, "
Non splendidus æther, si te ego deserens unquam, "
Liberans q; meipsum, reliquero te. "
Etenim unà interfeci, non negabo:
Et omnia consului, quorũ gratia tu nunc luis pœnas.
Quare unà mori oportet me tecum, cum hac simul.
Meam enim ipsam, cuius nuptias approbaui, "
Iudico uxorem. quid enim dicam honestum unquam "
Ad Delphidem ueniens Phocensium arcem,
Quæ antequam infœlices essetis amicus aderam,
Nunc autem non amplius infœlici tibi sum amicus?
Non erit. sed & hæc mihi curæ sunt.
At quoniam moriendum est, ad commune consilium
Veniamus, ut Menelaus unà periclitetur.
OR. O carissime, utinã hoc cum uidissem, morerer.
PY. Pareto modò, differ uero gladij uulnera.
OR. Differam, hostem si quo modo ulciscar.
PY. Tace modò. nam mulieribus fido parum. "
OR. Ne timeas has. nam adsunt nobis amicæ.

Digitized by Google

PY. Helenam occidamus, Menelao dolorẽ triſtem?
OR. Quomodo? hoc enim procliue eſt mihi, fieri ſi
PY. Trucidãtes. domi nãq; occultatur tuæ. (queat.
OR. Sic eſt: & iam res meas omnes ſibi obſignat.
PY. Sed nõ poſthac faciet, Plutonẽ ſponſũ ubi habue
OR. Et quomodo? habet enim barbaros ſeruos. (rit.
PY. Quos nã. Phrygũ enim neminẽ trepidarẽ ego.
OR. Tales, q ſpeculorũ & unguẽtorũ ſunt miniſtri.
PY. Delicias enim uenit huc habens Troicas?
OR. Adeò, ut Græcia ei ſit paruum domicilium.
PY. Nihili eſt ſeruile genus, erga liberos.
OR. Atqui hoc patrato, bis mori non refugio.
PY. Sed neq; ego ſanè, te uindicans.
OR. Rem ſignificato, & perge quemadmodũ dicis.
PY. Ingrediamur domũ, uidelicet tanq; deplorati.
OR. Intelligo hæc, quæ ſuperſint non intelligo.
PY. Luctus corã ea excitemus, propter ea quæ pati-
OR. Ita ut lachrymes, intus gaudens. (mur.
PY. Et nobis aderunt hæc quæ quidem illi tamen.
OR. Deinde periculum quomodo periclitabimur?
PY. Occultatos intra ueſtem habebimus gladios.
OR. Et antè miniſtrorum quæ cædes fiet?
PY. Excludemus ipſos alium aliubi in tectis.
OR. Et eum qui non tacuerit, interficere oportebit.
PY. Nimirum ipſa indicabit res, quatenus reſpice-
re oporteat.

OR.

Digitized by Google

OR. Helenam occidendã esse, intelligo hanc tesserã.
PY. Cognouisti. audi porro quàm probe consulam.
Si etenim in mulierem aliquam satis pudicam
Gladium immiserimus, ignominiosa esset cædes.
Nunc uero pro uniuersa Græcia dabit pœnas,
Quorũ patres interfecit, & quorũ perdidit filios,
Sponsasq; fecit uiduas coniugum.
Conclamatio erit, ignemq; accendent dijs,
Tibi multa & mihi bona uouentes euenire,
Improbam mulierem eo quod occiderimus.
Matricida uero nõ uocaberis, hanc ubi interfeceris.
Sed relinquens hoc, ad melius cades,
Helenæ dictus multicidæ occisor.
Non conuenit unquam, non conuenit Menelaũ quidem prospere agere,
Patrem uero tuum, & te, & sororem mori:
(Matrem uero taceo: hoc enim haud decorũ dicere)
Domũ & habere tuã, p Agamẽnonis uirtutẽ bellicã
Cum receperit sponsam. ne igitur uiuam posthac,
Nisi in illam gladium strinxero cruentatum.
Quod si igitur Helenæ non obtinuerimus cædem,
Incensis ædibus hisce moriemur.
Vtrauis enim re nõ frustrati, habituri sumus gloriã,
Honeste morientes potius quàm turpiter seruati.
CHO. Omnibus mulieribus digna odio exstitit
Tyndaris filia, quæ infamauit genus.

» COR. Papæ, non est quicquam melius quàm amicus certus.
» Non diuitiæ, non regnum. stulta porro quædam
» Multitudo, permutatio est generosi & boni amici.
Tu enim ea quæ in Aegisthum patrata sunt, excogitasti mala,
Et propè aderas periclitans mecum:
Nunc porro iterum cum dederis mihi hostium uim dictam,
Et non eminus es. sed desinam te laudare. nam
» Molestia quædam etiam in hoc est, laudari nimis.
Ego uero omnino exspirans animam meam,
Faciens quiddam cupio in meos inimicos mori.
Vt uicissim perdamus, qui me perdiderunt:
Ingemiscam uero, qui & me fecerunt miserum.
Agamemnonis profectò filius natus sum, qui Græciæ
Imperium obtinuit, dignus habitus, non tyrannus. sed tamen
Vires dei cuiusdam habuit. quem non dehonestabo,
Seruilem exhibens mortem. sed libere
Animam amittam, Menelaum uero ulciscar.
Vnum enim si adepti fuerimus, fœlices extiterimus:
Si alicunde insperata accideret salus,
Occidentibus, non morientibus. precor hæc.
» Quod cupio enim suaue, etiam ore
» Alatis uerbis citra sumptum oblectauero animum.

EL-

EL. Ego frater hoc ipsum habere existimo,
Salutem tibi, & huic, tertiò & mihi.
OR. Dei dicis consilium, sed ubi hoc?
Non prudentiam noui tuæ animæ adesse.
EL. Audi iam nunc, & tu huc animum applica.
OR. Dic. nã dicere bona, habet quandã uoluptatẽ.
EL. Helenæ nouisti filiam? scientem interrogaui.
OR. Noui, quam aluit Hermionem mater mea?
EL. Ipsa iuit ad Clytemnestræ tumulum.
OR. Quid rei afferas? subijcis quandam spem.
EL. Libamina oblatura supra matris tumulum.
OR. Et iam quid mihi hoc dixisti ad salutem?
EL. Comprehendite obsidem hanc, cum redierit.
OR. Cuius rei hoc dicis remedium tribus amicis?
EL. Helena mortua, si quid Menelaus in te statuerit,
Aut in hunc, aut in me (omnes enim unũ sumus tres)
Dicito quod interfecturus sis Hermionem. ensem ue
ro oportet
Iugulum ad ipsum uirginis extractum habere.
Et si quidem te seruarit ne moriaris, postulans uir-
ginem
Menelaus, Helenæ cadauer cernens in sanguine,
Permitte frui patri uirginis corpore.
Si uero irato non temperans animo,
Interficere uoluerit te, et tu iugula uirginis cruciẽ.
Et ipsum existimo primum si uehemens adfuerit,

Digitized by Google

Diuturnitate ſubacturum præcordia. neq; enim au-
Neq; fortis eſt. hoc nobis habeo (dax,
Salutis propugnaculum. dicta eſt oratio.
OR. O quæ animum quidem uirilem nacta es,
Corpus autem inter mulieres delicatas decens.
Quàm digna uiuere potius quàm mori es.
O tu Pylades, tali ſanè fruſtraberis miſer
Vxore, cũ qua conuiuens fœlix acquires coniugiũ.
PY. Vtinam fieret, ad Phocenſiũ ut ueniret ciuitatẽ,
Splendidis nuptijs digne excepta.
OR. Veniet uero domum Hermione quo tempore?
Nam cætera conſuluiſti: ſi hæc aſſequamur, fœlici-
ter eueniet,
Optime capientes catulum impij patris.
PY. Atqui iam prope ipſam domum eſſe exiſtimo.
Etenim temporis longinquitas ad id concurrit.
OR. Bene. tu porro iam ſoror Electra domum
Ante manens, uirginis excipe pedem.
Obſerua præterea ſi quiſpiam antequam cõſumma-
ta fuerit cædes,
Aut ſocius quiſpiam, aut frater patris,
Præuenerit in domum, clamore ſignificato in domũ,
Aut fores percutiens, aut nuncium mittens intrò.
Nos uero ingredientes, ad ultimum
Certamen armamus manus gladio.
O Pylades, tu enim collaboras mecum labores.
O domũ

O *domum habitans noctis obſcuræ pater,*
Vocat te Oreſtes filius tuus, auxiliatorem aduenire
Egentibus. propter te enim in infortunio ſum miſer,
Iniuſteq; prodor à fratre tuo,
Cum iuſta peregerim, cuius uolo uxorem capiens
Occidere, tu nobis huius auxiliator adſis.
EL. O *pater, ueni, ſi audis quæſo infra terram*
Liberos uocantes, qui pro te moriuntur.
PY. O *affinis mei matris, etiam meas preces,*
Agammemnon, exaudi: ſeruato liberos.
OR. *Interfeci matrem.* PY. *Direxi ego gladium.*
EL. *Ego uero conſilium ſuggeſſi, & abſtuli moras.*
OR. *Tibi pater ferens auxiliū.* EL. *Neq; ego prodi-*
PY. *Igitur opprobria iſta audiēs, libera filios.* (*di te.*
OR. *Lachrymis libo tibi.*
EL. *Ego uero lamentationibus.*
PY. *Definite, & ad opus eamus.*
Si etenim terram penetrant preces «
Audit. tu uero ô Iupiter generis author, & iuſticiæ «
ô reuerentia,
Date bonum euentum huic, mihiq;, illiq;.
Tribus amicis enim idem certamen, ſupplicium idē:
Aut uiuere omnibus, aut mori imminet.
EL. *Myceneæ ô charæ,*
Primariæ in Pelaſgica terra Argiuorum.
CHO. *Quā uocas uociferationē, ô uenerāda? manet*

Enim

Enim adhuc tibi hoc in Danaidarum ciuitate.
EL. State, hæ quidem ex nobis ad hanc plauſtra-
lem uiam,
Aliæ huc per aliam ſemitam, ad cuſtodiam domus.
CHO. Ad quam mihi hoc utilitatem præcipis?
Dic mihi, ô chara.
EL. Timor me habet, ne quis ad domum
Collocatus ad cædem,
Clades cladibus inueniat.
SEMI. Abite, feſtinemus. ego equidem uiam
Hanc cuſtodiam, quæ ad orientem uergit.
SEMI. Atqui ego hanc, quæ ad occidentem fert.
EL. Obliquè nunc pupulas circumfer oculorum
Hinc inde, dein ad aliam ſpeculam.
CHO. Facimus ut iubes. EL. Conuoluite nunc pal-
pebras,
Pupulis date per cincinnos undiq;.
SEMI. Hic quiſpiam in uia accedit. quis nam hic
Circa atrium uerſatur tuum ruſticus uir?
EL. Perijmus ô amicæ, occultas
Beluas enifferas protinus inimicis ſi indicauerit.
SEMI. Ne timeas. uacua enim, ô amica,
Via, quam tu exiſtimas non uacuam.
EL. Ecquid partes tuæ ſtabiles adhuc mihi manent?
Da nuncium quoddam mihi bonum,
An hi loci uacui qui ante aulam ſunt?

SEMI.

Digitized by Google

EM. Bene habēt ea quæ hinc sunt. sed à tergo nidor
An aliquis nobis Danaidarum appropinquet.
TEM. Ad idē uenis. etenim neq; hac in parte turba.
EL. Agedum portis aures admouero.
Quid cunctamini qui intus estis, ita ocioſe
Victimas cruentare?
Non audiunt. me miseram propter ista mala.
Num propter pulchritudinem obsurduerunt gladijs?
Fortasse mox quispiam Argiuorum armatus ruens,
Pede auxiliatrice accedet ad atria.
Contemplari nunc optimū est, non sedendi certamē.
Sed partim illuc, partim istuc mouete.
CHO. Permutamus stationē speculantes undequaq;.
HEL. Io Pelasgicum Argos, pereo miserè.
EL. Audistis? uiri occupati sunt in cæde.
Helenæ hæc eiulatio est, ut coniectare licet.
SEMI. O Iouis ô Iouis sempiternum robur,
Adsis auxiliatrix meis amicis omnino.
HE. Menelae, morior. tu uerò præsens me nō iuuas.
EL. Occidite, interficite, trucidate, perdite:
Duplices, ancipites gladios immittite.
Comminus impetentes
Desertricem patris, desertricem nuptiarum, quæ plurimos
Neci dedit Argiuorum,
Hasta ad flumen perditos,

Digitized by Google

Vbi lachrymæ lachrymis
Commiſſæ ſunt ferreis iaculis,
Circa Scamandri uortices.
CHO. Silete, ſilete, ſenſi ſtrepitum quendam
Iter ad uenientem circa domum.
EL. O cariſſimæ mulieres, ad mediam cædem
Hæc Hermione adeſt. quieſcamus à ſtrepitu.
Incedit enim cadens in retium laqueos.
Pulchra præda, ſi capta fuerit, fiet.
Iterum loco conſiſtite, ſedato quidem oculo,
Et habitu ultus non prodente ea quæ acta ſunt.
Et ego triſtes oculorum habitura ſum pupulas,
Tanquam uidelicet neſciens ea quæ patrata ſunt.
O uirgo ades, Clytemneſtræ ſepulchrum
Cum coronaueris, & libaueris libamina inferis?
HER. Adſum, adepta propitiationem. ſed me
Metus quiſpiam inceßit, quod quendam domi,
Procul exiſtens à domo, audiui clamorem.
EL. Ecquid? digna nobis eueniunt luctibus.
HER. Bona uerba. quid uero inſolentius narras?
EL. Mori Oreſtem & me decretum eſt huic terræ.
HER. Minime, meos cognatos exiſtentes. (ſumus.
EL. Conueniebat. neceßitatis autẽ in iugũ conſtituti
HE. Nũ hoc ꝓpter etiã uociferatio eſt domi? (tur.
EL. Supplex enim Helenæ genub. puolutus lamentã
HE. Quis? nõ enim ſcio magis, ſi tu mihi nõ dixeris.

EL.

Digitized by Google

EL. Miser Orestes, ne moriatur, & pro me etiam.
HER. Pro dignis sanè lamentatur domus tota.
EL. De quo enim alio potius quispiã lamentaretur?
Sed ades, & particeps fis supplicationis amicis,
Tuæ matri aduoluta fœliciſsimæ.
Menelaus nos ne morientes aſpiciet.
Sed ô quæ educata es matris in manibus meæ,
Miſerere noſtri, & alleua mala.
Eas ad certamen huc, ego præeo.
Salutis enim firmamentum es nobis ſola.
HER. Ecce transfero meum intro pedem,
Seruanimi, quantum in me ſitum eſt. EL. O intus
Amici enſiferi, non comprehendetis prædam?
HER. Eheu: quos nam hos aſpicio? OR. Tacere con
Nobis enim ades, non tibi ſalutaris. (uenit.
EL. Tenete tenete, gladium uero ad iugulum
Ponentes ſic quieſcite, ut uideat hoc
Menelaus, quod uiros, non Phrygas ignauos
Cũ inuenit, paſſus eſt qualia cõuenit pati improbos.
Io io, amicæ, ſtrepitũ excitate, ſtrepitũ & uociferationem
Ante atria, ut peracta cædes
Non grauem Argiuis incutiat metum,
Auxilio ut accurrant ad ædes regias,
Vſq; dum uere ſciam Helenæ cædem
Cruentatam in domo iacentem:
Aut ſermonem alicuius miniſtri audiamus.

Hæc

Hæc enim partim scio calamitates, partim non manifeste.

CHO. Iure uenit deorum ultio ad Helenam.
Lachrymis enim Græciam uniuersam impleuit,
Propter pernicioſum Idæum
Parim, qui duxit Græciam ad Ilium.
Sed, ſtrident enim clauſtra regiæ domus,
Tacete. foràs enim quiſpiam egreditur Phrygum.
A' quo audiemus ea quæ intus fiunt.
PHR. Argiuum gladium è morte effugi
Barbaris ſoleis
Cedrina thalamorum ſupra domicilia,
Doricaſq; trabes dedolatas in triangulum.
Vana uana terra terra
Barbaris fugitiuis.
Ae, æ, quò fugiam peregrinæ,
Canum per æthera uolans,
Aut pontum? Oceanus quem
Tauriceps ſinubus
Sinuans ambit terram.
CHO. Quid uero eſt Helenæ ô miniſter, Idæum ea-(put?
PHR. Ilium Ilium, eheu mihi,
Phrygium appidum, fertilis
Idæ mons ſacer, quàm te perditum lugeo,
Cæruli cæruli carmine,
Barbara uoce,

Propter

Propter ab aue genitum oculum
Cygneum, pulcherrimæ Ledæ filiæ,
Inauſpicatæ Helenæ pulchrorũ Pergamorũ Apol-
loniorum erinnym. ottoti.
Propter luctus, propter luctus, ô Dardania infœlix,
Ganymedis equeſtris Iouis cubicularij.
CHO. Clare dic nobis ipſa ſingula quæ in domo.
Ea enim antè quæ non cognita fuerũt, ex coniectura
nunc teneo.
PHR. Aelinum ælinum principium mortis
Barbari dicunt, æ æ,
Aſiatica dialecto, regum
Cum ſanguis fuſus fuerit ſupra terram
Gladijs ferreis Plutoni.
Venerunt in domum, ut ipſa ſingula tibi dicam,
Leones Græci duo gemini.
Huic quidem imperator pater celebrabatur,
Alter filius Strophij, doloſus uir,
Qualis Vlyſſes, tacitè fraudulentus,
Fidus uero amicis, audens ad auxilium,
Peritus belli, ſanguinariuſq; draco,
Pereat cum diſſimulatione uafer exiſtens.
Hi duo, ad ſedes intro profecti,
Quam duxit arcitenens Paris
Mulieris, oculos lachrymis
Conſperſi, humiles

Sedebant, hic quidē ab una parte, alter uero ab alte
Alius ab alia parte ſepiens. (ra,
Ad genua uero Helenæ manus ſupplices
Protendebant protendebant Helenæ ambo.
Proſiluerunt uero pernices, proſiluerunt
Miniſtri Phryges
Alloquebatur alius alium,
Ineidens in metum,
Ne quis eſſet dolus.
Et uidebatur alijs quidem nullus,
Alijs uero in implicatiſsimam
Machinam irretire
Filiam Tyndarida matricida draco.
CHO. Tu ubi eras tum? aut dudum fugis metu?
PHR. Phrygijs Phrygijs moribus,
Ad cæſariem uentulum uentulum
Helenæ Helenæ bene compacto orbe
Pennato ante genas excitabam,
Barbaro modo.
Ipſa uero linum fuſo digitis torquebat,
Neta uero mittebat ad ſolum,
E ſpolijs Phrygijs ad tumuli ornamenta,
Conſuere uolens ex lino
Stragula purpurea
Munera Clytemneſtræ.
Allocutus eſt uero Oreſtes

Lacenam

Lacænam puellam. ô Ionis filia,
Pone ueſtigium huc cedens à ſella,
Pelopis proaui ad ſedem priſci
Lararij, ut cognoſcas meos ſermones.
Deducit uero ipſam, ipſa autem aſſequebatur
Non præſcia futurorum.
Sed cooperator alia agitabat profectius, malus ille
Phocenſis.
Non procul hinc itis? quin ô mali ſemper Phryges?
Clauſit uero alium aliò
In tecto, hos quidem in ſtabulis
Equeſtribus, alios in latrinis,
Hos illuc illinc, alium aliò
Seiungens longiſſime à domina.
CHO. *Quid poſt hoc calamitatis accidit?*
PHR. *Idæa mater mater, potens potens, æ, æ,*
Letaliũ cladium, nefariorumq; malorum quæ uidi,
Vidi in domo tyrannorum
Sub purpureis peplis per tenebras
Gladios cum extraxiſſent manibus alius aliò
Contorſit oculos, nequis præſto adeſſet.
Velut apri uero montani
Mulieri oppoſiti
Affantur, moriare moriare,
Malus te interficit maritus,
Fratris prodens Argis mori ſobolem.

Digitized by Google

Ipſa exclamauit, Eheu mihi.
Album uero immittens cubitum pectori
Percußit caput infœlix.
Per fugam uero pede aurea ſandalia habens ueſtigiũ
Ferebat. in comas uero digitos
Injiciens Oreſtes, Myceneam ſoleam promouens,
Ad humeros ſiniſtros refringens ceruicem,
Percuſſurus erat intra guttur nigrum gladium.
CHOR. Vbi tum ad auxilium ferendum per tectum Phryges?
PHR. Per uociferationem domus, fores ſtabulorum
Vectibus emouentes, ubi manebamus,
Auxilio accurrimus alius aliunde è tecto,
Hic quidem lapides, alius iacula,
Alius gladium bene manubriatum in manib. geſtans.
Contrà uero uenit Pylades ille imperterritus,
Qualis qualis Hector ille Phrygius, aut Aiax triplicem galeam geſtans,
Quem egomet uidi in portis Priami.
Gladiorum uero acies contulimus.
Tum iam, tum manifeſti
Facti ſunt Phryges, quantum martis uirtute
Deteriores Græcia ſimus in prælia.
Hic quidem abiens fugitiuus, alter uero mortuus exiſtens,
Alter uero uulnus ferens, alius deprecans

Mortem

Digitized by Google

Mortem imminentem. per tenebras au tẽ effugimus.
Mortui uero cadebant, alij iam casuri erant, alij pri
dem ceciderant.
Reuertitur autem misera Hermione domum,
Ad cædem pronam matris, quæ ipsam pepererat in-
fœlix. (chè,
Ac uelut thyrsis carentes ad ipsam accurrentes bac
Filiam comminus arripuerunt.
Iterum uero deinde Iouis filiam ad cædẽ repetebãt.
Illa autem è thalamis facta est per uestibula
Euanida (ô Iupiter, & tellus. & dies, & nox)
Vel ueneficijs, uel arte magica, aut deorum furto.
Quæ uero postea acta sint, amplius non noui. fugiti-
uus enim
Furtim extuli è domo pedem.
Magnos uero, magnos dolores
Menelaus perpessus, inutiles à Troia
Recepit Helenæ nuptias.
CHO. Atqui nouum hoc consequitur ex nouis.
Ensiferum enim aspicio ante ædes
Euntem Orestem, percito pede.
OR. Vbi est hic, qui effugit ex ædibus meum gladiũ?
PHR. Adoro te ô rex, more barbaro aduolutus.
OR. Non apud Ilium hæc fiũt, sed in Argiua terra.
PHR. Vbicunque uiuere potius est, quàm mori pru-
dentes.

OR. Num quem clamorem excitasti Menelao, ut auxilio accurrat?
PHR. Imò tibi ego opem ferre paratus sum, dignus
OR. Iure Tyndarea filia num perijt? (enim es.
PHR. Iure optimo, si modò guttura habuisset triplicia ad mortem. (sentiens.
OR. Meticulosa lingua gratificaris, intus non ita
PHR. An non? quæ quidē Græciam cum ipsis Phrygibus perdidit. (gratiam.
OR. Iura. sin secus, interficiam te. ne dicas mihi ad
PHR. Meam uitam iuramento obstrinxi, quam utinam iusto iuramento deuoueam.
OR. Sic & in Troia ferrū omnibus Phrygibus erat meticulosum. (cædem.
PHR. Remoue gladium, prope enim relucet grauem
OR. Ne lapis fias, times, tanq̄ Gorgonem aspiciens.
PHR. Imò ne mortuus fiam, Gorgonis uero nunquam uidi ego caput.
OR. Seruus cum sis, metuis Plutonem, qui te liberabit à malis.
PHR. Quiuis homo, & si seruus fuerit, delectatur, dum lumen uidet. (domum.
OR. Bene dicis, seruat te prudentia. sed ingredere in
PHR. An non interficies me? OR. Dimitteris.
PHR. Bonum uerbum dicis hoc.
OR. Sed mutabimus consilium.

PHR.

Digitized by Google

PHR. Hoc non bene dixisti.
OR. Stulte, an existimas me posse tuum cruentare ceruicem?
Neq; enim mulier es, neq; inter uiros tu es.
Sed ne excites tu clamorem, propterea egressus sum domo. (tatur.
Statim enim ut uociferationem audiuit Argos, excimenelaum uerò non metus nobis est recipere intra arma,
Sed eat flaua super humeros cæsarie superbiens.
Si enim Argiuos adduxerit ad istas ædes sumens,
Helenæ cædem persequens, & me seruare nolit,
Sororemq; meam & Pyladem,
Qui hæc unà confecit mihi,
Virginemq; & uxorem, duo cadauera uidebit.
CHOR. Heu heu fortunam. aliud in certamen, aliud inquam,
Domus terribile Atridarum cadit.
SEMI. Quid agemus? an nunciabimus ad ciues istas
An silentio erimus tutiores, ô charæ?
SEMI. Vide per regiam, uide promulgat
Erumpens hic per æthera fumus.
CHO. Accendunt piceas, tanquam incensiri domũ
Tantaleam, neq; cessant à cæde.
Finem dabit deus mortalibus, finem inquam, quando ea ipse uoluerit.

Digitized by Google

Ingens uero quædam uis per malum dæmonem
Percußit percußit atria ista per cædes,
Propter Myrtili casum ex curru.
CHOR. Atqui & ipsum uideo Menelaum domum prope,
Celeripedem, qui sensit alicunde fortunam, quæ nunc adest.
EL. Quin ocyus obfirmatis claustra uectibus,
» O qui in domo estis Atridæ? Res grauis est, uir qui in bona fortuna est,
» Erga eos qui mala sunt. quemadmodum nũc tu Ore sta in mala constitutus es.
MEN. Adsum, audiens res graues & facinorosas
Geminorum leonum: neq; enim uiros ipsos nomino.
Audiui enim iam meam uxorem,
Quod non mortua sit, sed euanuerit:
Inanem audiens famam, quam metu perturbatus
Dixit mihi quispiam. uerum illius matricidæ
Commenta sunt hæc, & ingens risus.
Aperiat quispiam domum. famulis iubeo,
Protrudere portas istas, ut saltem filiam meam
Liberemus uirorum ex manibus sanguinariorum,
Et miseram infœlicem uxorem meam
Recipiamus, cum qua oportet cõmori ex mea manu,
Eos qui interemerunt meam uxorem.
OR. Heus tu, fores istas ne attingas manibus.

Menelaum

Menelaum puto, qui uallatus es audacia.
Aut hac pinna caput diminuens tuum,
Auellens antiquas suggrundas, fabrorum laborem,
Vectibus enim cõpactæ sunt fores à tuo auxiliatrice
Studio, quæ te prohibebũt ne domũ intro penetres.
ME. Hem quid rei? facum uideo iubar,
Domus in summitate hos custodiam' habentes.
Gladium præterea meæ filiæ imminentem ceruici.
OR. Vtrum interrogare, an audire me uis?
ME. Neutrum. sed necesse est, ut uidetur, audire te.
OR. Occisurus sum tuam filiam, si scire cupis.
ME. Helenam qui interfecisti, super cædẽ peragis cæ
OR. Si continuissem, non à deo frustratus. ' (dem
ME. Negas cũ interfeceris, & cũ ludibrio dicis ista?
OR. Tristem inficiationem. utinam enim debuissem.
ME. Quid rei fecisse? aduocas enim in metum.
OR. Græciæ dæmonẽ pernicie ad inferos demittere.
ME. Redde uxoris cadauer, ut sepeliam.
OR. Reposce à dijs. sed filiam interficiam tuam.
ME. Ille matricida supra cædem peragit cædem.
OR. Patris uindex, quem tu prodidisti ad mortem.
ME. Non satis fuit tibi præsens sanguis matris?
OR. Non defatigabor improbas interficiens usq;.
ME. Nũ & tu Pylades huius particeps es cædis?
OR. Fatetur tacens, sufficiam uero ego loquens.
ME. Sed nequaquam gaudens, si non auolaueris.

OR. Nõ fugiemus, sed igne succendemus domum,
ME. An paternã domum depopulaberis hanc?
OR. Vt tu non habeas, ubi hanc prius mactauero, igne.
ME. Interfice, quoniam cum interfeceris, harum rerum mihi dabis pœnam
OR. Hæc erunt. ME. A, a. nequaquam feceris ista.
OR. Tace nunc. sed sustine, iustè patrans mala.
ME. An iustũ est uiuere te? OR. Et imperare terræ?
ME. Cui? OR. Argis istis Pelasgicis.
ME. Rite ne attingere posses manuũ lotiones? OR. Quid ni?
ME. Et uictimas ante bellum mactare?
OR. An tu recte?
ME. Purus enim sum manibus. OR. Sed non mentib.
MEN. Quis uero te alloquatur? OR. Quicunq; amans patris.
» ME. Qui uero honorat matrem? OR. Fœlix ille est.
» ME. Non igitur tu. OR. Nõ enim placent improbæ.
ME. Remoue à filia gladium. OR. Mendax es.
ME. At interficies meam filiam? OR. Non mendax amplius es.
ME. Hei mihi, quid agam? OR. Persuade, ad Argiuos profectus.
ME. Persuadeam? quem nam? OR. Nos ne occidant, oracines.

ME.

Digitized by Google

ME. Aut filiam meam occidetis? OR. Sic ista erunt?
ME. O misera Helena. OR. Res uero meæ non miseræ sunt?
ME. Tibi uictimam deportaui ex Phrygibus. OR. Vtinam uero hoc esset.
ME. Laboribus exhaustis infinitis. OR. Nisi in me.
ME. Patior misera. OR. Tum enim eras inutilis.
ME. Habes me. OR. Teipsum tu cepisti, malus factus.
Sed age succende domum ô Electra hanc,
Tuq; ô amicorum mihi meorum certissime
Pylades, succendas suggrundas parietis istas.
ME. O terra Danaûm, equestrisq; Argus incolæ,
Non armato pede accurritis?
Vniuersæ enim nostræ hic uim infert ciuitati,
Vt uiuat, homicidium matris sceleſtũ cum patrarit.
APOL. O Menelae, quiesce animum habẽs irritatũ.
Phœbus te ego Latonæ filius, hic ppè qui sum, uoco:
Teq;, qui ensifer huic immines puellæ,
Oresta, ut cognoscas quos afferens adsum sermones.
Helena quidem, quam tu perdere cupidus existens
Aberrasti, iram Menelao excitans,
Hæc ipsa est quam cernitis in æthere conuexo,
Seruataq;, & non occisa à te.
Ego illam eripui, & ab ense
Tuo iussus abripui, à Ioue patre.

Ioue

Iouis enim filiam existentem, uiuere ipsam incorruptam conueniens est.
Et Castori atq; Polluci in ætheris conuexo
Aßistrix erit, nautis salutaris.
Aliam sponsam domum compara ducens.
Nam dei huius uenustate
Græcos in unum atq; Phrygas commiserunt,
Cædesq; ediderunt, ut leuarent à terra
Pondus mortalium abundanti copia.
Ea quæ ad Helenam pertinent, sic se habent. te porro conuenit
Orestæ, terræ huius ubi superaueris terminos,
Parrhasium incolere solum anni per orbem.
Vocabitur uerò tuæ fugæ ex cognomento
Azanibus & Arcadibus, Orestæum ut uocent.
Inde uerò ueniens Athenarum ad ciuitatem
Iudicium subibis de cæde matris,
Eumenidibus tribus. dij uero tibi iudicij præfecti,
In Areopago iustißimum
Iudicium perferent, ubi uincere te conueniet.
Ad cuius uero habes, ô Orestæ, gladium ceruicem,
Ducere fatatũ est te Hermionẽ. q uero existimatur
Neoptolemus ducere ipsam, non ducet unquam.
Mori enim ei fatum est, Delphico gladio,
Causas propter Achillem patrem reposcenti à me.
Pyladi uero sororis connubiũ, quo olim oblectatus fuisti,

Da.

Digitized by Google

Da. *affluens uero ipſum uictus beatus manet.*
Argis uero Oreſtem, ô Menelae, ſine imperare.
Profectus uero impera Spartanæ terræ,
Dotes poßidens uxoris, quæ te infinitis
Laboribus exponens, huc omnino traduxit.
Et quæ ad ciues attinent, in huius gratiam ego fa-
ciam probe,
Qui ipſum interficere matrem coëgi.
OR. *O Apollo uaticinator, per tua uaticinia*
Non falſus uates extitiſti ſanè, ſed uerus.
Atqui me inceßit pauor, ne alicuius audiens
Mali demonis, exiſtimarem tuam audire uocem.
Sed bene res peragitur, pareo tuis uerbis.
Ecce dimitto à cæde Hermionem,
Et connubium approbo ubi dederit pater. cc
ME. *O Iouis Helena uale filia, beatam te prædico,*
Deorum incolentem fœlicem domum.
O tu Oreſta, tibi filiam ego deſpondeo,
Phœbo iubente, generoſus uero à generoſo
Cum duxeris, fruere & tu, & qui deſpondi ego.
AP. *Abite nunc ſinguli, quò imperamus,*
Et à contentione conciliamini.
ME. *Parendū eſt.* OR. *Et ego in hac ſententia ſum.*
paciſcor uero calamitatibus
Menelae, & propter tua ô Apollo uaticinia.
AP. *Ite nunc uias ueſtras, pulcherrimam*

Deorum

Deorum pacem colentes. ego
Vero Helenam Iouis ad atria adducam,
Splendidorum astrorum polum conficiens iter.
Vbi apud Iunonem & Herculis uxorem
Heben, assidens dea hominibus
Erit, uotis honoranda semper
Cum Tyndaridis, Iouis filijs
Nautis, imperitans mari.
CHO. *O ualde ueneranda uictoria, meam*
Vitam occupes,
Neq; desinas coronare.

FINIS ORESTIS.

Digitized by Google

EVRIPIDIS
Phœnissæ.

ARGVMENTVM.

ETeocles cum accepisset Thebarum regnum, priuat parte fratrem suum Polynicem. Exul uero ille Argos cum uenisset, duxit filiam regis Adrasti. redire uero affectans in patriam, & persuaso socero, coëgit iustum exercitum contra fratrem, & Thebas reuenit. Mater autem eius Iocaste effecit, ut per inducias ueniret in ciuitatem, & ut colloqueretur primum cum fratre de imperio. Tumente uero Eteocle propter tyrannidem, Iocaste quidem ad amicitiam contrahere filios non potuit. Polynices autem recessit à ciuitate, tanquam reliquum bellum instructurus. Præterea Tyresias uates uaticinatus est uictoriam acquirere Thebanis, si Menœceus Creontis filius uictima Marti fieret. Creon itaq; abnegauit, traditurũ se ciuitati filiũ. iuuenis autem uoluit. & patre suo dante exilium unà cum pecunijs, se ipsum interfecit, & rem confecit. Præterea Thebani trucidarunt duces Argiuorum. Eteocles uero & Polynices in singulari prælio cõgressi, se mutuò interfecerunt. Mater itaq; ipsorum cum inuenisset mortuos filios, se ipsam interfecit. Creon autem frater huius, assumpsit regnum. et Argiui uicti prælio, abierunt.

Digitized by Google

abierunt. Creon grauiter ferens, hostes qui cecide-rant sub Cadmea, sepulturæ non tradidit. Polynicē uero insepultum abiecit, Oedipum exulem à patria ablegauit, partim quidem seruans humanam legem, partim uero secutus irā, neq; calamitatis miseratus.

ALIVD.

Phœnissæ in hac Tragœdia ualde affectuosæ sunt. perijt enim Creontis filius à mœnibus, pro salu te ciuitatis moriens. perierunt etiam duo fratres à sē mutuo. Et Iocaste mater ipsorum, seipsam interfecit inter liberos. Et Argiui militantes ad Thebas, perie-runt. Et insepultus Polynices proponitur. & Oedi-pus ex patria ejicitur, & unà cum eo filia Antigo-ne. Est autē hæc fabula referta multis personis, mul-tisq; ac pulchris sententijs plena.

ALIVD.

Hæc fabula commendabilis quidem est in actione scenica. nam & ex multis personis constat. Ac Anti gone speculans à mœnibus, non est pars fabulæ. Et Polynices per inducias nullius rei gratia adducitur. Et ipse Oedipus in exilium actus, apud omnes cum triuiali cautione additus est superuacuè.

ORACVLVM REDDITVM
LAIO THEBANO.

Laie Labdaci fili, filiorum genus beatū postulas. Habe tibi eorum filium: sed fatale est,

Tuæ

Tui filij à manibus relinquere lucẽ. sic enim annuit
Iupiter Saturnius, Pelopis diris execrationibus
persuasus,
Cuius carum abstuliſti filium, hic imprecatus eſt tibi
hæc omnia.

AENIGMA SPHINGIS.

Eſt bipes ſupra terram, & quadrupes, cuius una
eademq; uox.
Et tripes. permutat uero naturam ſolum, quæcunq;
ſuper terram
Reptilia mouentur, per quæ aërem & in mari.
Sed cum feſtinans pedibus pluribus perrexerit,
Ibi celeritas membris maxime imbecillis exiſtit eius.

Solutio.

Dixiſti hominem. qui cum uenerit ſupra terram,
Primum exiſtit quadrupes, infans ex utero.
Senex uero exiſtens, firmat baculum, tertium pedẽ,
Deprimens ceruicem, cum incuruatur ob ſenium.

PERSONAE.

Iocaſta	*Polynices*	*Nuncius*
Pædagogus	*Eteocles*	*Alter nuncius*
Antigona	*Creon*	*Oedipus.*
Chorus ex Phœniſſis mulieribus.	*Menœceus*	
	Tireſias	

Digitized by Google

ὦ ναὶ ἐν ἄστροις ἁγνὰν ἰχνεύων ὁδὸν, ἣν χρυσόπτερος
Λύθωνι ἐμβεβὼς δίφρους ἔβας, θοοῖς ἵπποισιν ἐλίσσων
φλόγα.

EVRIPIDIS

IOCASTA PROLOQVITVR.



Eam quæ per astra peragitur cœli
secans uiam,
Et ex auro conglutinatos qui con-
scendisti currus
Sol, cum uelocibus equabus rotans
flammam,
Quàm infaustum Thebis eo tum die
Radium immisisti, Cadmus cum uenit terram deorũ
Ad hancce, relinquens Phœniciam maritimam re-
gionem.
Qui filiam cum duxisset Veneris Harmoniam olim,
Polydorum produxit. ex hac Labdacum
Natum esse dicunt. ex hoc autem Laium.
Ego uero filia uocor Menœcei,
Creonq; frater matre ex eadem existit.
Vocant uero Iocasten me: hoc enim pater
Nomen indidit. ducit uero Laius me. sed cum liberis
Careret, diuturnos lectos meos habens domi,
Profectus interrogat Phœbum, deposcitq; simul
Liberorum in domum masculorum communitatẽ.
Phœbus autem dixit: ὦ ἐ Thebis equestribus rex,
Ne serito liberorum sulcum dijs inuitis.
Si enim gignes filium, interficiet te ille qui fatum
fuerit,
Et omnis tua domus peribit sanguine.

Hic

Hic uero uoluptati indulgens, & in temulentiam prolapsus,
Seminauit nobis filiũ. & cum seminasset infantem,
Cognito peccato, deiq; oraculo,
Tradit pastoribus exponendum infantem,
Ad Iunonis campum & iugum Cytheronis,
Talorum ferreos stimulos transfigens in medio,
Vnde ipsum Græcia nominauit Oedipum.
Polybi sed ipsum accipientes pastores equorum,
Destrunt domum, inq; dominæ manus
Posuerunt. ipsa uero mei puerperij laborem
Mammis suppositi, & maritum persuadet se peperisse.
Iam uero rubicundis genis cum in uirum euasisset
Filius meus, aut quod sciisset, aut quod didicisset quopiam,
Proficiscitur, procreatores scire cupiens,
Ad ædes Phœbi, Laiusq; meus maritus
Expositum filium scire cupiens,
An amplius non esset. & contulerunt pedem
In idem loci ambo, Phocidis schistæ uiæ.
Et ipsum iubet Laij auriga:
O hospes, regibus de uia cede. (psum
Sed hic ibat, mutus, magnùm sapiẽs. equi uero i-
Vngulis neruos cruentarunt pedis. (reꝰ-
Vnde, quid ea quæ extra mala sunt me cõuenit dice-

Filius patrem interfecit. & cum accepisset currus,
Polybo altori suo tradidit. cum autem deuastaret
Sphinx rapinis ciuitatem, meusq; non esset maritus,
Creonq; frater meus promulgat connubium,
Quicumq; sapientis ænigma uirginis calluisset,
Huic cessurum connubia: ibi tum quodammodo
Ænigma meus filius Oedipus Sphingis calluit.
Quare rex huius terræ constituitur,
Et sceptra, præmia sapientiæ, huius capit terræ.
Ducit uero parentem nec sciens miser,
Neq; ipsum parens, filio condormiens.
Pario uero liberos filio, duos quidem masculos,
Eteoclem, inclitamq; Polynicis uim,
Puellasq; geminas. hanc quidem Ismenem pater
Nominauit, maiorem natu Antigonem ego.
Cū didicisset uero meos lectos maternarū nuptiarū,
Qui omnes calamitates Oedipus patitur,
In oculos suos diram immittit cædem,
Aureis acubus cruentans pupulas.
Postquam uero liberorum gena maiorum opacatur,
Claustris absconderunt patrem, ut in oblitionem calamitas
Veniret, multis quæ opus habebat uafrè commentis.
Viuit uero iā domi ab ista calamitate male affectus,
Diras imprecatur liberis dirißimas,
Acuto ferro domum ut diuidant hanc.

Hi

Hi uero in metum incidentes, ne ratas
Imprecationes dij perficerent, si habitarent simul,
Ex conuentione statuerunt, in morem priorem
Exulare ultro ex hac Polynicem terra,
Eteoclem uero habere sceptra manentem terræ,
Exacto anno permutantem. cum uero in transitris
Sedit imperij, non cedit de solio,
Sed exulem repellit ab hac Polynicem terra.
Hic uero Argos profectus, affinitate Adrasti inita,
Multis collectis scutis Argiuorum, adducit.
Ad ipsa uero ueniens septem portarum mœnia hæc,
Paterna repetit sceptra, & partem terræ. (re
Ego uero contentionē dirimēs, per inducias accede-
Persuasi filio filium, antequam attingant arma.
Venturum autē, qui missus fuit, dicit ipsum nuncium.
Sed ô splendida cœli habitans uolumina
Iupiter, serua nos, da uerò concordiam liberis.
Conuenit enim, si æquus es, non sinere hominem "
Eundem, usq; infœlicem existere. "
PAE. O inclitum domi Antigone germen patri,
Postquàm te mater Parthenonem relinquere
Permisit, ædium uero ad tabulatum supremum
Exercitum Argiuum ut uideas precibus tuis,
Mane, ut ante explorem deambulatorium,
Nequis ciuium in semita cogitabundus obambulet,
Et mihi qdem ueniat malū, utpote seruo, ui tuperiū:

Tibi uero tanq̃ reginæ. omnia uero explorata ha-
Et quæ uidi, quæq; audiui ab Argiuis, (bẽs, dicã,
Inducias cum ueni tuo fratri ferens,
Hinc illuc, hucq; rursum ab illo.
Sed nemo ciuium hisce uersatur in ædibus,
Ex cedro ueterem scalam transcende pede.
Speculare uero campos, & apud Ismeni fluenta,
Dircesq; fontem, hostium exercitus quamus.
AN. Cedo nũc, cedo senilem iuueni manum à scalis,
Pedis uestigium sursum ducens.
PAE. Ecce, contingo uirgo. tẽpestiue uero ascendis.
Explicat enim ordines Pelasgicos
Exercitus, explicant autem sese agmina.
AN. Io ueneranda filia Latonæ Luna,
Aereus uniuersus campus fulgurat. (ram,
PAE. Nequaq̃ ignauiter uenit Polynices ad hãc ter
Multis quidem equis, infinitis uero armis reso nans.
AN. Num portæ claustris obfirmatæ sunt, et ære re
uincta repagula
Lapideis Amphionis organis
Muri obfirmata sunt?
PAE. Bono sis animo ea quæ intus sunt, tuta satis sũt
Sed aspice hunc primum, si uis discere. (ciuitati.
AN. Quis hic est qui albam cristã in casside habet,
qui anteit exercitum,
Omnino æreũ scutũ circa brachiũ leuiter tractans?
PAE.

PAE. Ductor agminis, ô hera.
AN. Quis nam? unde natus? dic ô senex.
Quis nominatur?
PAE. Hic quidem Myceneus dicitur genere,
Pudes uero habitat Lernæos, Hippomedon rex.
AN. E, e. quàm insolens? quàm terribilis aspectus?
Giganti terrigenæ similis, sidera referens
In pictura, neutiquam similis mortali generi.
PAE. Hũc superantẽ nõ cernis Dirces aquã ductorẽ?
AN. Alia alia hæc armorũ species. quis nam hic est?
PAE. Filius quidem Oenei est Tydeus,
Martem uero Aetolum in pectoribus habet.
AN. Hic qui uxoris Polynicis, ô senex,
Quæ soror est Nymphæ, ille sponsus existit?
Quàm alienus est armatura? mixtim barbarus.
PAE. Peltati sunt enim omnes Aetoli, ô filia,
Iaculisq; iaculatores certissimi.
AN. Tu uero ô senex, quî intelligis clare hæc?
PAE. Insignia cõspicatus tum scutorũ animaduerti,
Inducias cum ueni tuo fratri asserens.
Quæ ubi uidi, agnoui ipsos armatos.
AN. Quis uero hic circa monumenteũ Zethi transit,
Capillosus, oculis horrendus aspectu iuuenis?
PAE. Ductor ordinis est. AN. Quàm turba ipsum se
Armata assequitur? (quẽti pede
PAE. Hic est Parthenopeus, Atalantæ filius.

Digitized by Google

Verum ipsum montana unà cum matre
Diana petens arcubus domans,
Perdat, qui meam ciuitatem acceßit depopulaturus.
PAE. Eueniant ista, ô filia. cum iusticia uero hue ueniunt.
Quare etiam timeo, ne dißpiciant recte dij.
ANT. Vbi ubi uero, qui mecum eadem natus est ex matre,
Laborioso fato? ô carißime, dic ubi est
Polynices? ô senex.
PAE. Ille septem uirginum sepulchrum prope
Niobes, Adraßum prope stationem habet. uides?
ANT. Video, certe non clare. uideo tamen aliquo modo
Formæ effigiem, pectora´que ad illius speciem expreßa.
O utinam uelocis cursum nebulæ pedibus
Perficerem per ætherem ad meum
Fratrem, brachia uero in-
Ceruici carißimi ijcerem, tandem oculem miserũ.
Quàm armis aureis decorus, ô senex,
Vt orientales ardens radij solis.
PAE. Per fœdera ueniet domum hancce, ut te expleat gaudio.
AN. Hic uero ô senex quis? unde est?
Qui currum album habens moderatur conscendẽs.

PAE.

ὡς ὀπδοισι
χρυσοῖσιν
ἐυπρέπτης, χ-
ρυσ, ἱππους
ὄχοια ἄλκι-
βιον, βοᾶς
ἀγλιᾶ.

Digitized by Google

PAE. Vates Amphiarae, ô here, hic.
Victimae uero cũ eo sunt, terræ sanguinea libamina.
AN. O pulcherrimi filia ὦ λιπαροζώνου θυγάτερ
Solis luna, aureum circulum habens ἀελίου σέλαγος.
Lumen, quàm lenta flagra
Et moderata equis inferens currum regit.
Vbi uero qui dira huic minatur ciuitati
Capaneus?
PAE. Ille septem accessus considerat
Turrium, sursum ac deorsum mœnia metiens.
AN. Io Nemesis, & Iouis grauisona tonitrua,
Fulmineusq; ignis ardens,
Tu certe superbiloquentiam insolentem
Compescis. hic ille est, captiuas
Qui bello Thebanas Micenæis mulieribus
Lerneoq; daturus est tridenti
Neptunijs Amymoneis aquis
Seruitutem ubi iniecerit.
Ne unquam hanc, ô ueneranda, auro capillos re-
uincta
O Iouis filia Diana, seruitutem patiar.
PAE. O filia, ingredere domum, & intra tectum
In Parthenone mane tuo, quandoquidem desiderij
Ad oblectationẽ ueniſti, eorũ quæ uoluisti aspicere.
Turba enim tanquam tumultus ingressa est ciuitatẽ.
Abi mulierum ad ædem regiam.

» Amãs enim obtrectationẽ res mulierũ genus exiſtit.
» Paruas enim occaſiones ſi nactæ fuerint ſermonum,
» Plures inſuper inferunt. Voluptas quædam eſt
» Mulieribus, nihil ſani ſibi inuicem obloqui.

CHO. Tyrium pelagus ego relinquens ueni
Primitiæ Apollini
Phœniſſa ab inſula Phœbo,
Serua in atrijs, ut ſub uerticibus
Niuoſi Parnaſi habitarem.
Ionium per mare abiete nauigans, circum-
Fluos ſuper infructuoſos campos Siciliæ
Zephyro flatibus equitante in cœlo
Suauiſſimo murmure, ciuitate ſelecta è mea,
Pulcherrima donaria Apollini Cadmiorum perueni
ad terram,
Ab inclitis Agenoridis, affines ad Laij miſſa
Huc turres, inſtar uero ſimulachrorum aureorum
Phœbo famula facta ſum.
Adhuc uero Caſtaliæ aqua manet me,
Comas meas ut madefaciat, uirgineas delicias
Phœbeis famulabus. ô emicans petra ignis,
Biceps iubar ſupra iuga
Bacchica Bacchi uitis, &
Quæ quotidianum emittis fructuoſum
Floribus productis botrũ, diuina & antra draconis,
Bromiæq; ſpeculæ deorum, niualisq;

Mons

Mons sacer tripudians immortalis deæ,
Chorus utinam fiam absq; metu in medijs
Vallibus Phœbi Dirce relicta. (Mars,
Nunc uero mihi ante mœnia impetuosus aduenies
Sanguinem bellicum excitat. huic quod utinam non
eueniſſet ciuitati.
Calamitates enim communes ſunt amicorum.
Communia uero ſunt, ſi quid patietur ſeptem turriũ
hæc terra, (nes liberi
Phœniciæ regioni. Eheu, cõmunis idẽ ſanguis, cõmu
Cornutæ ſunt Ionis. quorum ad me pertinent
Labores. ſed circum ciuitatem nubes clypeorum
Denſa ardet, ſpecies cruentæ pugnæ,
Quam Mars mox adferet filijs Oedipi,
Afferens cladem fœtiarum.
Argos ô Pelaſgicum, timeo
Tuas uires, & diuinum auxilium.
Non enim iniuſtum in certamen hoc armatus
Contendit filius, qui accedit ad has ædes.
POL. Ianitorum quidem clauſtra me admiſerunt
Facile, mœnia intra tre.
Et quod timeo, ne me retia intra
Accipientes, non dimittant incruentatum corpore,
Quorum gratia oculi paſſim differendi,
Et illuc & huc, ne dolus quiſpiam ſit.
Armatus uero manum hoc gladio,

Vide

Fida & tuta mihi ex audacia efficiam.
Ohe, quis hic? certe strepitum metuimus.
Omnia enim audentibus meticulosa uidentur.
Cum per hostilem pes graditur terram,
Credidi sane matri, neq; credidi simul,
Quæ me persuasit huc per inducias ire.
Sed propè est asylum. sacræ enim aræ
Propè adsunt, & non desertæ sunt domus.
Agedum obscuras uaginas mittam gladium,
Atq; has interrogabo, quæ nam adstent ædibus,
Peregrinæ mulieres. Dicite ex qua patria
Ad Græcanicas domus acceditis?
CHO. Phœnicia quidem terra patria, quæ aluit me.
Ageuoris uero filij ex filiorum præda
Phœbo me miserunt huc primitias.
Missurus uero me Oedipi inclitus filius
Ad oracula uenerandæ Apollinis, & ad aras,
Interea obsederunt Argiui ciuitatem.
Tu uicissim responde mihi, qui nam existens ueneris
Septē portarum ad turrificationē Thebanæ terræ?
POL. Pater quidem nobis Oedipus filius Laij,
Peperit uero Iocaste me filia Menœcei,
Vocat uero Polynicem me Thebanus populus.
CHO. O generatio Agenoris filiorum,
Meorum dominorum, à quibus missa sum,
Pronis sedibus tibi accido,

Tibi

Tibi ô rex, patriam legem seruans.
Venisti uenisti ô tandem ad terram patriam.
Heu heus domina, exi foras, aperi portas.
Audis ô tu quæ peperisti hũc? ô mater quid cũctaris
Sublimia atria penetrare? tangiq; ulnis nati?
IOC. Phœnissam, ô puellæ, uocem intra
Domum audiens hanc, senio tremulum
Trabo pedis gressum. Io fili, tandem
Tuam faciem, multisq; diebus post aspexi.
Amplectere ubera ulnis matris,
Genarumq; applicationem, capillorumq; nigram
Cæsariem, opacans ceruicem meam tuis crinibus.
Io io, uix tandem ostendisti mſperata & improuisa
Vlnis matris. quo te appellẽ nomine? quo pacto om-
Et manibus & uerbis uolubili uoluptate (nẽ
Huc & illuc tripudians, uoluptatem
Pristini capiam gaudij? ô fili,
Desolatam paternam deseruisti domum,
Exul amandatus iniuria fratris.
Quàm desiderabilis amicis? quàm desiderabilis
Thebis?
Vnde meas albas tondeor
Lachrymabiles abijciens lugubres comas,
Peplo carens uestibus albis, ô fili.
Obscuras uero laceras has pullas
Contrà induo. sed domi senex

Lumine

Lumine orbatus, iumenti comparis,
Eius quod disiunctũ à domo, desideriũ lachrymabile
Semper obtinens, prorupit quidem ad gladium,
Vltroneamq; ad cædem, & ad sublimia
Strangulationis, ingemiscens propter diras imprecationes liberis.
Cum uociferatione uero lamentationum tenebris
Occultatur. Te uero, ô fili, etiam nuptijs iam audio
Copulatum, liberorum procreatricem uoluptatem
Externis in ædibus habere, & externam
Affinitatem colere. hæc intolerabilia mihi matri,
Laioq; tuo progenitori, per nuptias ascitã ærumnã.
Ego uero neq; tibi ignis accendi lumen
Legitimum in nuptias, ut conuenit matri diuiti.
Non nuptialia uero Ismenus peregit,
Quæ ex balneis constãt deliciarum. per Thebanam uero ciuitatem
Tacitus est tuæ introitus nuptæ nouæ.
Obliterentur ista: siue ferrum, siue contentio, siue
Pater tuus autor sit, siue ipse Deus
Petulanter irruerit in domum Oedipi.
Ad me enim laborũ reciderunt horũ dolores. (turæ,
» CHO. Preciosa res mulieribus per dolores fiũt geni
» Et amãs liberorũ est quodammodo muliebre genus.
POL. O mea mater, consultè faciẽs & incõsulte fa-
» Hostiles ad uiros. sed necesse est (ciens ueni,
Patriam

Patriam amare omnes. quicunq; aliter dicit, ‹‹
Sermonibus gaudet, cæterum animum illic habet. ‹‹
Sic uero ad terrores metumq; deueni,
Ne quis dolus me à fratre interficeret,
Ita ut insertam gladio manum habens, per urbem
Versans uultum iuerim: unum me solatur,
Fœderaq; & tua fides, quæ me introduxit
Intra muros paternos. lachrymabilis autem deueni
Tandem uidens atria, & aras deorum,
Et gymnasia, quibus innutritus sum, Dircesq; aquã,
A' quibus non iuste abactus, externam ciuitatem
Habito, per lumina oculũ habens lachrymis fluidũ.
Sedenim ex dolore dolor alius, te uideo
Caput rasum & uestes nigras
Habentẽ, me propter mea mala miserum. (micorũ,
Quàm res grauis inimicitia, ô mater, cognatorũ ‹‹
Et ignominiosas habens reconciliationes? ‹‹
Sed quid pater mihi senex domi agit,
Tenebras cernens? quid porro sorores duæ?
An non ingemiscunt infœlices exilium meum?
IO. Male deorum quisquam Oedipi perdit genus.
Sic enim incœpit, illegitimè quidem parere me,
Perperam uxorem ducere patrem tuum, et nasci te.
Sed quorsũ hæc? oportet ferre ea quæ à dijs ueniũt. ‹‹
Sed ut interrogem, ne quid mordeam tuum animum
Timeo, quæ uolo: desideratus enim ueneris.

POL.

POL. Sed interroga, nihil plane omittens.
Quæ enim tu uis, eadem mihi grata sunt.
IO. Quin iam te interrogo, primum ex ijs quæ cupio assequi:
» Quid priuari patria? num magnum malum?
» POL. Maximum. re uero maius est quàm sermone.
» IO. Quæ ratio eius est? quid quod exules molestet?
» PO. Vnum quidem maximum est, non habet libertatem loquendi.
» IO. Serui hoc dixisti, non loqui quæ quis sentiat?
» PO. Eorum qui rerum potiuntur, stultitias ferre necesse est.
» IO. Et hoc molestum est, stulte scere cum stultis?
» PO. Quin etiam ad commodum præter naturam seruiendum est.
» IO. Spes uero pascunt exules? ut habet prouerbiũ.
» PO. Blandis arridẽt quidẽ oculis, cunctantur tamẽ.
» IO. Neq; tempus eas manifestat, quod uanæ fiunt?
» PO. Habent Venerem quandam, suauem deam.
IO. Vnde uero alebaris, antequàm per nuptias inuenires uictum?
PO. Interdum quidem ad diem unum habebam, deinde non habebam utiq;.
IO. Amici uero patris, & hospites, te nõ adiutabãt?
» PO. Bene sit tibi. Officia amicorũ nulla sunt, si quis infœlix fuerit.

IO.

Digitized by Google

IO. Neq; tua nobilitas extulit te in ſublime?
PO. Res mala eſt eſſe pauperem. Ipſa nobilitas non pascebat me.
IO. Ipſa patria, ut apparet, cariſſima res mortalib.
PO. Non loqui poſſum quàm ſit res cara.
IOC. Quomodo autem ueniſti Argos? quod conſilium habuiſti?
PO. Edidit Adraſto Apollo oraculum quoddam.
IO. Quale? quid hoc dixiſti? non poſſum intelligere.
PO. Apro & leoni coniungere filiarum nuptias.
IO. Et tibi quid beſtiarum nomen intererat, ô fili?
PO. Haud ſcio, deus me uocauit ad hanc fortunam.
IO. Prudens enim eſt deus, ſed quomodo adeptus es coniugium?
PO. Nox erat. Adraſti uero ueni ad porticus.
IO. Cubile inquirens, quatenus exul errabundus?
PO. Sic eſt, & deinde uenit alius etiam exul.
IO. Quis iſte? quàm ſanè miſer & ille erat?
PO. Tydeus, quem Oeneo dicunt natũ eſſe ex patre.
IO. Cur feris autem uos tum Adraſtus aßimilauit?
PO. Eo quod uenimus ad pugnam de ſtrato.
IO. Ibi Talai filius intellexit uaticinia?
PO. Et elocauit nobis duobus duas uirgines.
IO. Num igitur fortunatus es in nuptijs, aut infortunatus es? (hãc uſq; diem.
PO. Nõ reprehẽſibiles nobis ſunt noſtræ nuptiæ ad

IO. Quomodo uero pſuaſiſti huc te ſequi exercitū?
PO. Duobus Adraſtus iurauit generis hoc,
Tydeoq́; & mihi: congener enim eſt mihi:
Ambos reducturum in patriam. priorem uero me.
Multi uero Danaorum & Myceneorum principes
Adſunt, moleſtum officium, ſed mihi neceſſarium
Dames. meam enim ipſius obſideo
Ciuitatem. deos autem teſtatus ſum, quod imitè
Cariſſimis parentibus intulerim bellum.
Sed ad te ſpectat horum ſolutio malorum,
O mater, reconciliantem conſanguineos amicos.
Eripe laboribus me, & te, & uniuerſam ciuitatem.
Olim quidem celebratum eſt, ſed tamen dicam:
» Opes hominibus precioſiſſimæ,
» Potentiamq́; maximam in rebus humanis habent.
Ad quas ego ueni huc, innumeras ducens
» Haſtas. Pauper enim nihili eſt nobilis.
CHO. Atqui Eteocles ad reconciliationes hiccine
Accedit. tuum officium, ô mater Iocaſte, dicere
Huiuſmodi ſermones, quibus reconcilies filios.
ETE. Mater adſum, hoc officium uero tibi dans
Veni: quid nunc agendū eſt? incipiat quiſpiā loqui,
Quoniā circum mœnia iam iam ordines agminum
Inſtruens, contineo ciuitatem, ut audirem tuas
Cōmunes adminiſtrationes, quib. p inducias uenire
Hunc admiſiſti mœnibus, perſuadens me.

IO.

PO. Mane. Nequaq̃ celeritas iusticiam habet.
Tardi uero sermones plurimum perficiũt sapientiæ.
Contine uero atrocem uultum, & animi spiritus.
Neq; enim ceruice tenus abscissum aspicis caput
Gorgonis, fratrem sed aspicis aduenientem tuum.
Tuq; contrà uultum ad fratrem uerte,
Polynices. in idem enim oculis cernens,
Dicesq; melius, & huius excipies sermones.
Cõmonefacere uero uos quodã uolo prudenti facto.
Quando amicus quispiam amico iratus
In unum conuenerit, oculosq; oculis dederit,
Quas ob res uenit, eas oportet solum spectare.
Malorum autem quæ antè peracta sunt, nequaquam
memoriam habere.
Oratio itaq; tua prius, ô Polynices fili:
Tu enim exercitum Danaidum uenisti adducens,
Iniuriam passus, ut tu narras. iudex uero quispiam
Deorum fiat, & reconciliator malorum.
PO. Simplex oratio ueritatis est,
Neq; uariarum opus habet utrinq; interpretationũ.
Habet enim ipsa congruentiam. sed iniquus sermo
Aegrotãs in seipsum, medicaminũ opus habet sapiẽ
Ego uero domibus patris præuidi (tium.
Meumq;, & huius, effugere cupiens diras,
Quas Oedipus dixit in nos aliquando,
Eximi hanc lubens ipse terram,

Digitized by Google

Permittens huic imperare patriæ anni unius orbẽ,
Vt ipse imperarem iterum per uices recuperans,
Neq; per inimicitiam huic & cædem reuersus
Mali aliquid facerem, & acciperẽ: ita ut fieri solet.
Hic uero approbans hæc, præsidesq; iuramenti exhibens deos,
Præstitit nihil illorum quæ promisit, sed occupat
Imperium ipse, & domus meæ partem.
Et nunc paratus sum rebus meis receptis,
Exercitum quidem extra hanc amandare terram,
Habitare uero meam domum uicißim recipiens,
Et huic concedere æquale iterum tempus,
Neq; deuastare patriam, neq; quicquam admouere
Turribus fixarum scalarum ad ascensus.
Quibus non deptis, ea quæ iuris sunt experiar
Agere. testes uero harum rerum deos cito,
Quòd omnia agens cum iure, iure absq;
Priuor patria impißime.
Hæc ipsa singula, ô mater, non ambages
Verborum congregans dixi, sed & iustis
Et malis iusta, ut mihi uidetur.
CHO. Mihi quidem, etsi non in Græcorum terra
Educatæ simus, sed tamen prudenter mihi uidetur loqui.
ETE. Si omnibus idẽ honestũ esset æquumq; simul,
Non esset ambigua hominibus contentio.

Nunc

Digitized by Google

Nunc uero neq; ſimile quicq̃, neq; æquale hominib. ‹‹
Niſi nominare. hæc noſtra controuerſia non eſt hoc. ‹‹
Ego enim nihil ô mater celans fateor,
Per aſtra aſcenderem ad ſolis exortus,
Et terrã infra, potis exiſtens efficere hæc,
Deorum maximam ut haberem tyrannidem.
Hoc igitur tam commodum, ô mater, nolo
Alij concedere potius quàm ſeruare mihi. ‹‹
Timiditas enim eſt, hoc quod maius ſi quis amittit, ‹‹
Et quod minus eſt capit. Præterea pudet me
Venientem cum armis hunc & deuaſtantem terram
Conſequi quæ uelit. Thebis enim hoc
Eſſet opprobrium, ſi Mycenei belli
Ex metu concederem ſceptra mea huic habere.
Decuiſſet ipſum non armis reconciliationes
O mater facere. Omnia enim efficit oratio: ‹‹
Quod & ferrum hoſtile efficere poteſt. ‹‹
Verum ſi quidem aliàs hanc terram incolere uult,
Licet. illud uero non lubens admittam,
Imperare cum liceat mihi, huic ſeruiam unquam.
Quare aduenìat mihi ignis, aduenìant enſes,
Coniungite equos, campos implete curribus,
Quoniam non concedam huic meam tyrannidem.
Si enim iniuſte facere oportet, imperium propter ‹‹
Potißimum ius uiolandum eſt. aliàs piũ eſſe cõuenit. ‹‹
CHO. Non bene loqui conuenit, in rebus nõ bonis. ‹‹

Digitized by Google

Non enim honestum hoc, sed iuri acerbum.
IO. O fili, Non omnia senectuti incommoda,
Eteocles, adsunt, sed ipsa experientia
Potest aliquid dicere iuuenibus prudentius.
Quid pessimam deorum amplecteris
Ambitionem, ô fili? ne facias. iniusta hæc dea,
Multas in domus, & ciuitates fœlices
Intregressa & egressa est, cum pernicie utentium.
Cuius cupiditate tu insanis? Illud melius, ô fili,
Aequalitatem colere, quæ amicos semper amicis,
Ciuitates q; ciuitatibus, socios q; socijs
Colligat. Aequalitas enim legitima hominibus est:
Et uero quod plus est, semper aduersatur
Hoc quod minus est, odijq; statim initium fit.
Etenim mensuras hominibus & partes ponderum
Aequalitas constituit, & numerum definiuit:
Noctis q; obscurum radium, solisq; lumen,
Aequalem ire annuum circulum.
Et neutrum ex ipsis inuidiam habet cum uincitur.
Ergo sol quidem, nox q;, seruit mortalibus:
Tu uero non sustinebis domuũ habẽs æquas partes,
Et huic distribuere? ubi uero esset iustitia?
Quid tyrannidem, quæ per iniuriam est opulenta,
Colis nimis, & magnum existimas hoc,
Admirari conspicuum? imò uanissima hæc res est.
An multa affligi, multum habens in domo,

Vis?

Vis? Quid nam est copia? nomen habet solum. ce
Quoniam ea quæ satis sint, sufficiunt modestis. ce
Nequaquam opes proprias posident mortales, ce
Sed opes à dijs fluctes habentes, procuratores sumus. ce
Cum uero uolunt, eas auferunt iterum. ce
Itaq; diuitiæ non stabiles sunt, sed diurnæ. ce
Age si te interrogẽ, duplicẽ sermonẽ pponens simul,
Vtrum uelis tyrãnidem seruare, an seruare ciuitatẽ?
Dices te tyrannidẽ habere uelle? Si uero te uicerit
Argiuæq; hastæ hastam Cadmeorũ ceperint, (hic,
Videbis domitam ciuitatem Thebanorum hanc,
Cernes porro multas captiuas puellas
Per uim ab hostibus duci hostiliter.
Lanẽtabiles profectò diuitiæ istæ quas quæris habe ce
Fient Thebis. ambitiosus autẽ tu es. (re, ce
Tibi quidem hæc dico. tibi uero Polynices dico,
Stultum Adrasti officium in te contulit.
Imprudenter uero aduenisti & tu depopulaturus
ciuitatem.
Age si ceperis hanc terram, quod utinam non contingat unquam,
Per deos, trophæa quomodo eriges belli?
Quomodo porro libabis sacrificia, capta patria?
Et spolia quomodo inscribes Inachi ad fluenta,
Thebis excisis, Hæc Polynices dis
Scuta suspendit? ô fili, gloria ne unquam

Hæc tibi contingat à Græcis capere. (ris,
Si porro uictus fueris, & uictoriã huius ſubterfuge-
Quomodo Argos uenies, infinitos ubi reliqueris
mortuos?
Dicet uero tum quiſpiam, ô qui mala ſponſalia
Adraſte promiſiſti, propter unius ſponſæ nuptias
Perijmus. bina mala appetis, ô fili,
Ab illis priuari, & ab his quæ in dubio poſita ſunt
excidere.
» Dimittite nimiam uehementiam animi, dimittite. Er-
rores duorum
» In unum cum conuenerint, maximum malum.
CHO. O dij, ſitis horum auerſores malorum,
Et conuentionem quandam Oedipi filijs date.
ETE. O mater, non ſermonum eſt certamen, ſed con
ſumitur tempus
Quod in medio eſt fruſtra, proficit autem nihil tuũ
ſtudium.
Neq; enim conueniemus aliter, quàm per prædictas
conditiones,
Vt ego ſceptris potitus, huius rex ſim
Terræ. à longis uero omittẽs admonitionib. ſine me.
Et tu hæc extra defer te mœnia, aut morieris.
POL. A' quo? quis uero hic inuulnerabilis, qui in
nos enſem
Letalem inijciens, eandem non auferet mortem?

ETE.

Digitized by Google

ETE. Prope adeſt, ante quem ueniſti, in manus cernis meas?

POL. Video. Timida ſed res diuitiæ, & amans uitæ malum.

ETE. Cur cum magno exercitu ueniſti, aduerſus eũ qui nihili eſt ad pugnam?

POL. Cautus enim eſt melior, quàm temerarius imperator.

ETE. Iactabundus es, fœderibus fretus, quæ te ſeruant ne moriaris. (terræ.

POL. Quin te altera uice repeto ſceptra, & partẽ

ETE. Repetita non reddimus. ego enim meam habitabò domum.

POL. Tuæ partis habens plus quàm ſit?

ETE. Non nego. concede uero ex terra.

POL. O deorum aræ paternæ. ETE. Quos tu depopulaturus acceſiſti?

POL. Audite me.

ETE. Quis uero audiret te, patriam obſidentem?

POL. Et deorũ, qui albis equis uehuntur, ô templa.

ETE. Qui te odio habẽt. POL. Pellimur ex patria.

ETE. Namq; ueniſti expulſurus. POL. Iniuſtitiæ tuæ, ô dij.

ETE. Mycenis, non hic inuoca deos.

POL. Impius es.

ETE. Sed non patriæ, ut tu, hoſtis.

PO. Quod me absq; parte expellis.
ET. Quin etiam interficiam adhæc.
PO. O pater, audis quæ patior?
ETE. Certe qualia agas audit.
PO. Et tu, ô mater?
ETE. Non fas tibi matris nominare caput.
PO. O ciuitas.
ETE. Profectus Argos, inuoca Lernæ aquam.
POL. Eo, ne labora. te uero laudo ô mater. ETE. Egredere è terra.
POL. Exeo. patrem uero mihi da uisum. ETE. Non adipiscēris.
POL. Verum uirgines sorores. ETE. Neq; has uidebit unquam.
POL. O sorores.
ETE. Cur istas uocas, inimicissimus existens?
PO. Mater, sed tu mihi uale.
IO. Digna gaudio scilicet patior, ô fili.
POL. Non amplius sum tuus filius.
IO. Ego ad multa mala nata sum.
POL. Hic enim nobis iniurius est.
ETE. Namq; contrà iniuriam patior.
POL. Vbi nam consistes ante turres?
ETE. Vtquid me interrogas hoc?
POL. Contrà stabo, interfecturus te. ETE. Et me huius rei amor tenet.

IO.

Digitized by Google

IO. O misera ego, quid facietis, ô filij?
ETE. Res ipsa indicabit.
IO. Patris non effugietis diras furias?
PO. Valeat uniuersa domus.
ETE. Quoniam mox non amplius cruentatus meus
cessabit gladius.
PO. Ipsam uero, quæ aluit me terrã, & deos testor,
Quod ignominosã, miserãda patiẽs, pellor ex terra,
Seruus tanquam, neq; tanquam qui ab eodem Oedi-
po natus sit. (cusa.
Et si quid tibi ciuitas accideret, ne me, sed hunc in-
Non lubens enim ueni, inuitus pellor ex terra.
Et tu Phœbe rex Hagieu, & atria ualete, μὴ γ' ἐλαθῆν χαίρειν
Aequalesq; mei, & deorum accipientia oues si- ἡλίους θ' ἱ
mulachra. γοὶ.
Neq; enim noui, an mihi alloqui porro liceat un-
quam uos.
Spes uero nondum dormiunt, quibus confisus sum
ope deorum.
Hoc interfecto, potiturum me huius
Thebanæ terræ. (pater.
ETE. Egredere ex regione. uere autẽ nomẽ Polynicẽ
Indidit tibi diuina prouidentia, ex contentionum
cognomento.
CHO. Cadmus peruenit ad hanc terram Tyrius, cui
quadrupes

Vitula

Vitula ultroneo casu proiecit se,
Perfectum exhibens
Oraculum ubi sedes conderet.
Campos enim oraculum
Fructiferos domorum edidit,
Pulchri fluminis aquæ ubi, &
Humor uadit per terram Dirce uiridem,
Et alte proscissa arua. Bromium ubi peperit
Mater, Iouis e nuptijs. quem hedera ambiens undiq;
Sequax statim adhuc infantē uiridibus frondibus
Opacis beans protexit, Bacchicum ludibrium
Virginibus Thebanis, & mulieribus Euboicis,
Vbi cruentus erat draco Martis, crudus custos,
Latices aquosos, & fluenta.
Herbida oculorum pupulis
Multinagis obseruans.
Quem ad lotionem manuum profectus Cadmus perdidit, marmore
Caput cruentum bestiæ interfectricis manuum feriens telis,
Diuinæ carentis matre Palladis ex consilio,
Humi prociduos seminauit dentes in alte proscissos sulcos,
Vnde submisit terra armatā uisionem super summos
Terminos terræ. ferrea uero eam cædes iterum coniunxit

Care

Cae terræ. ſanguine uero irrigauit terram, quæ ip-
ſam ſplendidis
Oſtendit ætheris flatibus. Et te progenitricis
Ionis olim filium, Epaphum, ô Iouis ſoboles,
Vocaui uocaui barbara uoce.
Io barbaris precibus ueni ueni ad hanc terram,
Tui hanc poſteri condiderunt. ubi binomines deæ
Proſerpina, & cara Ceres, dea omnium
Domina (omnium enim terra altrix) inhabitarunt,
Mitte faciferas deas,
Auxilium ferre huic terræ. Omnia enim facilia ſunt
ETE. Abi tu, & accerſe filium Menœcei
Creontem, fratrem matris Iocaſtæ meæ,
Narrans hæc, quod de priuata & communi ſalute
Velim cum illo conferre conſilia,
Anteq̃ & ad pugnam & belli aciem proficiſcar.
Atqui pedibus tuis laborem demit præſens.
Cerno enim ipſum ad domum euntem meam.
CR. Certe permulta, acceſſi, uidere cupiẽs te, ô rex
Eteocles. circumcirca uero Cadmeorum portas
Et cuſtodes iui, tuum corpus quærens.
ETE. Atqui ego te uolui conuenire.
Inueni enim longe deficientes reconciliationes,
Cum ad colloquium conueni cũ Polynice profectus.
CR. Audiui expeditiorem ipſum eſſe quàm pro uiri-
bus Thebarum,

(Dijs.

Affini-

Affinitateq; Adrasti, & exercitu fretum.
Sed in deos conuenit ista relata pati.
Sed ea quæ impedimento sunt potissima, illa aduenio dicturus.
ET. *Quæ nam ista? sermonem enim hunc ignoro.*
CR. *Aduenit quispiam captiuus ab Argiuis.*
ET. *Dicit uero quid ex rebus quæ illic geruntur periculosius?*
CR. *Velle circumcirca turres Cadmeorum ciuitatẽ*
Armis obsidere iamiam Argiuorum exercitum.
ET. *Efferenda sunt nimirũ arma Cadmeorũ ciuitati.*
CR. *Quo nam? num iuuenis existens, non cernis quæ oportet te cernere?*
ET. *Extra fossas istas ut pugnemus quàm mox.*
CR. *Parua est copia huius terræ. ipsi uero multi sũt.*
ETE. *Ego noui istos uerbis esse audaces.* (cos.
CR. *Habet quandã magnificentiã Argos apud Græ*
ETE. *Bono sis animo, mox ipsorum campum implebo cæde.*
» CR. *Cuperem, sed istuc uideo magni laboris.*
ETE. *Scias quod nõ cõtinebo intra mœnia exercitũ.*
» CR. *Atq uictoria est tota sita in bona consultatione.*
ETE. *Vis igitur ut uertam me in uias alias quasdam?*
» CR. *In omnes, antequam periculum semel meas.*
ETE. *An noctu in eos irruemus ex insidijs?*
CR. *Siquidem impegeris, huc te repellet iterum.*

ETE.

ETE. Aequale commodum habet in se nox. sed qui aggrediuntur, plus.

CR. In discrimen uenire periculosum est noctis in caligine.

ETE. Verum inter cœnandũ, proijciã in eos hastã.

CR. Trepidatio oriretur. ast uincendum est. (itus.

ET. Profundus profectò Dirceus ad recedendũ trãs-

CR. Omne deterius est, eo quod custoditur bene.

ETE. Quid si equitaremus in Argiuorũ exercitus?

CR. Et illic munitus est exercitus curribus circumcirca.

ET. Quid igitur agam? hostibus tradam ciuitatem?

CR. Minime: sed consule, siquidem es sapiens.

ET. Quod igitur consilium sapientius existit?

CR. Septem uiros illis dicunt, ut audiui ego.

ET. Quid imperatũ esse facere? robur enim modicũ.

CR. Agminibus præesse, septem imminere portis.

ET. Quid igitur agemus? consiliorum enim inopia hunc expecto.

CR. Septem uiros ipsis & tu ad portas eligas.

ET. Agminibus præesse, aut seorsim singulos?

CR. Agminibus, eligens fortißimos quosq;.

ET. Intelligo, ut defendam mœnia contra ascensus.

CR. Et collegas. Vnus enim uir nõ omnia uidet.

ET. Fortitudine eligens, aut mentiũ bono consilio?

CR. Vtrumq;. relictum enim unũ, nihil alterum est.

ETE.

ETE. Hæc ſic erunt. profectus itaq; ſeptem portarum ad ciuitatem
Conſtituam ductores ordinum ad portas, ut ſuades,
Aequales æqualibus hoſtibus opponens.
Nomen uero ſingulorum mora longa eſſet dicere,
Hoſtibus ſub ipſis mœnibus conſidentibus.
Sed abeo, ne ab opere impediamus manum,
Et mihi accidat fratrem aduerſarium capere,
Et congreſſum per bellum capere haſta,
Occidereq;, qui aduenit patriam depopulari meam.
Nuptiasq; ſororis Antigonæ, filijq; tui
Hæmonis, ſi quid in fortuna ego offendero,
Tu debes curare. dotem uero ratam
Antè promiſſam facio nunc ſub exitu meo.
Matris uero frater es, quid oportet uerbis uti?
Ale digne ipſam, tuaq; meaq; gratia.
Pater uero ſibi ſuæ ſtulticiæ pœnas pendet,
Oculis effoßis. non admodum ipſum approbo.
Nosq; diris, ſi euenerit, ipſe interfecturus eſt.
Vnum uero nobis ocioſum eſt, ſi quod uaticinium
Augur Tireſias poßit dicere,
Ex hoc perconari ea. ego uero filium tuum
Menœceum, cum tuo patre cognominem,
Accerſentem mittam huc Tireſiam, ô Creon.
Tibi enim lubens ad colloquium ueniet.
Ego enim augurandi artem uituperaui

Aliquando

Aliquando coram eo, itaq; me accusat.
Ciuitati uero & tibi hæc mando, ô Creon,
Si qd superiores fuerint res meæ, Polynicis cadauer
Ne sepeliatur in hac Thebana terra:
Sed morte plectatur, qui sepeliuerit, etiam si ex amicis sit.
Tibi quidem hæc loquor. famulis uero meis dico,
Efferte arma, armaq; obarmantia,
Vt in certamen propositum belli
Festinemus iam cum iusticia victrice.
Cautioni uero utilissimæ deorum
Supplicemus, hanc ut sospitet ciuitatem.
CHO. O crumnose Mars, quid nam sanguine
Et morte gaudes, Bacchi dis-
Sonus festis? non in coronis pulchrichoris
Puellæ nuptijs, capillum expendens tibiæ
Per spiramina cantus
Musam, in qua gratiæ sint lætificæ?
Verum inter armatos exercitum Argiuorum
Incitans, in sanguinem & cædem Thebanam,
Choream alienissimam à tibia præsaltas.
Neque cum per thyrsos furenti Baccho nebridibus saltas
Curribus & frenis quadrupedum,
Solidam ungulam habentium equorum, Ismeni ad flumina ascendens

Equitatu furere facis, Argiuos inspirans
Seminatorum generationem bellicosam, tripudium
armatum
Aduersarium circa lapideos muros
» Ferro ornans. Profectò difficilis quidem dea est Con
tentio, quæ has
» Conciliauit clades huius terræ regibus,
Labdacidis ærumnosis.
O pulchrarum arborum refertissime feris
Lucus Dianæ, niualis
Oculus Cytheron, nunquam illum qui expositus e-
rat morti,
Parturam Iocastæ,
Eiectum è domo, aureis fibulis insignem,
Debueras Oedipum aluisse infantem:
Neq; uirgineum, alatum, montanum
Monstrum uenire ad luctus terræ,
Sphingis, alienissimis à musis cum carminibus.
Quæ olim Cadmea quadrupedibus ungulis
Ad mœnia accedens, ferebat ætheris
In lumen inaccessum generationem, quam inferus
Pluto
Thebanis immittit.
Inauspicata alia contentio floret filiorum
Oedipi, priuatim & publicè.
» Hoc enim quod honestũ non est, nunquã sit honestũ.

Neq;

Neq; illegitimi filij. matri quidem fœtus, ‹‹
Piaculum uero patris. ‹‹
Hæc enim consanguineum ad lectum uenit. ››
Peperisti ô terra, peperisti olim
Barbaram, ut famam
Audiui audiui olim domi,
Eam quæ ab immani
Rubram cristam habente draconi
Sobolem natam ex dentibus,
Thebis celeberrima gloria.
Harmoniæ olim ad nuptias
Venerunt cœlites deæ, citharáq;
Mœnia Thebarum
Ab Amphionica lyra
Ab turrisq; edificata sunt,
Inter duo flumina sita, circa medium transitum
Dirce, herbosam quæ campum
Ante Ismenum irrigat.
Ioq;, quæ cornuta progenitrix
Cadmeorum reges genuit,
Myriadas strenue factorum
Alias alijs commutans.
Ciuitas hæc in summa
Constitit bellica laude.
TIR. I præ filia Manto. nam cæco pedi
Oculus es tu, uelut astrum nautis,

Huc in planum campum uestigium dirigens meum.
Præcede, ne impinganus. imbecillis est pater tuus.
Sortesq; mihi serua uirginea manu,
Quas cepi, augurium auium captans,
Sedibus in sacris, ubi auguria capio.
Fili Menœceus, fili Creontis, dic mihi,
Quanta nam, ea quæ supereſt ciuitatis uia est,
Ne patrem tuum? nam mea defatigantur genua,
Frequentem uero gradiens incessum uix uado.
CR. Bono animo sis. propè enim ô Tiresia ad tuos amicos
Siste pedem tuum, apprehende uero eum ô filia.
» Nam omnis gressus, pesq; senis solet
» Manus alienæ expectare leuamina.
TIR. Eia, esto: assumus. quid me uocas seriò Creons?
CR. Nondum obliti sumus. sed collige uires,
Et spiritum congrega, anhelitum eijciens concepti ex itinere.
TIR. Vix adsum, à terra Erechthidarum
Huc delatus pridie.
Et illic enim erat quoddam bellum Eumolpi hastæ,
Vbi glorioſos uictores Cecropidas effici ego,
Et hanc auream coronam ut cernis habeo,
Capiens primitias hostium de spolijs.
CR. Pro bono omine posui uictrices tuas coronas.
In tempestate enim siti sumus, ut nouisti tu,

Bella

Belli Danaidarum, & ingens Thebis periculum.
Rex etenim iuit armatus armis,
Lan ad exercitum Eteocles Mycenorum.
Mihi uero commisit, discere à te,
Quid facientes potissimum seruemus ciuitatem.
TIR. Eteoclis gratia quidem concludens os
A' uaticinijs abstinui. tibi uero, quandoquidem cupis discere,
Dicam. ægrotat enim hæc terra dudum, ô Creon,
Ex quo creauit liberos Laius inuitis dijs,
Maritumq; creauit matri infœlicem Oedipum,
Et ex quo sanguineæ oculorum dilacerationes,
Deorum commentum, & admonitio Græciæ.
Quæ contegere filij Oedipi diuturnitate temporis
Cupientes, tanquam deos subterfugituri,
Peccauerunt imperite. neq; enim honorem patri,
Neq; libertatem egrediendi concedentes, uirum infœlicem
Exasperarunt. efflauit uero in eos imprecationes
Diras, & ægrotãs, & præterea ignominia affectum.
Propter quæ ego quid non faciens? qualia uero non dicens uerba?
Ad odium ueni filijs Oedipi. (ô Creon.
Prope uero mors proprijs manibus proueniẽs ipsis,
Multi uero mortui apud mortuos cum ceciderint,
Argiua & Thebana commiscentes arma,

Digitized by Google

Luctus acerbos dabunt Thebanæ terræ.
Tuq; ô infœlix unà ſubuertêris ciuitas,
Niſi uerbis meis quidam pareat.
Illud etenim primum erat, ex filijs Oedipi
Nullum ciuem eſſe, neq; regem terræ,
Tanquam malo genio infeſtantes & ſubuertentes ciuitatem.
Sed cum potius ſit malum bono,
Vna eſt alia machina ſalutis.
Sedenim dicere nequaquam mihi hoc tutum eſt.
Et acerbum eſt illis qui fortunati ſunt,
Ciuitati exhibere remedium ſalutis.
Abeo, ualete. Vnus enim exiſtens cum multis.
Hoc quod futurum eſt, ſi neceſſe ſit, patiar.
CR. Mane hic ô ſenex. TIR. Ne me apprehendas.
CR. Mane, quid fugis? TIR. Fortunate, ſed non ego.
CR. Dic ciuibus & ciuitati ſalutem.
TIR. Vis tu profectò, & non uoles mox.
CR. Et quomodo patriam ipſam non ſeruare uolo?
TIR. Vis audire igitur, & ſtudioſe inſtas?
CR. Ad quam enim me aliam rem conuenit ſtudioſum eſſe?
TIR. Audies utiq; iam mea uaticinia.
Primum uero illud uolo clare ſcire:
Vbi eſt Menœceus, qui me huc deduxit?

CR.

Digitized by Google

CR. *Hic non procul abest, sed prope te.*
TIR. *Abeat nunc à uaticinijs meis procul.*
CR. *Meus cum sit filius, ea quæ conuenit tacebit.*
TIR. *Vis præsente igitur tibi hoc dicam?*
CR. *Audiens enim oblectabitur salutem.*
TIR. *Audi iam nunc uaticiniorum meorum uiam,* 122.
Quæ agentes seruabitis Cadmeorum ciuitatem.
Mactare Menœcea hunc oportet te pro patria
Tuum filium, quandoquidem fortunam tu ipse inquiris.
CR. *Quid ais? quem dixisti hunc sermonẽ, ô senex?*
TIR. *Quæ in fatis sunt, eadem necesse est te* «
facere.
CR. *O multa qui dixisti breui tempore mala.*
TIR. *Tibi quidem, sed patriæ magna, & salutaria.*
CR. *Non audiui, nihil animaduerto, ualeat respub.*
TIR. *Vir hic non amplius idem inficiabitur.*
CR. *Saluus abi. nõ enim tuis mihi opus est uaticinijs.*
TI. *Pessumiuit ipsa ueritas, eo quòd tu periclitaris.* «
CR. *Quæso te per genua, & uenerabilẽ cæsariem.*
TIR. *Quid accidis mihi? meuitabilia deprecaris ma-*
CR. *Sile, ciuibus hos ne dixeris sermones.* (*la.*
TIR. *Mendacem esse iubes me? non tacebo.*
CR. *Quid nam mihi facies? filium meũ interficies?*
TIR. *Alijs curæ. erunt hæc, mihi uero dicetur.*
CR. *Ex qua re mihi hoc uenit, & filio malum?*

Digitized by Google

TIR. Recte me interrogas, & in certamen uenis uerborum.
Oportet hunc in ſpecubus, ubi draco ille terrigena
Fuit, Dirces aquarum cuſtos,
Occiſum, effuſum ſanguinem terræ dare libamina,
Prope Cadmum, quas concepit priſcas Martis propter iras,
Qui terrigenæ draconis ulciſcitur cædem.
Et hæc ubi feceritis, ſocium comparabitis uobis Martem.
Terra uerò pro fructu, fructumq; pro ſanguine,
Sanguinem ſi acceperit, habituri eſtis propitiam
Terram, quæ olim uobis aureis galeis ornatâ ſegetẽ
Seminatorum produxit. genere autem oportet mori
Ex hoc, qui draconis ex maxilla natus eſt puer.
Tu uero hic nobis ſuperſtes es ſeminatorum generis,
Germanus exq; matre & à maribus,
Tuiq; filij. Hæmonis quidem nuptiæ
Cædem prohibent. non enim eſt iuuenis cœlebs:
Et ſi non lectum attigit, ſed tamen habet lectum.
Hic uero pullus, huic deuotus ciuitati,
Mortuus patriam ipſam ſeruare poterit.
Acerbum uero Adraſto reditum, cæterisq; Argiuis
Iniiciens, infœlix fatum oculis iaciet,
Inclitasq; Thebas. ex hisq; elige duobus fatis,
Alterum. aut enim filium ſerua, aut ciuitatem.

Quæ

Quæ à nobis dici possunt, omnia habes. duc ô filia
Domum. quicunq; uaticinandi utitur arte, «
Stultus est. si enim aduersa significauerit, «
Acerbus est illis quibus uaticinatur. «
Falsa uero præ misericordia dicens illis qui inter- «
rogant, «
Violat diuina. Phœbum hominibus solum «
Oportuit prædicere futura, qui neminem metuit. «
CHO. Creon quid tales? uocem mutam continens.
Et mihi enim nihilominus quàm tibi, admiratio ad-
est. (mones.
CRE. Quid uero quis dicat? manifesti sunt mei ser-
Ego etenim nunquam ad hoc deueniã calamitatis,
Vt maclatum filium addicam ciuitati.
Omnibus enim hominibus amans liberorum uita, «
Neq; quispiam suum ipsius filium dederit ad inter- «
ficiendum.
Ne me laudet, meos quisquam interficiens liberos. «
Sed ego ipse, in matura enim constitutus sum ætate,
Mori paratus sum, patriæ redemptio.
Sed age fili, antequam resciscat tota ciuitas,
Proterua ualere sinens uatum uaticinia,
Fuge quàm primum ab hac secedens terra.
Dicturus enim est magistratibus & imperatoribus
hæc,
Portas ad septem, & ductores ordinum proficiscens.

Et si prœuenerimus, erit tibi salus:
Si autem negliges, perijmus, moriaris. (tum?
ME. *Quo nã fugiã, ad quam ciuitatẽ? ad quẽ hospi-*
CR. *Vbi terra ab hac absis quàm longissime.*
ME. *Nimirum cõueniens est te dicere, efficere uero.*
CR. *Delphos penetrans fuge.* (me.
ME. *Quò me oportet, ô pater, ire?*
CR. *In Aetoliam ipsam.* ME. *Ex hac uero quà eo?*
CR. *Ad solum Thesbrotorum.* ME. *Venerandas Do-*
donæ ad sedes?
CR. *Habes.* ME. *Quæ uero mihi custodia erit?*
CR. *Deductor, deus.* ME. *Pecuniarum autem quæ*
suppeditatio?
CR. *Ego mittam aurum.* ME. *Bene narras pater.*
CR. *Abi nunc.* ME. *Quoniã tuã ad sororẽ pfectus,*
Cuius primum ubera traxi, Iocaste dico,
Matre orbatus, & pupillus, seiunctus ab uberibus,
Salutaturus accedo, & ciuitatem seruaturus.
CR. *Sed age, abi, ne quod in te situm est prohibeat.*
ME. *O mulieres, quàm bene patri exemi metum,*
Decipiens dictis, ut quæ uolo consequar.
Qui exulem me facit de ciuitate, priuans fortuna,
» *Et timiditati tradit. At uenia habenda est*
» *Seni, mea uero pars non ueniam habet,*
Proditorem fieri patriæ quæ me genuit.
Vt itaq; sciatis, uado, & seruaturus sum ciuitatem;

Animam

Digitized by Google

Animã autem daturus sum pro hac moriendo terra. 125.
Turpe enim, si qui à uaticinijs sunt liberi,
Neq; ad necessitatem deorum obstricti,
Stantes apud scutum non cunctantur mori,
Turres ante pugnantes pro patria:
Ego uero patrem & fratrem deserens,
Ciuitatemq; meam, timidus tanquam extra patriam
Abeam. ubi ubi uero uixero, malus uidebor.
Nequaq̃, per in astris Iouem Martemq; cruentum,
Qui succrescentes è terra olim
Spartos reges huius terræ constituit.
Sed abeo, & consistens ex propugnaculis summis,
Ingulans meipsum stabulum ad profundum
Draconis, ubi uates narrauit,
Liberabo terram. dicta est oratio.
Abeo uero, mortis munus non turpe ciuitati
Daturus: ab ægrotatione uero hanc terram liberabo.
Si enim accipiens quisq;, quodcunq; possit quispiam
Bonum, transferret hoc, & ad commune ferret
Patriæ, malis ciuitates mimoribus
Tentatæ, in reliquum fœlices essent.
CHO. Venisti uenisti ô uolucris terræ partus,
Infernæq; echidnæ Cadmeorum ad rapinam,
Luctuosa, perniciosa semiuirgo,
Sanguinarium monstrum,

Insanis

Insanis alis,
Chelisq; crudis,
Dircæis quæ olim ex lo-
Cis iuuenis in sublime tol-
Lens lyra carentem circa musam,
Pernicioſamq; Erinnym,
Attulisti dolores patriæ
Cruentos, cruentus ex dijs,
Quicunq; hæc peregit.
Orbatæ matres,
Orbatæ uirgines,
Genebant domi,
Lamentabilem uociferationem,
Lamentabile melos.
Alius alium lamentabatur succeßiuè per ciuitatem.
Tonitru uero luctus,
Et uociferatio erat similis,
Quando à ciuitate abripiebat
Volucris uirgo aliquem ex uiris.
Tandem uenit Pythio mittente,
Oedipus ille infœlix,
Ad hanc Thebanam terram,
Tunc gratus, poſt uerò dolor.
Matri enim nuptias infœlices miſer,
Victor exiſtens,
Aenigmatum coniunxit.

Polluit

Polluit uero ciuitatem.
Mutua uero cæde permutat,
Triſte ad certamen ſuis demittens execrationibus
Liberos infœlix. admiramur admiramur. "
Qui ad mortem abit, terra pro patria. "
Creonti quidem relinquens luctus,
Sed ſeptemtu[illegible] portas huius terræ
Victrices efficiens. ſic utinam fiamus, ô
Matres, fiamus bona ſobo-
Le fœlices. ô Pallas, quæ draco-
Nis cædem, quæ lapidibus iactis peracta eſt,
Conficiſti, Cadmeam ſolicitudinem
Concitans ad opus.
Vnde inuaſit hanc terram
Rapinis deorum noxa quædam.
NVN. Obe, quis in portis domuum exiſtit?
Aperite, educite Iocaſten è domo.
Obe, iterum atq; iterum. ſerò quidem, ſed tamen
Exi, audi, Oedipi ô inclita uxor,
Deſinens querelarum, lugubrium´que lachry- λήξασ' ὀδυρ-
marum. μῶν, πυθί-
IOC. O cariſſime, num calamitatem uenis afferens, μου δε-
Eteocle mortuo? cuius apud ſcutum μένων.
Iuiſti ſemper, hoſtium arcens tela.
Quod ´nam mihi uenifti nouum nuncians dictum?
Mortuus eſt, aut uiuit filius meus? indica mihi.

NVN.

Digitized by Google

NVN. Viuit, ne metuas hoc. quoniam te liberabo hoc metu.
IO: Ecquid septemturres ut habent muri?
NVN. Stant integri, neq; direpta est ciuitas.
IO. Venerunt autem ad discrimen Argolici belli?
NVN. Ad summum discrimen, sed Cadmeorũ Mars
Superior extitit Mycenea hasta.
IO. Vnum dic per deos, si quid de Polynice
Nosti. nam curæ est mihi & hoc, num uidet lumen?
NVN. Viuit tibi par duorum ad hoc diei liberorũ.
IO. Bene sit tibi. quomodo uero Argiuorum bellum
A portis reiecistis, in turribus obsessi?
Dic, senem cæcum ut in domum
Introgressa oblectem hac terra sospitata.
NVN. Postquam Creontis filius, qui pro patria mortem obijt,
Turribus in summis stans nigrum gladium
Gutturi infixit, huic terræ salutarem,
Agmina distribuit septem, & septem duces
Portas ad septem, custodes Argiui belli,
Tuus filius. subsidiarios equites quidem equitibus
Opposuit, pedites uero ad scutatos,
Vt laboranti parti murorum esset belli
Subsidium. paulo post arcibus & à summis (rũ
Albos clypeos habentẽ aspicimus exercitũ Argiuo-
Telum esse deseruisse. & prope fossas

Cursu

Cursu attigit urbem Cadmeæ terræ.
Claßicum uero & tubæ intonabant simul
Illinc, & ex mœnibus nostris adfuerunt.
Et primum quidem adduxit ad Neetas portas
Agmen densis clypeis constipatum,
Venatricis illis Parthenopeus filius,
Insigne gestans domesticum in medio scuto.
Porro stirpibus arcubus Atalantam aprum
Vincentem Aetolicum, ad Prœtidas
Portas ibat, uictimas secum uehens in curru
Ille uates Amphiaraus, non signa habens
Superba, sed modeste insignibus carentia arma.
Ogygias ad portas Hippomedon rex
Constitit, gestans insigne in medio scutum
Diuersis oculatum oculis, cernentem
Alijs quidem ad astrorum exortus oculis,
Cernentem, alios uero occultantem cum occidentibus,
Vt postea eo mortuo cernere licebat.
Homoloidas aciem habuit ad portas
Tydeus, leonis pellem gestans in scuto,
Setis horrentem. dextra uero facem
Titan Prometheus ferebat, tanquam incensurus ciuitatem.
Tuus uero fontanas Polynices ad portas
Martem admouebat. Potniades uero in scuto

124.

Insigne

Insigne equæ pernices subsultabant stupore,
Scite quodammodo gyris in medio in orbem inclusæ
Ad umbilicum ipsum, ut furere uiderentur.
Porro non minus ipso Marte ad pugna cupidus
Capaneus admouebat agmen ad Electras portas.
Ferreis uero clypei figuris inerat
Gigas, supra humeros terrigenam totam ciuitatem
Gestans, uectibus euellens ui
Argentum nobis, qualia passura esset nostra ciuitas.
Ad septimas uero Adrastus portas erat,
Centum echidnis scutum explens pictura
Hydræ, gestans hirsutis in brachijs
Argiuam gloriationem. ex muris uero medijs
Dracones ferebant filios Cadmeorum in maxillis.
Aderant unicuiq; horum meæ cognitiones,
Tessaram deferentis pastoribus ordinum.
Et primum quidem arcubus & missilibus
Pugnauimus, & fundis porrò ferientibus,
Saxorumq; fustis. cum uero uinceremus prælio,
Insonuit Tydeus, & tuus de repente filius.
O filij Danaorum, antequam conteramur iactibus,
Quid cunctamini simul omnes irruere portis,
O leuis armaturæ equites, et moderatores curuum?
Clamorem cum primum exaudierunt, nullus segnis
erat.
Multi uero cadebant capitibus cruentati.

Nostrum

Nostrum uero ad solum uidisses ante mœnia
Crebros urinatores expirantes animam.
Aridam autem irrigabant terrã sanguinis fluxibus.
Ille sed Arcas, non Argiuus Atalantæ filius,
Turbo uelut portis quispiam irruens, clamat
Ignem & ligonem, tanquam subfossurus ciuitatem.
Sed continuit furentem ipsum marini dei
Periclymenus filius, lapidem inijciens in caput
Immanem, nempe pinnas à propugnaculis,
Flauam uero cassidem comminuit instar farinæ, & uertebras
Confregit ossium, mox purpuream barbam
Cruentauit. non uero referet uitam
Insigni iaculatrici matri, Mænali filiæ.
Postquã uero has aspexit bene rem gerentes portas,
Alias accedebat filius tuus, sequebar autem ego.
Video uero Tydea, & scutatos frequentes
Aetolicis hastis in summam frontem
Turrium iaculantes, adeò ut propugnaculorum
Desererent pinnas fugitiui nostri. Sed ipsos iterum,
Venator ueluti, filius tuus congregat,
In turres uero cõstituit iterum. ad alias uero portas
Festinamus, hanc partem adimentes labori.
Capaneus uero qui dicerem ut insanierit?
Altæ namq; scalæ ad ascensus
Ibat, ac talia gloriatus est,

m Neq;

Neq; uenerabilem ignem illum prohibere Iouis,
Quo minus summis arcibus caperet ciuitatem.
Et hæc simul loquebatur, & lapidibus ictus
ἀνῆρχ' ὑπ' ἀσπίδ' ἀντίον ἀσπὶς Ascendebat sub ipso clypeo conuoluens corpus,
ἐμβᾶσ' ἐμβάσεις Gradatim ascendens scalæ politos perticarum cla-
ἐλίσσας δίφρους. Iam uero superantem pinnas murorum, (thros.
Ferit fulmine Iupiter ipsum. insonuit uero (tē
Terra, ut formidine corriperētur omnes. à scalis au-
Disijciebantur, uelut à funda, à se mutuo membra.
Comæ quidem ad Olympum, sanguis uero ad terrā,
χαῖται μὲν εἰς αἰθέρ', αἷμα δὲ Manus uero & pedes tanquam rota Ixionis
κόνιν, ὡς Rotabātur, ad terrā uero ambustū decidit cadauer.
μάταν ἰξιονίδαν Cum uero uidisset Adrastus Iouem hostē exercitui,
ὄχνος ἐλίσσει. Extra fossas collocauit Argiuorum exercitum.
Sed contrà apud nos auspicatum Iouis prodigium
Cum uidissent, agebant currus (matos
Equites grauis amaturæ, & in medios Argiuorū ar-
Commiserunt pugnam contis. omnia uero simul ir-
130. ruebant mala.
Moriebantur, cadebant à curribus,
Rotæq; subsultabunt, axesq; ad axes.
Mortui uero mortuis accumulabantur simul.
Turriū itaq; fundamēti prohibuimus subfossiones
Ad præsentem diem. quod si fortunata
Erit in posterum hæc terra, dijs curæ est.
Res iucunda est uincere, sed tamen si melius dij
Consilium

Consilium habuerint, fœlix essem ego.
IO. *Bene ea quæ ad deos attinent, & quæ ad fortu-* ‹‹
nam, habent. (terra.
Filij etenim mihi uiuunt, & effugit periculum hæc
Creon tantum uidetur meis nuptijs
Oedipiq́, infœlix, frui malis,
Filio orbatus. ciuitati quidem fœliciter,
Sibi uero miserabiliter. sed explica porro mihi,
Quid posthæc filij mei facturi sunt? (tas.
NV. *Omitte ea quæ supersunt, huc usq; enim fortuna* ‹‹
IO. *Hoc ad suspicionẽ dixisti, non omittendum est.*
NV. *Maius aliquid cupis, quàm filios seruatos?*
IO. *Et ea quæ supersunt, an bene habeam, audire.*
NV. *Sine me, desolatus filius armigero tuus.*
IO. *Malum ubiq; occultas, & obtegis obscuritate.*
NV. *Nequaq̃ dicam post bona, tua mala.*
IO. *Nisi dixeris, fugiens effugies ad æthera.*
NV. *Ah cur me non siuisti post bonam nunciatam*
Famam abire? uerum indicare mala cogis.
Filij gemini tui moliuntur facinora
Turpissima, seorsum monomachia pugnare ab omni
exercitu,
Elocuti Argiuisq; & Cadmeis
In publicum, qualem non debuerunt sermonem.
Eteocles prior incœpit ab alta constitutus (ercitui.
Turri, iubens ipsum SILE promulgare præconẽ ex-

Dixit uero: ô totius Græciæ imperatores
Danaorum optimates, qui ueniſtis huc,
Cadmiq; populus, ne unquam Polynicem propter
Vitas diuendite, neq; pro nobis.
131. Ego enim ipſe hoc periculum ſinens,
Solus committam fratre cum meo pugnam.
Et ſi interfecero hunc, domum habitabo ſolus.
Victus uerò, huic dedam ciuitatem.
Vos autem certamine omiſſo, Argiuam ad terram
Redibitis, uitam non relinquentes hic.
Thebanorũ uero populus ſatis eſt, q iacet mortuus.
Tantum dixit. tuus autem Polynices filius
Ex agmine exilijt, & approbabat ſermones.
Omnes uero cum fremitu approbarunt Argiui hæc,
132. Cadmiq; populus, tanquam iuſta exiſtimantes.
Poſthæc uero fœdera fecerunt, et in interuallo utriuſq; exercitus
Iuramenta commiſerunt.
Iam tum occultabant corpus æreis armis
Gemini ſenis Oedipi iuuenes.
Amici uerò adornabant quidem præfectum terræ,
Thebanorum optimates. alterum uero Danaorum
principes.
Conſtiterunt autem ſplendidi, colores non permutarunt,
Affectantes in ſe mutuo mittere haſtas.

Acceden-

Digitized by Google

Accedentes uero obiter alij aliunde amicorum,
Verbis confortantes loquebantur hæc.
Polynices, in te situm est Iouis erigere simulachrum,
Pro tropheo Argis, & insignem dare famam.
Eteoclem porro, Nunc pro patria pugnas,
Nunc uictor si fueris, imperium obtines.
Hæc loquebantur, adhortantes ad pugnam.
Vatesq; oues mactabant, uigoremq; ignis.
Defectus præterea obseruabant, humorem contrarium,
Summamq; flammam, quæ duarum rerum significationes in se habet,
Victoriæq; signum, & cladis.
Sed si quid uirium, aut sapientes habes sermones,
Aut pharmaca incantationum, abi cohibe liberos
A' dira pugna, quoniam periculum ingens,
Et præmia grauia, lachrymæ tibi fient.
Geminis priuaberis hoc die liberis.
IO. O filia, egredere Antigonæ extra domum,
Non in choreis, neq; in cœtu uirginum.
Nunc tibi procedit dæmonum hæc fortuna.
Sed uiros optimos, & fratres tuos,
Ad mortem uergentes, prohibere te oportet,
Vnà cum matre tua, ne à se inuicem moriantur.
AN. Quem ô parens mater stuporem nouum
Amicis clamas has ante domus?

IO. O filia, perit tuorum fratrum uita.
AN. Quid narras? IO. Constituti sunt ad duellum.
AN. Heu me, quid narras mater? IO. Ingrata, sed sequere. (tũ.
AN. Quò, cœtũ uirginũ relinquens? IO. Ad exerci-
AN. Reueremur turbam. IO. Res tuæ non in pudore sitæ sunt.
AN. Agam uero iam quid? IO. Fratrũ dirimes lites.
AN. Quid agens mater? IO. Accidens supplex unà mecum.
AN. Præi tu ad interuallum, quod inter utrunq; exercitum est: non cunctandum est.
IO. Festina festina filia, quoniam si præuenero
Filios ante pugnam, mea est in luce uita.
Si pòst ueneris, perijmus, morieris,
Mortuis uero ipsis cõmoriens iacebo.
CHO. Ae, æ, æ, tremulum horrorem
Tremulam mentem habeo.
Ae, æ, per carnem meam
Misericordia misericordia iuit matris miseræ,
Propter geminos filios, uter utiq;
Alterum cruentabit? hem laborum
Io Iupiter, io tellus, fraternam ceruicem,
Consanguineam animam per arma, per uulnera,
Misera ego, misera.
Vtrum sanè mortuum perditum deflebo?

Heu

Heu tellus, heu tellus, geminæ belluæ, cruētæ animæ,
Hasta minitantes,
Cadauera cadauera,
Hostilia mox conficietis.
Miseri sunt, quod unquam singularis certaminis
Ad cupiditatem uenerunt.
Vociferatione barbara lamentabilem uocem,
Quæ debetur mortuis,
Lachrymis deflebo.
Prope fortuna, prope cædis
Docebit hæc constituta dies euentum.
Non ex fato, non ex fato hæc cædes,
Sed propter furias Oedipi.
Verum Creontem uideo hunc, huc tristem
Ad domum uenientem. omitto hos sermones.
CR. Eheu quid agam? utrum meipsum, aut patriam
Lugeam lachrymans? quam circumcirca occupat
Talis, ut ad Acherontem eam. (nubes
Meus etenim filius pro terra perijt moriens,
Nomen nactus nobile, sed triste mihi.
Quem modo rupibus ex draconinis recipiens,
Propria cæde peremptum infœlicem tuli manibus.
Lamentatur domus tota, ego uero adsum accersens
Sororem meam locasten, ut
Lauet, procuretq; non amplius existentem filiū meū.
Mortuis enim conuenit ululum

„ Honores exhibentem, inferum colere deum.
CHO. Iuit soror tua extra domum, ô Creon,
Puellaq; cum matre Antigone, communi pede.
CR. Quo nam, & ad quam fortunam? indica mihi.
CHO. Audiuit filios duello esse
Ad pugnam uenturos ipsa pro regia.
CR. Quid ais? cadauer filij curans mei,
Neq; ad hos ueni, ut & hoc scirem.
CHO. Verum abijt quidem dudum tua soror.
Existimo uero certamen de uita, Creon,
Iam confectum esse filijs Oedipi.
CR. Eheu, utiq; signum aspicio hoc,
Tetricos oculos, & uultum nuncij
Accedentis, qui nobis nunciabit hoc quod actũ est.
NVN. Me miserum, quem sermonem dicã? aut quæ uerba?
CR. Perijmus, non beneuolis procemijs exordium orationis est.
NVN. Me miserum, iterum clamo. magna enim affero mala.
CR. Ad peractas alias clades quid uerò narras?
NV. Non amplius sunt sororis filij in luce, ô Creon.
CR. E, æ, magnas mihi narras clades, & ciuitati.
O ædes auditis Oedipi ista?
Filijs simili clade perditis?
CHO. Certe ita ut lachryment, si sensum haberent.

CR.

Digitized by Google

CR. Eheu, calamitatis indignißimæ.
Hei mihi malorum infœlix, ô miſer ego.
NVN. Si etiam iſta ad hæc ſcires mala.
CR. Et quî fieri poſſunt iſtis infœliciora?
NVN. Mortua eſt ſoror tua, cum duobus filijs.
CHO. Suſcitate ſuſcitate eiulatum,
Et in caput albarum planctus manuum.
CR. O miſera, quem finem Iocaſte uitæ,
Nuptiarumq; tuarum, Sphingis propter ænigmata
ſuſtinuiſtis?
Et quo pacto peracta eſt geminorum filiorũ cædes?
Execrationisq; certamen Oedipi? dic mihi.
NVN. Ante turres quidem res fœliciter geſtas huius terræ
Noſti. non enim procul abſunt murorum circumuolutiones,
Quin omnia ſcias quæ acta ſunt.
Poſtquam uero æreis corpus ornarunt armis
Senis Oedipi iuuenes,
Conſtiterunt uenientes in medium interuallum
Gemini duces, & gemini imperatores,
Tanquam certamen ſingulari prælio decernentes ui
res belli.
Reſpiciens uerò Argos emiſit Polynices preces:
O Veneranda Iuno, tuus enim ſum, poſtquã nuptijs
Coniunxi Adraſti filiam, & habito hanc terram,

Da mihi interficere fratrẽ, aduersariam uero meam
Cruentare dextram uictricem.
Turpissimã peto palmã, germanũ fratrẽ interficere.
Multitudo uero cœpit lachrymari propter fortunã,
quanta quanta erat.
Et respexerunt ad se inuicem mutuis oculis.
136. Eteocles uero Palladis aureum scutum habentis
Respiciens ad templum precatus est: ô Iouis filia,
Da hastam nobis uictricem eminus
In pectora fratris ex hac manu mittere,
Interficereq; qui uenit patriam depopulaturus meã.
Postquam uero emissa est fax ardens, tanquam tyr-
rhenæ
Tubæ clangor, signum cruentæ pugnæ,
136. Ruerunt cursu acri ad sese inuicem,
Veluti apri, acuentes asperas malas
Conjunxerunt pugnam, spuma madidi mento.
Petierunt autẽ se hastis, sed subsederũt rotundis scu-
tis,
Ita ut ferrum elaberetur incassum.
Quod si oculum eminentem supra scutum alter ani-
maduertisset,
Hastam quatiebat, os appetere cupiens.
Sed scite admouebant scuti foraminibus
Oculum, uana ita ut fieret hasta.
Plus uero spectatoribus manabat sudoris,
Quàm pugnatoribus, propter amicorum metum.

Eteocles

Eteocles uero pede uerrens saxum,
Vestigio exorbitantem pedem extra scutum
Ponit. Polynices autem ibi occurit hasta,
Plagam ferro datam aspiciens,
Tibiam uero transfixit Argiua hasta.
Exercitus exclamauit Danaidarum totus.
Atq; in hoc conflictu nudum humerum aspiciens,
Quod prior uulneratus erat, pectora Polynicis ui
Appetijt hasta, & dedit uoluptatem
Cadmi eiuibus, confregit uero summam hastam.
Sic autẽ ad fruſtrationẽ ueniens hasta, retro iterum
Cedit. arripiẽs uero emisit marmoreum saxum,
Mediã autem hastã cõfregit. ex æquo ibi Mars
Erat, hasta ambabus manibus priuans.
Inde uero manubria arripientes gladiorum,
Comminus congressi sunt, collisis scutis:
Multam turbam utrisq; pedibus insistentes exhibuerunt pugnæ.
Ibi tum animaduertens Eteocles, Thessalum
Adhibuit commentum, propter commerciũ gentis.
Omittens enim constitutum laborem,
Sinistrum retro referebat pedem,
Ante se concauitatem uentris cautè custodiens.
Promouens uero pedem, dextris per umbilicum
Immisit gladium, & ad uertebras spinæ adegit.
Simul uero inflectens latera & uentrem miser,

λαβὼν δ' ἀθὴρ μέγεθος πέτρον.

δι' ὀμφαλὸν ἰὼν καθῆκεν ἔγχος, σφονδύλοις τ' ἐν-

Cum πέμψειεν.

Digitized by Google

Cum sanguineis guttis Polynices procumbit.
Hic uero tanquã uincens iam & superãs pugna,
Gladio abiecto in terram spoliabat ipsum,
Animum apud sese non habens, sed illuc.
Quod et illum decepit. iam enim spirans modicùm,
Seruans ferrum in tristi casu,
Vix quidem, extendit tamen in epar gladium
Eteoclis, ille qui antè Polynices corruerat.
Terram uero mordicus arripientes, inuicem prope
Corruunt ambo, neq; diffinierunt uictoriam.
CHO. uel CR. Papæ, malorum tuorum, ô Oedipe,
tuus cum sim, causa lugeo.
Tuas uero execrationes uidetur implere deus.
NV. Audi iam porro, & ea quæ ad hæc mala accide
Ex quo filij cadentes reliquerunt uitam, (runt.
Interea mater infœlix accurrit,
Cum uirgine, & alacritate pedis.
Vulneratos uero ubi uidisset letali uulnere,
Vlulauit: ô filij, nimis fera auxiliatrix
Adsum. accidens uero uicissim filios, ἰδοῦσα
Plorabat, lamentabatur, magnum laborem uberum
Ingeniscens. soror autem accedens simul,
O qui nutritores esse debebatis matris in senectute,
ô qui nuptias meas
Deseruistis, fratres carissimi. E' pectoribus ibi
Anhelitum emittens difficilem Eteocles rex,

Audiuit

Audiuit matrem, & imponens manum triſtem,
Vocem quidem non emiſit, ſed ab oculis
Allocutus eſt lachrymis, ita ut præſe ferret amica.
Sed adhuc ſpiritũ trahebat. ad ſororẽ uero reſpiciẽs
Anumq; matrem, dixit Polynices hæc:
Perijmus ô mater, miſeror autem te,
Et hanc ſororem, & fratrem mortuum.
Amicus enim hoſtis factus eſt: ſed tamen amicus.
Sepelito uero me ô genitrx, & tu ô ſoror,
In terra patria, & ciuitatem iratam
Conſolamini, ut tantum tandem adipiſcar
De terra patria, etſi familiam noſtram perdidi.
Coniunge uero palpebras meas tua manu,
O mater [ponit uero ipſe oculos ſupra]
Et ualete: iam enim me occupant tenebræ.
Ambo ibi ſimul exhalarunt miſeram uitam.
Sed mater ut aſpexit hanc calamitatem,
Supra modum dolens, rapuit ex cadauere gladium,
Et peregit dira. per medium enim guttur
Tendit gladium, inter ſuos uero cariſſimos
Mortua iacet, circundans ambos manibus.
Aſſurrexit autem erectus populus ad contentionem uerborum.
Nos quidem, tanquam uictor eſſet dominus meus.
Alij uero, tanquam ille. erat autem contentio inter imperatores.

Digitized by Google

Hi quidem percußisse prius Polynicem hasta,
Alij uero, quod inter mortuos nusquã uictoria esset.
Et interea egressa est Antigone seorsim ab exercitu.
Hi uero ad arma ruerunt. scite autem fortuitò ex
prouidentia
Sedebat Cadmi populus adhuc in armis,
Et priores irruimus, nondum armis munitum
Argiuorum irruentes derepente in exercitum.
Neq; ullus substitit. campos autem impleuerunt
Fugientes. fluebat uero sanguis, infinitis cadaueribus,
Per hastas cadentibus, cum uinceremus prælio.
Alij quidem Iouis trophæum constituerunt simulachrum,
Alij clypeos prædantes Argiuorum cadauerum,
Spolia intra ciuitatem mittebamus.
Alij uero mortua cum Antigone
Cadauera ferunt huc, ut sepeliant amici.
Ciuitati certamina hæc quidem fortunatißima
Huic euenerunt, alia uero infœlicißima.
CHO. Nõ ad auditum iam infœlicitas domus uenit.
Adest enim cernere cadauera mortuorum
Trium iam hæc ante atria,
Communi morte tenebricosum æuũ qui adepti sunt.
AN. Non amplius obtecta cincinnis sparsam
Teneram genam, neq; propter uirginitatem

Sub

Sub genis illitum purpurissum, rubrum
Faciei, pudibunda fero procuratrix mortuorum,
Strophium abijciens à coma mea,
Stolam croceam reijciens deliciarum
Propter processionem mortuorum luctuosam. æ, æ.
Hei me me ô Polynices, respondisti sanè nomini tuo.
Hei mihi Thebæ tua contentio non contentio,
Sed cæde cædes Oedipi domum perdidit,
Perfecta sanguine diro, sanguine tristi.
Quem accentorem,
Aut quam concinnam lamentationē ad lachrymas,
Has lachrymas ô domus domus aduocabo,
Trimà ferens hæc cruenta consanguinea cadauera,
Matrem, & duos filios, ludibria furiæ?
Quæ domum Oedipi funditus perdidit,
Feræ quando male prudentis
Prudens carmen cognouit
Sphingis poëtriæ corpus occidens, eheu pater.
Quæ Græcia aut Barbaria, aut ex priscis
Nobilibus alius passus est mala tot,
Per sanguinē humanū huiusmodi dolores manifestos
Ego misera perinde atq; quædam auis ululat,
Quercus aut abietis summis in frondibus,
Sedens uiduata matre,
Questibus meis per dolores concentrix.
Aelinum lamentationes, quæ istis deploro.

Sola

Sola uero uitam peractura perpetuò,
Semper ſtillantibus lachrymis deflebo.
Quem nam ad primum à crinibus laniatum
Oblationes proijciam matris meæ geminas
Lactis ad mammas?
Aut ad fratrum miſera funera mortuorum?
Ottoti. relinque tuam domum,
Caſſa lumina ferens, ô ſenex pater.
Oſtende ô Oedipe tuã ætatem miſeram. qui in domo
Caliginoſas tenebras oculis tuis inijciens,
Trahis longæuam uitam.
Audis ô per aulam errans,
Senilem pedem in cubilibus infœlicem fouens.
OED. Quid me ô uirgo baculi nixu cæci
Pedis eduxiſti ad lumen,
In lecto decumbentem tenebricoſis ex thalamis,
Miſerabiliſſimis lachrymis,
Canum aëris tanquam ſimulachrum,
Aut mortuum inferum, aut uolatile ſomnium?
AN. Infœlix nuncij dictum feres
O pater, non amplius tibi liberi uident
Lucem: neq; uxor, quæ à baculis
Pedem tuum cæcum obſequijs
Semper cum labore ducebat pater. hei mihi.
OED. Hei me propter meas paßiones.
Adeſt enim ingemiſcere, hæcq; uociferari,

Tres

Tres animæ quo fato,
Quo modo reliquerunt lucem? ô filia, loquere.
AN. Non per exprobrationem, neque per insultationem,
Sed cum dolore dico: tuus malus genius
Gladijs plenus, & incendio, & miseris pugnis
Ad filios iuit tuos, ô pater.
OED. Eheu, æ, æ. AN. Quid hæc ingemiscis?
OED. Liberos. AN. Magis doleres,
Si in quadrijugos currus aspiciens
Solis hæc corpora mortuorum
Oculi fulgoribus tuis considerares.
OED. Meorum quidem filiorum patet exitium.
Sed infœlix uxor, quo mihi ô filia perijt fato?
ANT. Lachrymas miserabiles manifestas omnibus
Liberis mammam afferebat, (edens,
Supplex supplicem sustollens.
Inuenit uero ad Electras portas filios,
Lotoſero in prato hastis
Marte cõmuni mater, tanq̃ leones constabulantes,
Pugnantes per uulnera sanguinis.
Iam uero profusionem frigidam, letalem, quam fortitus erat Pluto,
Præbuit autem Mars.
Aereum autem apprehendens à mortuis (corruit
Gladiũ, intra corpus immisit. dolore uero liberorũ

Digitized by Google

Circa liberos.
Omnes uero in die hoc collegit, ô pater,
Noſtris domibus dolores deus, qui hæc peragit.
CHO. Multorũ malorũ author fuit Oedipi familiæ
Hæc dies, utinam ſit fœlicior uita.
CR. A' luctibus quidem iam deſinite. nam tempus
ſepulturæ
Memoriam facere. ſed hos ô Oedipe ſermones
Audi. imperium huius terræ tradidit mihi
Eteocles tuus filius, nuptiarum dotes tradens
Hæmoni, filiæ q; lectum Antigonæ tuæ.
Non igitur te permittã hanc terrã incolere amplius.
Clarè enim dixit Tireſias, nunquam
Te hanc terram incolente, ſaluam fore ciuitatem.
Quare te hinc defer. Atque hæc non ex contumelia
dico,
Neque inimicus exiſtens tuus: ſed propter malos
genios
Tuos, timens ne quid terra patiatur mali.
OED. O fatum, à principio quàm me produxiſti
miſerum,
Et laborioſum, ſi quis alius hominum exiſtit.
Quem, antequam ad lumen, matris ex genitura, ue-
nirem,
Nondum natum Apollo Laio me prædixit,
Interfectorem fore patris. ô miſerum me.

Poſtquam

Postquam natus sum, iterum qui seminauit pater
Interficit me, existimans hostem infœlicem.
In fatis enim erat, mori ipsum ex me. relegat uero me
Mammam desideranteм feris infœlicem escam.
Vbi seruati sumus. Tartari enim debuerat
Venire Citheron ad profundißimos uoragines,
Qui me non perdidit, sed seruire mihi seruitutem
Deus dedit Polybum circa dominum.
Interficiens uero meum patrem ille infœlix ego,
Ad matris ueni luctuosæ lectum.
Liberos & fratres genui, quos perdidi,
Diras accipiens à Laio, & liberis dans.
Non enim tam imprudens extiti ego,
Vt in meos oculos meorumq; filiorum uitam
Absq; deo aliquo hæc patrarem.
Esto. quid nunc agam infœlix ego?
Quis dux me pedis sequetur cæci?
An illa quæ mortua est? uiuens enim bene scio quod.
Sed beata liberorum compar? sed non est mihi.
Verum adhuc iuueneſcens ego, inueniam uictum?
Vnde? quid me funditus sic interficis ô Creon?
Interficies enim si me patriam extra eijcias.
Non tamen implicans circa tua manus genua,
Timidus uidebor. meam enim priſtinam nobilitatem
Non perdam, neq; quamuis male habeo.

CR. Tibiq; bene dictum est genua nõ attingere mea.
Ego uero habitare te non sinerem terram.
Sed ex cadaueribus bis, alterum quidem in domum conuenit
Iam deportare: alterum uero, qui deuastaturus ciuitatem
Patriam cum alijs uenit, Polynicis cadauer,
Eijcite insepultum, huius terminos extra terræ,
Promulgate uero omnibus Thebanis hæc:
Qui cadauer hoc aut coronans deprehensus fuerit,
Aut terra operiens, mortis pœnam uicißim habebit,
Mittendus uero est indefletus, insepultus, auib. esca.
Tu uero omittens trigeminorum funerum luctus,
Defer te ipsa ô Antigone domum intra,
Et in parthenone mane aduenientem diem
Expectans, in qua te connubium Hæmonis manet.
AN. O pater, in quibus siti sumus miseris malis?
Quàm te deploro, quàm mortuos, plus.
Non enim hoc quidem tibi graue malorum, illud uero leue.
Sed ad omnia infœlix es, ô pater.
Sed te interrogo recentem dominum,
Cur hunc contumelia afficis, patrẽ relegãs à patria?
Quid leges statuis in miserum cadauer hoc?
CR. Et eo clis scita, non nostra hæc.
AN. Imperita sanè, & tu stultus qui morẽ geris istis.

CR.

Digitized by Google

CR. Quomodo, ea quæ præcepta sunt, non iustum est efficere? «

AN. Non, si & mala fuerint, & perperam pronunciata. « «

CR. Cur uero non iuste hic canibus dabitur?

AN. Non legitimam enim pœnam exigitis ab eo.

CR. Etiam si patriæ hostis fuerit, nõ hostis existens?

AN. An non permisit fortunæ suum dæmonem?

CR. Etiam sepulturæ nunc pœnam det.

AN. Quid peccans, partem si repetiuit terræ?

CR. Insepultus hic uir, ut scias, erit.

AN. Ego ipsum sepeliam. etiam si interdixerit ciuitas.

CR. Teipsam prope hunc sepelies mortuum.

AN. Sed enim glorioſum est, duos amicos iacere prope. «

CR. Comprehendite hanc, & in domum deferte.

AN. Minime. nam hoc non dimittam cadauer.

CR. Dijudicauit ipse deus ô uirgo, non quæ tibi uidentur.

AN. Et illud legitimum est, non uiolare mortuos. «

CR. Vt nullus circa hunc recentem ponat puluerẽ.

AN. Certe te oro per hãc matrem Iocastẽ, ô Creon.

CR. Incassum laboras, non enim assequêris hæc.

AN. Verum tu cadaueri lauacra circumponere me sine.

CR. Vnũ hoc concedatur, ex ijs quæ interdicta sunt ciuitati.

AN. Quinetiam circa uulnera dura fascias ponere.

CR. Non est ut tu hunc honore afficias mortuum.

AN. O carissime, sed saltem os tuum adplicabo ori.

CR. Ne ad nuptias tuas calamitatem compares luctus.

AN. An ne nubam uiua filio tuo unquam?

CR. Ingens tibi est necessitas. quò enim effugies matrimonium?

AN. Nox utique illa ex Danaidis me habitura est una.

CR. Audisti facimus quale exprobrarit?

AN. Sciat ferrum, & per quem iuro gladius.

CR. Cur uero expetis ab hisce libera esse nuptijs?

AN. Exulabo unà cum hoc miserrimo patre.

CR. Generositas tibi inest, sed tamẽ et stultitia quædam inest.

AN. Et commoriar etiam, ut amplius scias.

CR. Abi, non occides filium meum, relinque terrã.

OED. O filia, laudo te quidem propter fortitudinẽ.

AN. Verum si nuberẽ, tu uero solus exulares pater?

OED. Mane beata, mea ego amplectar mala.

AN. Et quis te cæcum existentem fouebit pater?

OED. Cadens ubi mihi fatum, iacebo in terra.

AN. Sed Oedipus ubi, & inclyta ænigmata?

OED.

Digitized by Google

OED. Perijt. una dies me beauit, una quoque perdidit. (rũ malorum? ἐν ἡμέρᾳ μ' ὤλβισεν, ἐν δ' ἀπώλεσεν.

AN. Nõ igitur participẽ esse oportet me quoq; tuorũ malorum?

OED. Turpe est exilium filiæ cum cæco patre.

AN. Non sapienti ut iq;, sed tamẽ generosæ, ô pater.

OED. Adduc nunc me, matrem ut attrectem tuam.

AN. Ecce anum carissimam tractato manu.

OED. O mater, ô uxor miserrima. (la.

AN. Miserabiliter tacet, omnia cõplectens simul ma

OED. Eteoclis uero cadauer, Polynicisq; ubi?

AN. Hi porrectim tibi iacent, se mutuo prope.

OED. Adde cæcam manum super uultus miseros.

AN. Ecce mortuos tuos liberos tractato manu.

OED. O cara cadauera, misera miseri patris.

AN. O carissimum utiq; nomen Polynicis mihi.

OED. Nunc oraculum, ô filia, Apollinis perficitur.

AN. Quale? num ad mala dices mala?

OED. Athenis moriendum mihi errãti.

AN. Vbi? quæ te turris Atticæ regionis excipiet?

OED. Sacer colonus, ædes equestris dei.
Sed age, cæco boc inseruto patri,
Quoniam expetis particeps fieri huius exilij,
Ito ad exilium miserum, porrige manum caram.

AN. O pater senex, ducem
Habens me, uelut nauis ductorem auram.

OED. Ecce eo filia, tu mea dux misera sis.

Digitized by Google

AN. Sumus ſumus miſeræ utiq;,
Scilicet ex Thebanis maxime uirgines nunc.
OED. Vbi ſenile ueſtigium ponam?
Baculum porrige ô filia.
AN. Huc huc eas mihi, huc huc
Pedem pone, inſtar ſomnij robur habens.
OED. Eheu miſerrimi exilij,
Expellens ſenem me ex patria.
Io io, dira dira ego patiens.
AN. Quid pateris? quid pateris? Non reſpicit iuſtitia miſeros,
Neq; permutat mortalium ſtultitias.
OED. Hic ego ſum, muſam qui ad
Victricem cœleſtemq; ueni,
Virginis puellæ ænigma obſcurum comminiſcens.
AN. Sphingis in memoriam reducis gloriam?
Deſine priſtinas fœlicitates iactans.
Has uero ſuſtine, miſeras ærumnas,
Exulem à patria te factum.
O pater, ut moriar alicubi, deſiderabiles lachrymas
Charis uirginibus relinquens abeo,
Procul à patria terra,
Non uirginum more errans.
OED. Papæ prudentiam animi.
AN. Ad patris calamitates glorioſam me reddet.
Miſera ego ſum fratris etiam propter contumelias,

Quod

Quod è familia cadauer insepultum perit, miser.
Quem, etsi me mori ô pater oporteat,
Obscura terra obtegam.
OED. *Ad æquales eas tuas.*
AN. *Satis habens luctuum meorum?*
OED. *Atqui tu iuxta aras preces.*
AN. *Satietates habent meorum malorum.*
OED. *Abi uero ubi Bacchicum templum*
Inaccessum est, in montibus Semeles.
AN. *Thebanam eheu nebrida*
Induta olim ego,
Semeles tripudium sacrum per montes saltaui,
Gratiam ingratam in deos exhibens.
OED. *O patriæ incliti ciues,*
Videtis, Oedipus ille,
Qui inclyta illa ænigmata cognouit, & maximus fuit uir,
Qui solus Sphingis deuici sanguinariæ uires.
Sed nūc ignominia affectus, miserabilis maxime, expellor à terra.
Sed quid hæc defleo, & frustra lamentor?
Quæ enim ex dijs ueniunt necessitates, mortalē existentem oportet ferre. (pes,
CHO. *O mirifice uenerabilis uictoria, uitā meā occu*
Neq; desinas à coronando me.

PHOENISSARVM FINIS.

Digitized by Google

EVRIPIDIS
Medea.

ARGVMENTVM.

IAson Corinthum ueniens, cùm adduceret etiam Medeam, fide data Creontis Corinthiorum regis filiam Glaucem in uxorem ducit. Medea autem cum in exilium pelleretur à Creonte è regione Corinthi, deprecata ad unum diem manere, & adepta, mercedē officij mittit Glaucæ munera per liberos, uestem & auream coronam. quibus illa utens, perit. Quin Creon quoq; inhærens filiæ perit. Medea uero cum interfecisset suos liberos, supra currum draconum alatorum, quem à sole accepit, sublata existens, transfugit Athenas, & illic Aegeo Pandionis filio nubit. Pherecides uero & Simonides tradunt, quod Medea recocto Iasone, iuuenem fecerit. Porro de patre ipsius Aesone, is qui Reditus scripsit, ita ait:

Protinus uero Aesonem fecit pulchrū adolescentem
pubescentem,
Senium destringens prudente animo,
Pharmaca multa coquens aureis lebetibus.

Aeschylus uero tradit in Nutricibus Bacchi, quod etiam nutrices Bacchi cum ipsarum maritis recoquens, iuuenes fecerit. Staphilus autem, Iasonē ait

Digitized by Google

dit quodãmodo à Medea ſublatum. ipſam enim iuſſiſſe eum dormire ſub puppi Argonis nauis, iamiam naue ruitura propter uetuſtatem temporis. irruente igitur puppi in Iaſonem, mortuum eſſe.

ALIVD, ARISTOPHAnis Grammatici.

Medea propter erga Iaſonem inimicitiam, quod ille uxorem duxiſſet Glaucem Creontis filiam, interfecit quidem Glaucem & Creontem, & proprios filios. Seceßit uero ab Iaſone, cohabitans cũ Aegeo.

Hæc fabula tractatur à neutro. Scena quidem huius fabulæ tractatur Corinthi. Chorus autem conſtat ex mulieribus indigenis. acta eſt ſub Pythiodoro præſide, octuageſima ſeptima Olympiade. primus Euphorion, ſecundus Sophocles, tertius Euripides. Medea, Philoctetes, Dictes, Meſſores, Satyrus, non extant.

PERSONAE.

Nutrix Medeæ	Creon
Pædagogus	Iaſon
Medea	Aegeus
Chorus mulierum	Nuncius
	Filij Medeæ.

Digitized by Google

NVTRIX PRAEFATVR.



Vtinam Argonis non peruolasset nauis
Colchorum ad terram, cyaneas Symplegadas,
Neque in saltibus Pelij cecidisset unquam
Abscissa pinus, neq; armasset remis manus
Virorum optimorum, qui inauratam pellem
Mittente Peleo petierunt. Non enim hera mea
Medea, ad turres terræ nauigasset Iolcicæ,
Amore animum perculsa Iasonis.
Neq; trucidare persuadens Peliadas puellas
Patrem, habitaret hanc terram Corinthiacam,
Cum marito & filijs. contenta quidem
Exilio ciuium, ad quorum peruenit terram,
Ipsáq; per omnia commodans Iasoni:
» Quæ utiq; maxima existit salus,
» Cum uxor cum uiro non dissidet.
Nunc uero hostilia omnia, & laborant res inuicem carissimæ.
Cum prodidit enim suos ipsius liberos, heramq; meã
Nuptijs Iason regijs sopitur,
Ducta filia Creontis, qui imperat terræ.
Medea uero infœlix ignominia affecta,
Inclamat quidem fœdera, inclamat dextras,

Fidem

Fidem maximam & deos obtestatur,
Qualem uicissitudinem beneficiorum ex Iasone adipiscatur.
Iacet uero ieiuna, corpus concedens doloribus,
Omni liquefiens lachrymis tempore,
Ex quo à uiro sensit iniuria affecta,
Neq; oculos sustollens, neq; summouens à terra
Vultum. imo ut cautes, aut marinus
Fluctus, auscultat, admonita ab amicis.
Nisi aliquando conuertens albam ceruicem,
Ipsa secum patrem deplorat carum,
Et terram, & domos, ad quas perdens peruenit
Cum marito, qui se nunc ignominia afficit.
Didicit uero misera calamitatem per
Quale sit bonum, à patria non abesse terra.
Odit liberos, neq; cernens exhilaratur.
Metui ipsam, ne quid statuat nouum.
Grauis enim animus. neq; sustinebit afflicta
Existens. ego illam noui. metuo uero ipsam,
Ne acutum tendat gladium per epar,
Tacitè domos ingressa, ubi stratus est lectus.
Aut etiã ex regibus illũ qui uxorẽ duxit interficiat,
Et deinde maiorem calamitatẽ accipiat aliquam.
Vehemens est enim. nequaquam facile congressus
In inimicitiam quispiam cum illa, palmam auferet.
Sed hi liberi à cursu cessantes,

Accedunt,

Digitized by Google

Accedunt, matris expertes
» Malorum. Iuuenis enim cura non dolere assolet.
PAED. Antiquum domus ô mancipiũ heræ meæ,
Quid ad portus hanc agens solitudinem
Constitisti, ipsa murmurãs tecum nescio quæ mala?
Quî à te sola Medea relinqui uult?
NV. Liberorum ô assecla senex Iasonis,
» Probis seruis calamitas sunt res dominorum
» Male cadentes, animumq; discruciant.
Ego enim ad hoc deueni doloris,
Vt desiderium mihi sit terræ & cælo
Dicere, profectæ huc Medeæ calamitates.
PAE. Nondum enim misera cessat à luctu?
NV. Admiror te. in principio damnum est, neque
dum in medio consistit.
PAE. O fatua. an oportet heris dicere hoc?
Quoniam nihil nouit recentiorum malorum.
NV. Quid uero est, mi senex? ne inuideas dicere.
PAE. Nihil est, pœnituit me etiam ante dictorum.
NV. Ne per barbam quæso cela conseruam tuam.
Silentium enim habebo hisce de rebus, si necesse est.
PAE. Audiui quodam dicente, non uisus audire,
Ludos talorum accedens, ubi antiquissimi
Sedent, sanctam circa Pirenes aquam,
Quod hos filios terra relegare Corinthiaca
Vnà cum matre uelit huiusce dominus terræ

Creon.

Digitized by Google

Creon. hic rumor an certus sit,
Haud noui, uellem utiq; non esse hoc.
NV. Et hæc Iason filios sustinebit
Pati, tametsi cum matre dissidium habet?
PAE. Antiquæ nouis cedunt affinitatibus.
Neq; est ille amicus huic familiæ.
NV. Occidimus utiq;, si nouum malum ferimus
Ad uetus, antequam hoc exhaustum sit.
PAED. Verum tu (nondum enim tempestiuum est scire hæc
Heram) quiesce, & sermones obtice.
NV. O filij, auditis qualis in uos pater.
Pereat tamen non. herus enim est meus:
Tamen perfidus esse in amicos deprehenditur.
PAE. Quis uero non mortaliũ iam cognoscit istud,
Quod quisq; seipsum quàm proximũ magis diligit?
Hi quidem iuste, alij etiam lucri gratia.
Quid mirum est, si connubij gratia non diligit hoſce pater?
NV. Ite, bene enim erunt, domum intro liberi.
Tuq; quàm diligentissime hos in solitudine contine,
Neq; adducito ad matrem male afflictam.
Iam enim uidi oculis ipsam toruam,
Hisce tanquam aliquid facturam. neq; desistet
Ab ira, bene noui, antequam damno afficiat aliquẽ.

Vtinam

Vtinam hostibus, non amicis faciat aliquid.
MED. Infœlix ego, miseráq; propter labores.
Io mi mi, quomodo peream?
NVN. Hoc illud est cari liberi, mater
Excitat cor, stimulat uero iram.
Festinate citius intra domum,
Et ne appropinquaueritis ad conspectum,
Neq; accesseritis, sed deuitetis
Ingenium sœuum, immanem naturam
Animi peruicacis.
Ite nunc, concedite ocius intro.
Indicat & ab initio sublata
Nubes plorationis, quod mox arsura sit
» Maiori furore. Quid nam aget
» Iracunda, irrequieta
» Anima, irritata miserijs?
MED. Ae, æ. passa sum infœlix, passa sum magnorũ
Digna quæstuum. ô scelerati
Filij, pereatis à sœua matre,
Cum patre, & tota domus pereat.
NV. Io mi mi, io misera.
Quid uero tibi filij patris criminis
Participes sunt? cur hos odio habes? heu
Liberi, quàm ne quid patiamini, misere timeo.
» Vehementes sunt potentiorũ animi, & aliquo modo
» Leui momento incipientes, subinde imualescentes,

Difficulter

Difficulter iras deponunt. ¶¶
Asueſci uero uiuere in mediocritate, ¶¶
Potius mihi utiq;, niſi ſplendidè ¶¶
Tutoq; detur conſeneſcere. ¶¶
Mediocritatis enim primum quidem dictu ¶¶
Nomen excellit, uti & longe ¶¶
Vtiliſsimum mortalibus. ſed potentiora ¶¶
Breui momento ualent mortalibus. ¶¶
Maiores quin calamitates, cum iratus fuerit ¶¶
Deus, domibus exhibet. ¶¶
CHO. Audiui uocem, audiui uociferationem
Iſtius infœlicis Colchidis.
Nondum placata eſt, ſed ô anus
Dic. ad biſores enim ueſtibuli intus
Aedium uociferationem audiui,
Neq; collætor ô mulier
Doloribus domus huius,
Nam quæ non placent, perfecta ſunt.
NV. Non ſunt domus caſſa hæc iam domicilia.
Hic enim habet domum tyrannorum,
Ipſa autem in thalamis conſumit uitam
Hera, amicorum nullius quicquam
Mollitur animo ſermonibus.
ME. Ae, æ, per meum caput flamma cœleſtis
Eat. quid enim mihi uiuere amplius utile eſt?
Heu heu. utinam moriar,

Vitam odiosam relinquens.
CHO. Audiui ô Iupiter, & Tellus, & lux,
Clamorem, qualem infœlix edit nympha.
Quis nam tibi inexplebilis
Coniugij amor, ô stulta,
Accelerabit mortis finem?
Ne hoc precare.
Quod si tuus maritus
Nouos lectos sequitur,
Illi hoc non imputa.
Iupiter tibi hæc ulciscetur.
Ne nimium tabescas,
Conquerens tuum maritum.
ME. O magna Themi, & ueneranda Diana,
Cernitis quæ patiar, magnis iuramentis
Quæ illigaui scelestum
Maritum? quem ego, & sponsam uideam
Cum ipsa regia pereuntes,
Quod me ante ausi sunt iniuria afficere.
O mi pater, ô ciuitas, à quibus migraui
Turpiter, meum interficiens fratrem.
NV. Auditis quæ dicat, & implorat (qui fœderũ
Themin, quæ uotis & precibus adhibetur, & Iouẽ
Inter mortales custos rite existit?
Non est ut in parua quadam re
Hera iracundiam deponat.

CHO.

CHO. Quomodo in conſpectum noſtrum
Venire queat, ſermonumq; dictorum
Accipiat uocem,
Si quo modo grauem iram
Et eſtus animorum deponat.
NV. Ne mea alacritas
Amicis deſit.
CHO. Sed iens ipſam huc ducito domum
Extra, ô amica, & hæc loquere.
Feſtina, priusquã aliquo malo afficiat eos qui intus ſunt.
Luctus enim ualde hic excitatur.
NV. Faciam hæc. ſed metus eſt, ne perſuadeam
Heram meam.
Sed propter laborem officium hoc impertiam.
Quamuis fœtæ niſu leænæ
Efferatur ancillis, cum aliqua
Sermonem afferens propè acceſſerit.
Ineptos ſi dixeris, nec ulla ex parte prudentes
Maiores homines, non errares,
Quod quidem hymnos ad celebritates
Et ad compotationes, & circa epulas
Inuenerunt, uitæ iucunda oblectamina.
Stygias uero mortalium nullus triſtitias
Inuenit muſica, & multichordis
Canticis ſedare, ex quibus mortes,
Graues q; fortunæ ſubuertunt domos.

» *Atqui has quidem utilitas mederi*
» *Canticis mortales. ubi uero lauta*
» *Conuiuia, quid frustra intendunt uocem?*
» *Præsens enim habet oblectationem à sese,*
» *Conuiuij frequentia hominibus.*
CHO. Clamorem audiui luctuosum luctum.
Laboriosa uero clamat stridule suos dolores,
Coniugij proditorem, malum sponsum.
Implorat porro, iniusta passa,
Illam filiam Iouis, quæ fœderibus præest, Themin,
Quæ ipsam traduxit
Ad Græciam oppositam,
Per mare nocturnum
Supra salsum Ponti
Fluctum immensum.
ME. Corinthiæ mulieres, egressa sum domo,
» *Ne quid me incusetis. Noui enim plerosq; mortaliũ.*
» *Morosos esse: hos quidem absentia,*
» *Illos frequenti præsentia, alios uero à quieto pede.*
» *Infamiam pepererunt & ignauiam.*
» *Iustitia enim non ineſt in oculis hominum.*
» *Quicunq; antequã hominis mores perdiscat probe,*
» *Odit ubi primum uidit, nihil læsus.*
» *Conuenit uero peregrinum sæpe accedere ad ciues,*
» *Neq; ciuem laudo, quicunq; peruicax cum sit,*
» *Acerbus est ciuibus propter inscitiam.*

Mihi

Digitized by Google

Mihi uero inſperatus caſus accidens iſte
Perdidit uitam. Abeo uero, & uitæ
Gratiam dimittens, mori cupio, ô amicæ.
In quo enim licebat mihi omnia probe cognoſcere,
Peßimus uirorum euaſit, meus ille maritus.
Omnium uero quæ prædita ſunt anima, et rationem habent, ¶
Mulieres ſumus miſerrima creatura. ¶
Quas primũ quidem oportet diuitiarũ excellentijs ¶
Maritum emere, & dominum corporis ¶
Accipere. malo enim hoc adhuc triſtius malum. ¶
Et hac in re periculum ſummum eſt, aut malum adipiſci, ¶
Aut bonum. Non enim honeſta diuortia ¶
Mulieribus, neq; licet repudiare maritum. ¶
Ad nouos uero mores, & leges eam quæ peruenerit, ¶
Oportet uatem eſſe, quæ non didicerit domi, ¶
Qua re maxime utatur marito. ¶
Etſi quidem nobis ſatagentibus bene ¶
Maritus cohabitauerit, non inuitus ferens iugũm, ¶
Beata uita: ſin ſecus, moriendum eſt. ¶
Vir uero quando moleſtiam concepit, conuerſans ¶
cum domeſticis,
Foras progreſſus moleſtiam animi ſedat, ¶
Aut ad quendam amicorum, aut ad æqualem ſe conferens. ¶

Digitized by Google

» Nobis uero necesse est ad unam animam respicere.
Dicunt uero nos quod non periculosam uitam
Viuamus domi, ipsi uero pugnent hasta:
» Male sentientes. Quòd ter utiq; apud scutum
» Stare mallem, quàm parêre semel.
» Sed enim non eadem oratio ad me & te peruenit.
Tibi quidem ciuitasq; hæc est, patrisq; domus,
Victusq; facultas, & consuetudo amicorum.
Ego contrà desolata, patria carens, iniuriosè tractor
A uiro, ex terra barbara præda abacta.
Non matrem, nec fratrem, nec cognatum,
Ad quem me conferam, habens, ex hac calamitate.
Tantum itaq; tua opera uti uellem,
Si mihi aditus aliquis, machinaq; inueniretur,
Maritum iure ulciſci pro istis malis,
Et illum qui dedit ei filiam, & eam quæ nupsit,
» Tacere. Mulier enim aliàs quidem metus plena,
» Ignaua autem ad pugnam, ferrumq; aspicere.
» Quando uero in matrimonio iniuria affecta fuerit,
» Non est alia mens truculentior.
CHO. Faciam hæc. Iure enim uleiſceris maritum
Medea. dolere uerò te non admiror tuam fortunam.
Sed cerno Creontem huius Regem terræ,
Accedentem, nouorum nuncium consiliorum.
CR. Te tetricam & marito iratam

Medeam

Medeam iubeo ire extra hanc terram,
Exulem, sumentem geminos unà tecum liberos.
Et non cunctari. nam ego auctor edicti
Huius sum: & non reuertar domum iterum,
Priusquam te terræ terminos extra eijciam.
ME. *Ah ah, tota perdita, ego misera pereo.*
Inimici enim expediunt omnem nunc rudentem.
Neq; datur noxæ facilis euasio.
Interrogabo uero, quamuis afflicta male simul,
Cuius rei gratia me à terra amandes, ô Creon.
CR. *Metuo te, non conuenit obtegere sermones,*
Ne mihi quid facias filiæ immedicabile malum.
Conueniunt uero multa huic timori.
Sapiens es, & perita multorum malorum.
Doles præterea, priuata coniugio uiri.
Audio porro minari te, ut annunciant, mihi
Elocanti, & ducenti, & nubenti,
Facturam aliquid. hæc itaq; anteq̃ accidant, cauebo.
Potius uero mihi nunc tecum diſsidere, ô mulier,
Quàm emollitum, poſtea ualde dolere.
ME. *Heu, heu.*
Non nunc ecce primum, sed sæpe Creon
Læsit exiſtimatio, magnaq; patrauit mala.
Oportet autem nequaquam, qui cordatus fuerit uir,
Liberos excellenter elocare, ut perdiſcant ſapientiã.
Præter enim aliã ignauiam qua præditi sunt,

» *Inuidiam à ciuibus inueniunt hostilem.*
» *Indoctis etenim noua proferens scita*
» *Videberis inutilis, & non sapiens esse.*
» *Contrà ijs qui uidentur scire aliquid uarium,*
» *Præstantior existimatus in ciuitate, molestus uideberis.*
Ego uero ipsa huius particeps sum fortunæ.
» *Sapiens enim cum sim, alijs sum inuidiæ obnoxia,*
» *Alijs quieta, alijs porro nescio cuius moris.*
» *Alijs etiam aduena. sum autem non nimis docta.*
Tu uero metuis me, ne quid perperam facias.
Non ita res meæ se habent, ne metuas nos ô Creon,
Adeò ut in potentiores uiros aliquid peccem.
Tu enim quid me læsisti? elocasti filiam,
Cui te animus iussit. sed meum maritum
Odi. tu uero, quod existimo, bene sapiens fecisti hæc.
Et nunc res quidem tuas non inuideo bene habere.
Contrahite nuptias, bene sit uobis, hanc saltem terrã
» *Sinite me colere. Etenim iniuria affecti*
» *Tacebimus, tanquam à potentioribus uicti.*
CRE. *Dicis auditu mollia, sed intra animum*
Metuo mihi, ne quod consultes malum.
Tanto minus quàm antea fidem habeo. (do uir,
» *Mulier enim statim excandescens, sicq; simili mo-*
» *Facilius cauetur, quàm taciturnus sapiens.*
Sed egredere celerrimè, ne uerba fac.

Nam

Nam hæc constituta sunt, neq; habes artem ut
Maneas apud nos, cum mihi sis aduersa.
ME. *Ne, per genua te quæso, & per hanc nouam*
nuptam.
CRE. *Verba insumis, non persuadebis unquam.*
ME. *Verum pellis me, neq; reuereberis preces?*
CRE. *Amo enim te non magis, quàm meus domus.*
ME. *O patria, quàm tui ualde nunc memoriã habeo.*
CR. *Exceptis liberis, mihi charissima longe res est.*
ME. *Heu heu, mortalibus amores quàm ingẽs malũ.* «e
CRE. *Perinde existimo utique, ut sese exhibuerint* «e
fortunæ.
ME. *O Iupiter, ne lateat te, horum qui author ma-*
lorum.
CRE. *Abi ô fatua, & libera me laboribus.*
ME. *Laboramus nos, & non laborum aliorum opus*
habemus.
CRE. *Mox pellêris ui à manu ministrorum.*
ME. *Ne scilicet hoc, sed te precor ô Creon.*
CR. *Turbam faceſſes, ut appares, ô mulier.*
ME. *Fugiemus, non hoc orani assequi à te.*
CR. *Quid igitur uiolenter resistis, neq; discedis à*
terra?
ME. *Vnam me manere hanc sine diem,*
Et conficere curam, qua fugiamus,
Liberisq; uiaticum meis. nam pater

Nihil procurat subuenire filijs.
Miserere illos. nam & tu pater liberorum
Es. par est benevolum esse. (mus:
Quod ad me attinet, non mihi cura est quod exula-
Illos autem deploro, calamitati obnoxios.
CR. Minime animus meus exist it tyrannicus.
Sed per verecundiam multa iam perperam egi.
Et nunc manifeste quidem peeco mulier.
Attamen assequeris hoc. prædico autem tibi,
Si te consequens lampas uidebit Dei,
Et liberos intra huius fines terræ,
Morieris. Dictus est sermo hic, non falsus.
Sed nunc si manendum est, mane ad unam diem.
Non enim aliquid facere poteris graue, eorum quo-
rum me metus habet.
CHO. Misera mulier,
Heu heu, infœlix, propter tuos dolores,
Quo nam te uertes? quod hospitium,
Aut domum, aut terram seruatricem malorum
Inuenies?
Nam in difficilem te tempestatem Deus
Medea malorum traduxit.
ME. Male actum est ubiq;, quis neget?
Sed nequaquam hæc hac uia, ne existimetis quæso.
Adhuc supersunt certamina recentibus sponsis,
Et ijs qui affinitatem contraxerũt nõ parui laboret.

Existimas

Existimas enim me hunc blandis uerbis alloquutam
esse,
Nisi quid lucrarer, aut machinarer?
Non dignata essem alloquio, neq; attigissem manib.
Hic uero ad tantum stultitiæ deuenit,
Vt cum licuisset sibi subuertere consilia mea,
Ex terra eijcienti, hanc permisit diem
Manere me: in qua tria meorum inimicorum funera
Faciam, patremq; & puellam, maritumq; meum.
Multas uero callens letales ipsis uias,
Haud noui qua uia primò aggrediar, ô amicæ.
Vtrum succendam domum nuptialem igne,
Aut acutum pellam gladium per epar,
Clam domos ingressa, ubi thorus stratus est.
Sed unũ quiddã mihi impedimẽto est, si deprehẽdar
Domos ingressa, & fraudem moliens,
Morte plectar, faciam meis inimicis risum.
Optimum est, recta uia, qua sumus
Callidæ maxime, ueneficijs ipsos interficere.
Esto, & iam mortui sunt. quæ me excipiet ciuitas?
Quis terram asylam, & hospitium bonæ fidei
Hospes exhibens, liberabit meum corpus?
Non est qs q̃. manens itaq; adhuc pauxillũ temporis,
Si quæ turris nobis tuta apparuerit,
Dolo accedam hanc & tacitè cædem.
Si uero expulerit me grauior calamitas,

Ipsa

Ipſa gladium accipiens, & ſi mihi moriendum ſit,
Interficiam ipſos. uenio uero audaciam ad ſummã.
Non enim per heram, quam ego colo
Maximè omnium, & coadiutricem elegi,
Hecaten, in penetralibus habitantem lararij mei,
Gaudens quis eorum, meum lædet cor:
Acerbas uero ego ipſis & triſtes efficiam nuptias,
Triſtem affinitatem, & exilium meum ex hac terra.
Sed eia, parce nihil illorum quæ ſcis,
Medea, excogitans conſilia, & machinans.
Abi in ipſam acrimoniam, nunc certamen promptitudinis animi.
Cernis quæ tibi eueniant? non te riſui oportet eſſe
Corinthijs, & Iaſonis nuptijs:
Te natam à ſorti patre, & à Sole.
» Scis uero præterea nos ſumus
» Mulieres ad bona quidem ineptiſſimæ,
» Malorum uero omnium effectrices ſapientiſſimæ.
CHO. Surſum fluminum ſacrorum
Feruntur fontes.
Et iuſtitia, & omnia retro uertuntur.
Viris quidem, doloſa conſilia. Deorum
Vero non amplius fides congruit.
Meam uero bonam famam habere uitam,
Conuertunt famæ.
Peruenit honor

Muliebri

Fulcbri generi.
Nec amplius ignominiosa
Fama mulieres habebit.
Poëmata uerò priscorum
Desinent poëtarum
Meam infamare perfidiam.
Non enim pro nostra sententia lyræ
Præbuit diuinam poëticam
Phœbus dux carminum. Nam contra
Cecinissent hymnum
Masculorum stirpi.
Longa uero ætas posset
Multis quidem nostram
Virorumq; partem dicere.
Tu uero ex domo patria nauigasti
Furenti animo gemi-
Nas penetrans ponti
Petras. in peregrina uero
Habitas terra, uiri carentis
Coniugij amittens lectum
Misera. exul è regione ignominiosa pellêris.
Periit iuramentorum gratia. non amplius pudor
Græciæ magnæ manet.
In ætherem uero subuolauit.
Tibi uero neq; paternæ domus,
O misera, ut te recipias

E' labo-

E' laboribus, ab hiſce lectis.
Verum Regina præſtantior domum occupauit.
IA. Non nunc uidi primum, ſed ſæpius
» Aſperam iram, tanquam immedicabile malum.
Tibi enim cũ licuiſſet terrã hãc & domos incolere,
Leuiter ferenti potiorum conſilia,
Sermones uanos propter expelleris é terra.
Et mihi quidem pro nihilo habetur, ne ceſſes tandẽ,
Dicens, Iaſon quod peßimus uir ſit.
» Sed quæ in principes tibi dicta ſunt,
» Omne lucrum exiſtimato, multata exilio.
Atq; equidem ſemper Regum indignantium
Iras mitigaui, & te uolui manere.
Tu uero non remittis ſtultitiam, obloquens ſemper
Male tyrannis. inde enim eijceris ex terra.
Attamen exinde non inofficioſus erga amicos
Adſum, tuas partes proſpiciens ô mulier,
Vt non egena cum liberis eijciaris,
» Neq; indigens alicuius. Multa ducit exilium
» Mala unà ſecum. Etenim ſi tu me odiſti,
Non queam tibi male cupere unquam.
ME. O peßime omniũ. hoc enim in te dicere poſſum
Lingua, maximũ propter meã imbecillitatem malũ.
Veniſti ad nos. ueniſti, inuiſiſſimus factus
Dijsq; & mihi, omniq; hominum generi?
» Nequaquam fortitudo hoc eſt, neq; audacia,

Amicis

Amicis qui malefecerit, in conſpectum uenire: ¶¶
Sed impudẽtia, maximũ eorũ quæ ſunt inter homines ¶¶
Vitiorum omnium. Sed bene feciſti, quod ueneris. ¶¶
Ego etenim dicens leuabo
Animum male tibi, & tu triſtaberis audiens.
A' primis uero beneficijs primùm incipiam loqui.
Seruaui te, ut ſciunt Græcorum quotquot
Eandem conſcenderunt Argiuam nauem,
Miſſum taurorum ignem efflantium domitorem
Iugis, & ſeminantem letale aruum,
Draconemq́, qui inauratam obſeruans pellem
Spinis obſeruauit multiplicibus, in ſomnis exiſtens,
Interficiens, exhibui tibi lucem ſalutarem.
Ipſa uero patrem meum, & regiam meam deſerens,
Peliacam Iolcum deueni,
Tecum, amore magis ducta, quàm ſapientior. (ri,
Peliã etiã interfeci, quemadmodũ triſtiſſimũ fuit mo
A' filiabus ſuis. omnẽ in ſumma dempſi tibi metum.
Atq; hæc à nobis, ô peſſime uirorum, paſſus,
Prodidiſti nos: noua uero comparaſti connubia,
Idq; natis liberis. Si enim fuiſſes hactenus liberis
carens,
Venia tibi danda fuiſſet, amplecti hoc connubium.
Fœderum uero perijt fides. neq; ſcire queo,
An Deos exiſtimas, qui tunc, erant amplius non eſſe
in imperio,

Aut

Aut noua iura diuina rogata esse in præsens homi-
nibus.
Quoniam conscius es, quod periturus es in me.
Hem dextram manum, quam tu sæpe prehensabas:
Et genua, ut frustra tractatæ sumus
Malo à uiro, & spebus frustratæ sumus.
Age. tanquam enim cum amico colloquar,
Fingens aliquid à te habituram bene,
Tamen: interrogatus enim turpior uideberis.
Nunc quò me uertam? utrum ad patris domum,
Quam tibi prodidi, & patriam ueniam?
Aut ad miseras Peliadas, pulchre itaq;
Reciperent me in ædes, quarum patrem interfeci.
Sic enim se habet. ijs quidem qui ex consanguinitate
amici erant,
Inimica reddita sum: quibus uero me non oporte-
bat male
Facere, tibi gratum faciens, inimicos habeo.
Scilicet me præter cæteras beatam Græcanicas
Reddidisti pro istis. laudabilem porro te
Habeo maritum, & fidelem, misera ego.
Si exulabo terram eiecta,
Amicis carens, cum liberis sola solis,
Egregia laus erit nouo sponso,
Mendicos errare liberos, & me quæ seruaui te.
O Iupiter, quid nã de auro, quod nã adulterinũ sit,

Indicia

Iudicia hominibus præbuisti manifesta: ‹‹
Virorũ autẽ, quo cõueniat malũ exploratũ habere, ‹‹
Nullus character insitus est corpori. ‹‹
CHO. Grauis quædam ira & immedicabilis exiſtit, ‹‹
Quando amici cum amicis congressi fuerint con- ‹‹
tentione.
IA. Oportet me, ut apparet, nõ malum esse dicendo: ‹‹
Verum ueluti prudentem, gubernatorem, ‹‹
Summis fimbrijs ueli effugere ‹‹
Tuam petulantem, ô mulier, garrulitatem. ‹‹
Equidem quoniam ualde accumulus beneficium,
Venerem existimo meæ nauigationis
Saluatricem esse deorumq; & hominum solam.
Tibi uero est quidem mens subtilis, sed inuidiosus
Sermo, ad confitendum quod amor te coegit,
Ex laboribus ineuitabilibus meum seruare corpus.
Sed non diligenter ista prosequar nimium.
Nam quatenus me adiuuasti, non male se habet.
Maiora utiq; mea salute
Accepisti, quàm contulisti, ut ego dicam.
Primum quidem Græciam pro Barbara terra
Terram incolis, & iustitiam nouisti,
Legibusq; uti non pro uirium arbitrio.
Omnes uero senserunt te Græci sapientem,
Et gloriam adepta es. Si uero in extremis terræ
Terminis habitares, non esset respectus tui.

» Fuerit uero mihi neq; auium domi,
» Neq; Orpheo pulchrius cantare carmen,
» Nisi clara fortuna contingat mihi.
Tantum quidem tibi de meis periculis
Dixerim. certamen enim tu proposuisti uerborum.
Quæ uero mihi ad nuptias regias obiecisti,
Consequenter ostendam. primo quidem, quod sapiẽs
fuerim,
Deinde modestus, posthæc tibi magnus amicus,
Et liberis meis. sed te contine quietè.
Ex quo migraui huc ex terra Iolcica,
Multas attrahens calamitates inexplicabiles,
Quod nam hoc inuentum inuenire potui fœlicius
Quàm filiam uxorẽ ducere Regis, exul cum essem?
Nõ, quatenus tu discruciaris, tuũ quidẽ odio habẽs te
Nouæ uero sponsæ desiderio perculsus, (tum,
Neq; ad certamen multæ sobolis studium habens:
Sufficiunt enim hi qui nati sunt, neq; incuso:
Sed ut, quod maximum est, commodè habitaremus,
Neq; egeremus: cognoscens, quod
» Pauperem fugit quilibet eminus amicus:
Filiosq; educarem dignæ meæ domo,
Seminansq; fratres ijs ex te natis liberis,
Ad idem uestigium eueherem, & coaptato genere
Fœlix uiuerem. tibi etenim quid opus est liberis?
Mihi uero utile est, ijs qui adhuc futuri sunt, liberis,
Viuentes

Viuentes adiuuare. num consului male?
Neq; tu diceres, si te non uellicaret lectus.
Verum eò ueniſtis, ut ſaluo cc
Cubili mulieres, omnia habere putetis. cc
Si contrà acciderit calamitas quædam in cõnubium, cc
Quæ optima & pulcherrima, inimiciſſima cc
Exiſtimetis. Oportebit enim aliunde ſorte homines cc
Sobolem parere: fœmininum autem non eſſe genus. cc
Sic uero non eſſet ullum hominibus malum. cc
CHO. Iaſon, probe quidem hoſce ornaſti ſermones.
Sed tamen mihi, etſi inuita dicam,
Videris, prodens tuam uxorem non iuſte facere. cc
ME. Profectò multum à plerisq; diſſentio hominum. cc
Mihi enim quicũq; improbus exiſtens peritus dicẽdi cc
Eſt, multam mulctam debet. (tegere, cc
Lingua enim affectãs ea quæ iniuſta ſunt probe ob- cc
Audet fraude agere, eſt uero non ualde ſapiens.
Quemadmodũ & tu nunc, ne cõtra me ornatus fias,
Ad dicendũ qa uehemẽs. attamẽ unicũ iugulat te uer
Oportuit te, ſi nõ extitiſſes improb. pſuaſa me, (bũ.
Nubere hiſce nuptijs, nõ autẽ per ſilentiũ amicorũ.
IA. Imo probe mihi hoc ſuggeris ſermone,
Si tibi nuptias prædixiſſem, quæ neq; nunc
Suſtines remittere cordis magnam iram.
ME. Non hoc te habuit, ſed barbarum coniugium
Ad ſenectutem non glorioſum ſucceßit tibi.

IA. Bene nunc hoc scias, non uxoris gratia
Contraxisse me coniugia regis, quæ nunc habeo,
Sed, ut dixi etiam ante, seruare uolens
Te, & liberis meis fratres
Procreare Reges filios, propugnaculũ meæ familiæ.
» ME. Ne mihi contingat molestiam habens locuples
uita,
» Neq; diuitiæ, quæ meum discrucient animum.
IA. Scin ut me potiare, & sapientior uideare?
» Quæ commoda sunt, ne tibi molesta uideantur unq̃:
» Neq; beata existens, infœlicem te esse finge.
ME. Insulta: quoniam tua est proditio.
Ego autem deserta, exulabo hac terra.
IA. Tu ipsa hæc elegisti, neminem alium incusato.
ME. Quo facto? num nubens, & te prodens?
IA. Imprecationes principibus sceleſtas imprecans.
ME. Et tuis, execrata certe existẽs, uersor domibus.
IA. Quoniam non respondebo adhæc tibi plura.
Verum si quod uis liberis, aut tuo exilio,
Subsidium opum mearum accipere,
Dic, quoniam paratus sum liberali dare manu,
Hospitibusq; mittere tessaras, qui te bene tractabũt.
Atq; hæc uolens, stultè ages ô mulier:
Verum omittens iram, lucraberis meliora.
ME. Neq; hospitibus tuis utemur,
Neq; quid accipiemus, ne uero nobis da.

Improbi

Improbi enim uiri dona profectum non habent.
IA. Attamen ego quidem deos testor,
Quod omnia suppeditare tibiq; & liberis uolo.
Tibi uero non placent bona, sed contumacia
Amicos repellis. certe enim dolebis plus.
ME. Abi, desiderio enim nuper domitæ puellæ
Teneris, perseuerans domum extra.
Celebra nuptias. forte enim, cum deo dictum sit,
Contrahis huiusmodi, ut mficiaris postea, nuptias.
CHO. Amores quidem supra nimium
Venientes, non bonam gloriam,
Neq; uirtutem tradiderunt
Viris. quòd si quod satis sit uenerit
Cypris, non alia dea
Gratiosa adeò.
Ne unquam, ô domina, in me
Aureis ex arcubus immittas,
Desiderio ungens ineuitabilem sagittam.
Nam mihi placet modestia,
Donum pulcherrimum Deorum.
Neq; unquam ad ambiguas
Iras, immodicasq; rixas
Animum perculsa a-
Lio amore
Deueniam, ô uehemens Venus,
Absq; rixis cubilia quæ amas,

Iracundarum dijudica amores mulierum.
O patria, ô mea domus,
Ne quæso carens ciuitate fiam,
Eam quæ est in summa egestate habens
Inamabilem uitam,
In miserrimis doloribus.
Vtinam morte prius occumbam,
» Diem hanc conficiens. Laborum
» Etenim non alius maior,
» Quàm terra patria priuari.
Vidimus, non ex alijs
Sermonibus possumus hoc dicere.
Te enim non ciuitas, non amicorum quis
Misertus est, patientem
Grauissimam cladem.
» Quicunq; ingratus est, pereat, cui adest
» Non amicos colere, sincerum aperienti
» Scrinium mentis.
» Et mihi amicus nunquam fuerit.
AEG. Salue Medea. illo enim proœmium
Pulchrius nullus nouit, ad alloquendum amicos.
ME. O salue & tu, fili sapientis Pandionis
Aegeu, unde huius terræ uenis ad solum?
AE. Phœbi antiquum relinquens oraculum.
ME. Quamobrẽ ad umbilicũ terræ uatidicũ puenis?
AE. Liberorũ inquirẽs semen, quomodo cõtingat mi
hi. ME.

Digitized by Google

ME. Per deos quæso, carẽs liberis enim huc uſq; ten
dis uitam?
AE. Orbi ſumus, Dei cuiſpiam fortuna.
ME. Exiſtente uxore? aut expers exiſtens connubij?
AE. Non ſumus iniugati lecti nuptialis.
ME. Quid tandem Phœbus dixit tibi de liberis?
AE. Prudentiores, quàm à uiro intelligi queãt, uer-
ME. Fas eſt ſcire nos oraculum Dei? (ſus.
AE. Maxime, nam & ſapiente eget intelligentia.
ME. Quid uero reſpondit, dic ſi fas eſt audire.
AE. Vtris mihi prominentem non ſoluere pedem.
ME. Anteq̃ quid facias, aut ad quã peruenias terrã?
AE. Anteq̃ iterum ad patrias ædes ueniam.
ME. Tu uero tanq̃ quid egeris, ad hãc nauigas terrã?
AE. Pitheus quiſpiã eſt, terræ princeps Trœzeniæ.
ME. Filius, ut tradunt, Pelopis, pijſſimus.
AE. Cum hoc Dei oraculum communicare uolo.
ME. Sapiens enim uir eſt, & exercens huiuſmodi.
AE. Et mihi quoq; chariſſimus omnium hoſpitum
militarium. (tis.
ME. Verũ bene ſit tibi, et cõſequaris quæcũq; appe-
AE. Ecquid oculus tuus, hicq; color contabuit?
ME. Aegeu, peſſimus eſt mihi omnium maritus.
AE. Quid ais? clare mihi tuus dic ægritudines ani-
ME. Inuirius mihi eſt Iaſon, nihil à me læſus. (mi.
AE. Quam rem agens? dic mihi manifeſtius.

Digitized by Google

ME. Vxorem supra nos heram domus habet.
AE. An ne ausus fuit facinus turpißimum hoc?
ME. Manifeste scias: ignominia notati sumus pristini amici.
AE. Vtrum amore ductus, aut molestè ferens tuum lectum?
ME. Magnum sanè amorem. fidelis non est amicis.
AE. Pereat nunc, si est improbus, ut tu narras.
ME. Virorum principum affinitatem expetiuit adipisci.
AE. Elocat uero ei quis? perfice mihi sermonem.
ME. Creon, qui imperat huic terræ Corinthiæ.
AE. Venia certe tibi danda est, te dolere, ô mulier.
ME. Perij. & ad hæc, eijcior ex hac terra.
AE. A' quo? hoc aliud nouum iterum narras malũ.
ME. Creon me expellit, exulem extra hanc terram.
AE. Permittit uerò Iason? neq; hæc comprobo.
ME. Verbis quidem nequaquam, reipsa autem pati uult.
Verum obsecro te hanc per barbam,
Genuaq; tua, supplex certe iam sum:
Miserare, miserare me infœlicem,
Et me desertam eiectam aspicias.
Accipe uero in tuam regionem & domum domesticam.
Sic precor, amor tibi à Dijs perfectus

Fiat

Fiat liberorum, & tu ipse beatus moriaris.
Inuentum uero non nouisti quale hoc inueneris:
Finem ponam tuæ orbitati, & liberorum procreationes
Seminare te faciam, talia noui pharmaca.
AE. Propter multa hanc tibi dare gratiam
Mulier paratus sum, primum quidē propter Deos,
Deinde liberorum gratia, quorū polliceris fœturā.
In hac enim parte debilis sum totus ego.
Sic uero habeam, te perueniente terram meam,
Conabor hospitio te excipere iustus existens.
Tantum utiq; tibi præsignifico mulier,
Ex hac quidem terra non te abducere uolo.
Ipsa uero si ueneris domum meam,
Manebis inuiolata, et nequaquam te dimittam unq̄.
Quare ipsa tu ex hac terra aufer pedem.
Inculpatus enim etiam hospitibus esse uolo.
ME. Erunt hæc. sed si fides fieret mihi
De his, haberem utiq; omnia bene à te.
AE. Num non fidem habes? aut quid tibi quod molestum est?
ME. Fidē habeo. Peliæ uero inimica est mihi domus,
Creonq̄;, istis quidem fœderibus coniunctus,
Abducent non repudiatam è terra me.
Verbis itaq; conuentione facta, & Deorum fide,
Amicus eris utiq;, & legationibus

Digitized by Google

Non obtemperabis. Res enim meæ imbecilles sunt:
Istis autem diuitiæ sunt, & regia domus.
AE. Magnam dixisti in sermone tuo prouidentiam.
Quare si uidentur tibi facienda hæc, non discedam.
Mihi enim hæc erunt tutiora,
Prætextũ aliquẽ inimicis tuis qui possum obijcere.
Præterea res tuæ stabiliores sũt. prænominato deos.
ME. Iurato per tellurem, patremq; Solem patris
Mei, Deorumq; addens uniuersum genus.
AE. Quid ut faciam? aut quid ut non faciam? dic.
ME. Quod neq; tu ipse ex terra eiecturus sis me,
Neq; alius si quis meorum inimicorum abducere
Voluerit, te permißurum uiuentem, lubenti modo.
AE. Iuro per tellurem, clarumq; Solis iubar,
Deosq; omnes, mansurum me in istis quæ à te audio.
ME. Sufficit. quid uero in hoc iuramento, cum non
permanseris, patieris?
AE. Ea quæ impijs eueniunt hominibus.
ME. Lætus abi. omnia enim bene se habent.
Et ego urbem tuam quamprimum perueniam,
Cũ pfecero ea quæ uolo, & ubi uoti compos fuero.
CHO. Sed te filius Maiæ deductor deus
Deducat domum.
Et quorum considerationem studiose obtines,
Efficias. Nam generosus uir,
O Aegeu mihi uisus es.

ME.

Digitized by Google

ME. O Iupiter, iustitiaq; Iouis filia, Solisq; iubar,
Nunc uictrices meorum inimicorum, ô charæ,
Erimus, & in uiam uenimus.
Nunc porro spes, hostes meos daturos pœnam.
Hic enim uir, qua in parte maxime laborabamus,
Portus apparuit meorum consiliorum.
Iam ex hoc suspendemus rudentem à puppi
Profectæ ad urbem, & ciuitatem Palladis.
Iam uero omnia mea tibi consilia
Dicam: excipe uero sermones non ad uoluptatem.
Misso ex meis aliquo famulis, Iasonem
In conspectum ut ueniat meum rogabo.
Aduenienti uero ei blandos dicam sermones,
Quod & probentur mihi hæc, & bene se habeant
Nuptiæ principum, quas prodens nos habet:
Et quod utilia sint, & bene acta.
Filios uero manere meos rogabo.
Non ut relinquam hostium in terra
Inimicis filios meos, ad illudendum:
Sed ut dolis filiam Regis interficiam.
Mittam enim ipsos dona habentes manibus
Sponsæ ferentes, hac ne exulent terra,
Tenuemq; peplum, & coronam inauratam.
Et si accepto ornatu induet corpori,
Male peribit, omnisq; qui attigerit puellam:
Talibus ungam uenificijs munera.

Hactenus

Hactenus utiq; hunc finiam sermonem.
Luxi uero, quale facimus sit faciendum
Dehinc nobis. liberos enim trucidabo
Meos, nemo est qui eximere queat.
Domumq; omnem confundens Iasonis,
Egrediar ex hac terra, charissimorum liberorum
cædem
Fugiens, & ausa factum impiissimum.
„ Non enim irrideri tollerabile est ex hostib. ô charæ.
Eat. quid mihi uiuere utile? neq; mihi patria,
Neq; domus est, neq; declinatio malorum.
Peccaui tum, cum reliqui
Domum paternam, uiri Græci sermone
Persuasa, qui nobis cum Deo luet pœnam.
Neq; ex me unquam enim liberos uidebit
Viuentes in posterum, neq; ex nuper copulata
Sponsa pariet filium. nam male malam
Perire ipsam necesse est, meis uenenis.
Nemo me ignauam & imbecillem existimet,
Neq; tranquillam, sed alterius modi:
„ Maleuolam inimicis, & amicis beneuolam.
„ Horum etenim glorioßima est uita.
CHO. Quandoquidem nobis hunc communicasti
sermonem,
Tibiq; prodesse uolens, & legibus humanis
Opem ferens, facere tibi interdico hæc.

ME.

Digitized by Google

ME. Non eſt aliter. tibi uero uenia dicere
Hæc datur, non patientem male ita ut ego.
CHO. Verũ trucidare tuum ſemen audebis mulier?
ME. Sic etenim maxime mordetur maritus.
CHO. Tu uero fies miſerrima mulier.
ME. Eſto. ſuperuacanei omnes, qui intercedere poſſunt ſermones.
Sed eia abi, & adduc Iaſonem.
Ad omnia enim fida utimur tua opera.
Dices uero nihil, ex ijs quæ mihi decreta ſunt,
Si bene cupis mihi heræ, & mulier exiſtis.
CHO. Athenienſes antiquitus iuſti,
Et Deorum filij beatorum,
Sacræ regionis & nunquam uaſtatæ
Depaſcentes,
Inclitiſſimam ſapientiam,
Semper per ſplendidiſſimum
Euntes floridè aërem.
Vbi olim caſtus
Nouem Pierides
Tradunt Muſas,
Flauam Harmoniam plantaſſe,
Pulchre labentis ad Cephiſi fluenta
Ipſam Venerem celebrant,
Carentem ſtatibus regionem perflaſſe
Mediocri uentorum

Suauiter

Suauiter flante aura.
Semper uero ponentem
Super crines odoratum ex roseis
Sertum floribus,
Sapientiæ assessores
Mittere amores
Omnigenæ uirtutis cooperatores.
Quomodo igitur sacrorum fluminum
Aut ciuitas, aut amicorum
Transmissam te regio
Illam perditricem liberorum habebit,
Illam adeò sceleſtam. unà nobiscum
Considerato liberorum plagam,
Considerato cædem qualem tu expetis.
Ne, per genua te omnes
Omni modo obsecramus,
Ne liberos trucides.
Quomodo uero audaciam aut animi, aut
Manus, de tuis liberis
Cordeq; capies,
Diram adducens audaciam?
Quomodo uerò oculos admouens
Liberis, illachrymabilem partem
Continebis? cæde non poteris,
Liberis supplicibus accedentibus,
Fædare manum cruentam,

Sufferente

Sufferentè animo.
IA. *Adſum accerſitus. quamuis enim exiſtēs inimi-*
Non ſanè fruſtraberis hac re. ſed audiam, (ca,
Quam rem uis nouam ex me mulier?
ME. *Iaſon, obſecro te eorum quæ dudum dixi*
Veniam dare. meas uero iras ferre
Par eſt. quoniam mutuo peracta ſunt chara.
Ego certe meipſam uerbis alloquuta ſum,
Et incuſaui. miſera, quid inſanio,
Et iraſcor ijs qui recte conſultant?
Inimica uero huius terræ principibus conſtituor:
Et marito, qui nobis facit ea quæ commodiſſima,
Ducens in uxorē principem mulierem, et fratres li-
Meis plantans, an non deſiſtam (beris
A furore? quid patior? dijs præbentibus abunde.
Non ſunt quidē mihi filij. noui præterea, terra
Exulantes nos, & egentes amicis.
Hæc cum mecum cogitaſſem, intellexi imprudētiam
Magnam quod habeam, & fruſtra irata fuerim.
Nūc igitur approbo, & modeſte mihi agere uideris,
Affinitatem hanc ad nos contrahens. ego uero im-
prudens.
Profectò conueniebat amplecti me hæc conſilia,
Et unà efficere, & aſtare lecto,
Sponſamq; nubentem oblectare tibi.
Sed ſumus, ut ſumus, non dicam malum, cc
Mulieres.

Digitized by Google

» Mulieres. non oportet te ſimilem fieri malis,
Neq; obtendere ſtulta ſtultis.
Permittimus, & confitemur imprudentes fuiſſe
Tunc, ſed melius nunc perpendi hæc.
O filij filij, adeſte, relinquite tectum,
Prodite, amplectamini & alloquimini
Patrem mecum, & reconciliamini ſimul
A' præcedẽte inimicitia ad amicos unà cum matre.
Induciæ enim nobis, & abijt ira.
Prehendite manum dextrã. hei mihi, propter mala.
Vt mecum cogito iam quiddam illorum quæ abſcondita ſunt.
Num ô filij, ſic longo uiuentes tempore,
Charas porrigetis manus? miſera ego,
Quàm prona ad fletum ſum, & meticuloſa,
Tandem contentionem quam habeo cum patre ſuſtollens,
Oculos teneros hoſce impleui lachrymis. (mæ
CHO. Et mihi ab oculis teneræ proruperunt lachry-
Atq; utinam non contingat malus malum quàm præſens.
» IA. Approbo mulier hæc, neq; priora incuſo.
» Moris enim eſt, iraſci fœmineum genus,
Nuptias aliunde ementi alienas marito.
Sed in melius tuam mutatum eſt cor.
Agnouiſti potiorem, quamuis ſero,

Sententiam.

Digitized by Google

Sententiam. mulieris opus hoc est prudentis. «
Vobis uero, ô filij, non absq; cura pater
Multam comparauit auxilio Deorum salutem.
Existimo enim uos huius terræ Corinthiæ
Primarios fore cum fratribus in posterum.
Sed crescite: cætera efficiet
Et pater, & Deorum quicunq; benignus fuerit.
Vtinam uideam uos bene nutritos ad pubertatis finem
Peruenientes, hospitibus meis superiores.
Ipsa tu quid teneris lachrymis madefacis genas?
Conuertens albas retro genas,
Atq; inuita hunc ex me suscipis sermonem?
ME. *Nihil est: de hisce liberis cogito.*
IA. *Bono sis animo, nunc ego enim bene faxim de istis.*
ME. *Faciam hæc, nihil tuis diffido uerbis.*
Mulier uero, fœmina, ad lachrymas nata est. «
IA. *Quid adeò ualde ingemiscis hisce liberis? (ros,*
ME. *Peperi eos. uiuere uero quando precarer libe-*
Subit mihi misericordia, ne forte non fiat hoc.
Sed quorum gratia uenis ad meum colloquium,
Hæc quidem dicta sunt, aliorum memoriam ego suggeram.
Quoniã principibus terræ me amandare uisum est,
Et mihi quidem hæc sunt utilissima, agnosco bene,

Neq; tibi impedimento, neq; principibus terræ
Habitare: existimor enim inimica esse domibus.
Nos quidem ex terra hac soluemus fuga,
Filij autem ut educentur tua manu,
Roga Creontem, hac ne exulent terra.
IA. Haud noui an persuadeã, oportet uero experiri.
ME. Verum tu tuam iube petere à patre
Vxorem, liberi ne exulent hac terra.
IA. Maxime: & existimo ipsam persuasuram,
Si mulierum aliarum est una.
ME. Adiuuabo uero in hoc te & ego labore.
Mittam enim ei dona, quæ præstantissima sunt,
Eorũ quæ nunc apud homines sunt. noui ego probe.
Tenuemq; peplum, & coronam inauratam,
Filios ferentes. sed iam illico conuenit
Ornatum portare illuc famulorum aliquem.
Beata erit non una in re, sed in infinitis:
Virum optimum te adepta coniugem,
Et adepta ornatum, quem olim Sol
Pater patris dat posteris suis.
Accipite hæc sponsalia munera, ô filij, in manus,
Et reginæ beatæ sponsæ date
Ferentes, nequaquam dona culpanda accipiet.
IA. Cur, ô fatua, istis tuas uacuas facis manus?
Existimas indigere domum regiam peplis?
Existimas auro? serua, ne dederis hæc.

Sienim nos in precio aliquo habet
Mulier, præferet opibus, manifeſte ſcio ego.
MS. Ne mihi tu. Perſuadere munera etiam Deos, di
cterium eſt.
Aurum uero potius eſt mille dictis, hominibus.
Illius nunc eſt fœlicitas, illa nunc auget Deus.
Ipſa iuuenis imperiũ obtinet. meorũ autẽ filiorũ exi
Vita utiq; permutarem, non auro tantum. (lium
Sed ô filij, ingreſſi uicinas domus,
Patris nouam uxorem, dominamq; meam
Obſecrate, deprecamini, ne coganimi exulare,
Ornatũ hũc dantes. huius enim rei maxime opus eſt,
In manus illius munera accipi hæc.
Ite quàm primũ, matri autẽ eorũ quæ petit adipiſci
Boni nuncij fiatis, re acta bene.
CHO. Nunc ſpes non amplius mihi liberorum uitæ,
Non amplius. Abeunt enim ad cædem iam.
Accipiet ſponſa aureorum ſtrophiorum
Accipiet infœlix noxam,
Flauam circa cæſariem
Ponet Plutonis ornatum,
Ipſa ſuis manibus accipiens.
Perſuadebit gratia diuinusq; fulgor pepli,
Auream coronam circumponere.
Inferos iam uero apud nuptam ornabit ſe.
Tales in anguſtias incidet,

Et fatum mortis
Accipiet infœlix.
Nam perniciem non effugiet.
Tu uero ô miſer, ô infœlix ſponſe,
» Affinitatem contrahens cum tyrannis,
» Liberis imprudens
» Pernicioſam uitam adducis,
Et uxori tuæ triſtem mortem.
Infœlix, calamitatis quantum adducis.
Deploro porro tuum dolorem,
O miſera filiorum
Mater, quæ trucidabis
Tuos liberos, nuptiales propter
Lectos, quos tibi relinquens inique
Cum alia habitat maritus uxore.
PAE. Domina, abſoluuntur liberi iſti tibi ab exilio,
Et dona ſponſa Regina lubens manibus
Accepit. pax uero porrò liberis.
ME. Sine. PAE. Quid perturbata conſtitiſti, cum proſpere agis?
Quid tuam uertis retro genam,
Et non lubens hunc ex me ſuſcipis ſermonem?
ME. Ah, ah.
PAE. Hæc nõ cõgruentia iſtis quæ annunciata ſunt.
ME. Væ uæ ualde iterum. PAE. Num aliquam annuncians cladem,

Non

Non scio, opinione autẽ frustratus sum boni nuncij.
ME. Nunciasti qualia nunciasti, non te incuso.
PAE. Quid ita mœsta demittis oculos, & lachrymas profundis?
ME. Ingens me necessitas, ô senex. hæc enim Dij,
Et ego male sapiens machinata sum.
PAE. Bonó sis animo, uinces & tu propter liberos tuos in posterum.
ME. Alios reducam prius misera ego.
PAE. Nequaquam sola tu à tuis seiungeris liberis.
Leuiter ferre oportet, mortalem existentem, calamitates.
ME. Faciam hæc. sed in domum ingredere,
Et liberis para quæ conueniunt ad demensum.
O filij filij, uobis quidem iam est ciuitas,
Et domus, in qua relicta misera me
Habitabitis semper matre priuati.
Ego uero ad aliam terram abeo iam exul,
Antequam nobis freta sim, & antequam uideam fœlices,
Priusquam lectos & uxorem & nuptiales
Thoros adornarim, lampadesq; prætulerim.
O me miserrimam, propter meam contumaciam.
Frustra utiq; uos ô filij educaui,
Frustra etiam afflicta & confecta sum laboribus,
Duros perferens in puerperijs dolores.

Profectò olim infœlix habui ſpes
Multas in uobis, quod in ſenectute aleretis me,
Et morientem manibus bene ornaretis,
Beatam iudicatam hominibus. nunc uero perijt iam
Dulcis cura. uobis enim orbata,
Triſtem degam uitam, triſtemq; mihi.
Vos autem, matrem non amplius oculis charis
Videbitis, ad aliam formam tranſmutati uiuendi.
Heu heu, quid aſpicitis me oculis, ô filij,
Quid arridetis? ultimum omnium riſum.
Ah ah, quid agam? cor enim abijt.
O mulieres, oculos alacres ut uidi liberorum,
Non poſſum. ualeant conſilia
Priora, ducam filios ex terra meos.
Quid conuenit me patrem horum malis illorum
Triſtantem, ipſam me bis tanta poſſidere mala?
Minime quidem ego, ualeant conſilia.
Atqui quid patior? uolo ne deriſui eſſe,
Inimicos dimittens meos non mulctatos?
Audenda ſunt hæc. quin meæ ignauiæ eſt,
Illud etiam obijcere blandos ſermones animo.
Ite, ô filij, in domum. Cui uero non
Fas adeſſe meis uictimis,
Ei curæ ſit. manum uero non polluam.
Ah ah, ne quæſo anime mi, ne tu peragas hæc.
Sine ipſos, ô miſera, parce liberis.

Illic

Illic nobiſcum uiuentes exhilarabunt te.
Non per inferos, eos q̃ apud Plutonẽ, cacodæmonas,
Numquam erit hoc, ut inimicis ego
Liberos permittam meos cum ludibrio interficere.
Omnino ipſos neceßitas eſt mori. quoniã uero neceſ «
Nos interficiemus, quæ ipſos genuimus. (ſitas eſt
Omnino acta ſunt hæc, neq; irrita fient.
Et iam in capite corona eſt, & in pẽplis
Sponſa regia perit. manifeſte ſcio ego.
Sed enim abeo iam miſerrimam uitam,
Et hoſce mittam miſerabiliores amplius
Filios. alloqui uolo. Porrigite ô filij,
Date, amplectamini, matri dextram manum.
O chariſſima manus, chariſſimum mihi os,
Et forma, & facies liberalis liberorum,
Sitis fœlices: ſed illic. ea enim quæ hic,
Pater abſtulit. ô dulcis applicatio,
O tenerum corpus, anhelitusq; ſuauiſſimus liberorũ.
Abite, abite. Non amplius ſum aſpicere
Potis ad uos, ſed uincor malis,
Et experior quidem qualia auſura ſim mala.
Furor uero ſuperior eſt meis conſilijs,
Qui ſane maximorũ autor eſt malorum hominibus. «
CHO. Sæpenumero iam per ſubtiliores «
Sermones ui, & ad contentiones «
Veni maiores quàm conueniat genus «

Digitized by Google

» Fœmineum perſcrutari. At enim eſt
» Muſa & nobis, quæ nobiſcum uerſatur
» Propter ſapientiam. omnibus quidem non.
» Paucum ſane genus inter multas
» Inuenires forſan,
» Et non indoctum mulierum,
» Et dico mortalium qui ſunt
» Omnino expertes, neq; plantarunt
» Liberos, præſtare fœlicitate
» His qui genuerunt.
» Etenim orbi liberis, propter inexperientiam,
» Siue dulce mortalibus ſiue triſte
» Liberi ſunt, non aſſequentes,
» Multis laboribus carent.
» Quibus uero liberorum eſt domi
» Dulcis propago, aſpicio ſolicitudine
» Fatigari, omni tempore.
» Primum quidem ut educent honeſte,
» Facultatemq; uiuendi alicunde relinquant liberis.
» Præterea ex iſtis, ſiue pro improbis
» Siue pro probis laborent, hoc eſt incertum.
Vnum hoc omnium ultimum iam
Omnibus edico mortalibus malum.
» Iam etenim ſatis facultatis nacti ſunt,
» Corporaq; ad pubertatem peruenerunt liberorum
» Bonique euaſerunt. Si tum extiterit

Deus,

Deus, illa euanida ad Plutonem
Mors perducens corpora liberorum,
Quomodo tum utile est ad cæteras calamitates,
Hanc etiam tristitiam tristissimam
Propter liberos
Mortalibus Deos addere?
ME. Amicæ, dudum expectans fortunam,
Præstolor, res illic quò processerint.
Atqui uideo hunc ex Iasonis
Accedentem ministris, & spiritu exasperatum.
Ostendit uero, quod aliquod nouũ annunciet malũ.
NVN. O dirum opus illegitime operata
Medea, fuge fuge, neq; naualem
Deserens currum, neq; uehiculum terrestre.
ME. Quid dignum mihi hac exiſtit fuga?
NVN. Perijt regia modò puella,
Et Creon, qui genuit, per ueneficia tua.
ME. Optimum dixisti sermonem: inter benefactores
In posterum iam, & amicos meos eris.
NVN. Quid ais? sapis quidem recte, & non insanis mulier,
Quæ regiam domum puniens
Gaudes audiens, & non metuis huiusmodi.
ME. Possum quippiam & ego aduersus tuos
Sermones dicere, sed ne festines amice.
Dic uero quomodo perierunt. duplo enim tantum

Oblectabis nos, si mortui sunt miserrime.
NVN. Ex quo liberorũ tuorũ uenit gemina soboles
Cum patre, & præterijt nuptiales thalamos,
Gauisi sumus, qui tuis dolebamus malis
Famuli. per aures uero statim erat ingens rumor,
Te & maritum tuũ, contentionẽ dissoluisse priorẽ.
Osculabatur uero alius manum, alius flauum caput
Liberorum. ego porro ipse præ gaudio
Ad thalamos mulierum cum liberis unà sequebar.
Domina uero quam nunc loco tui admiramur,
Antequam liberorum tuorum aspiceret compar,
Cupidum habuit oculum ad Iasonem.
Deinde sanè cooperuit oculos,
Albasq; auertit retro genas,
Filiorũ grauiter ferens ingressus. maritus autẽ tuus
Irasq; mulcebat, & bilem puellæ,
Dicens hæc. Nequaquam infensa sis amicis.
Compescas uero animũ, & iterum conuerte caput,
Amicos existimans, quos quidem maritus tuus.
Accipies uero munera, & deprecaberis patrem,
Vt exilium remittat liberis istis, mei gratia.
Ipsa uero ut aspexit ornatum, non sustinuit.
Sed uiro omnia approbauit. & antequam ex domo
Longius abesset pater & filij tui,
Accipiens peplos uarios induebat,
Auream ponens coronam circa cincinnos,

Splendido

Splendido ſpeculo format comam,
Ad inanimatam imaginem arridens corporis.
Deinde exurgens è ſede, pertranſit
Domum, molliter incedens candenti pede,
Iſtis donis mirè gaudens, multum & ſæpe
Ceruicem directe oculis conſpiciens.
Exinde profecto dirum erat ſpectaculum uidere.
Colorem enim uarians, obliqua iterum
Incedit tremula pedibus, & uix
Incidit in thronum, ne humi concidat.
Et quædam anus miniſtrarum exiſtimans ſorte
Aut Panis iram, aut cuiuſdam Dei accidiſſe,
Votum fecit, antequam cerneret per os
Venientem albam ſpumam, oculorumq; pupulus cõuertentẽ, ſanguinemq; nõ ineſſe corpori.
Deinde editum pro precatione emiſit ingentem
Eiulatum. Protinus alia in patris domum
Cucurrit, alia ad recentem ſponſum,
Dictura nuptæ calamitatem. Tota uero
Domus frequentibus reſonabat decurſitationibus.
Iam uero contrahens pedes miræ uelocitatis
Celer curſor equus metam attigit.
Ipſa uero quæ prius muta fuit & clauſis oculis,
Grauiter ingemiſcens, miſera excitata eſt.
Duplex enim illam clades oppugnabat.
Aurea quidem circum caput poſita corona

Admira-

Admirabilem emittebat fluxum omnia deuorantis
ignis.
Pepli autem tenues, tuorum liberorum munera,
Albam carpebant carnem illius infœlicis.
Fugit autem surgens è sede, candescens,
Concutiens capillos, & caput aliàs aliò,
Abijcere uolens coronam. uerum compactim
Ligaculum aurum continebat. ignis autem, ex quo
capillum
Concußit, magis duplo tantum luxit.
Concidit postremo in solum, isto casu uicta,
Nisi unico patri ualde incognoscibilis uisu.
Non enim oculorum manifesta erat constitutio,
Neq; naturalis facies. sanguis uero ex summo
Stillabat capite, commixtus igni.
Carnes uero ab oßibus, tanquam piceæ lachrymæ,
Maxillarum incertis ueneficijs defluebant.
Miserabile spectaculũ. omnib. uero metus attingere
Cadauer. ipsam enim fortunã habuimus præceptorẽ.
Pater uero infœlix, calamitatis propter ignorantiã
De repente accedens domum, accidit ad cadauer.
Eiulauit uero statim. & circumdans manus,
Osculabatur, alloquens hæc. O misera filia,
Quis ita inglorie Deorum te perdidit?
Quis hunc senem capularem orbum te
Facit? Hæu mihi, utinam tecum mori liceat.

Postquam

Postquam lachrymarum & luctuum finem fecit,
Nitens senile erigere corpus,
Adhæsit, tanquam hedera frondibus lauri,
Tenuibus peplis. misera erant certamina.
Senex enim uoluit erigere genua,
Ipsa uero contrà tenebat. Si uero ui contenderet,
Carnes seniles laceraſſet ab oßibus.
Tandem defecit, & emisit infœlix
Animam. malo enim non erat superior.
Iacent iam cadauera, & filia & senex pater,
Prope inuicem. digna lachrymis calamitas.
Et mihi tuæ quidem partes eminus faceſſant à ſermone.
Experieris enim ipsa mulctæ uicißitudinem.
Res uero mortales non nunc primũ existimo umbrã. cc
Neq; metuens dicerem, sapientes mortalium cc
Qui existimantur esse, & perquisitores sermonũ, cc
Istos maximæ stultitiæ reos esse. cc
Mortalium enim nemo est beatus uir. cc
Sed diuitijs affluentibus, fœlicior cc
Alio fiet utiq; alius, beatus uero non. cc
CHO. Videtur Deus multa hoc die
Mala coniuncturus meritò Iasoni.
O infœlix, quàm calamitatem tuam dolemus,
Filia Creontis, quæ ad Plutonis domus
Abis, propter nuptias Iasonis.

ME.

ME. Charæ, decretum est facinus, quàm primũ mihi
Filios interficienti, ab hac discedere terra.
Neq; cunctantem exponere liberos
Alteri trucidandos inimicitiori manui.
Omnino ipsos necesse est mori. quoniã uero necesse (est,
Nos occidemus, qui etiã produximus partu.
Sed eia armare, ô cor. Quid cunctamur,
Dira illa & necessaria non patrare mala?
Age ô misera mea manus, prehende gladium,
Cape, abi ad carcerem tristem uitæ.
Neq; ignaua fueris, neq; recorderis filiorum,
O charißima, quomodo genuisti. sed hanc
Obliuiscere breuem diem liberorum tuorum.
Et deinde lamẽtare. etenim si trucidaueris eos, tamẽ
Chari extiterunt. infœlix uero ego mulier.
CHO. O tellusq;, & pellucidum iubar
Solis, respicite, aspicite hanc
Pernicioſam mulierem, antequam sanguinariam
Liberis inijciat manũ, propria manu cædẽ peragen-
Tuo enim ab aureo (tem.
Genere nati sunt. Deorum
Vero sanguinem cadere religio est à uiris.
Verum ipsam ô lumen diuinum cohibe,
Siste, exime domo sanguinariam
Miseramq; furiam, à dæmonijs agitatam.
Frustra labor perit liberorum,

Digitized by Google

Et frustra genus charum perperisti, ô tu, quæ
Cyaneārum reliquisti Symplegadum
Saxorum inhospitalissimum introitum.
Misera, quid tibi animi
Grauis ira accidit?
Et inimica cædes ita uariat?
Graues enim mortalibus consanguineæ cædes
Supra terram, ijs qui propria manu cædem patrant.
noui
Ex immissione deorū incidentes in domus dolores.
FIL. Eheu, qd agam? quò fugiam matris manus?
ALTER. Non noui charissime frater. perimus enim.
CHO. Audis uociferationem? audis liberorum?
Ah, misera, ô infœlix mulier.
Accedam domum, arcere cædem
Videtur mihi filijs.
FIL. Quæso per Deos prohibete, opportune enim;
Nam propè iam sumus in retibus gladij.
CHO. Misera, ut sanè es saxum, aut
Ferrum: quæ filiorum, quos peperisti,
Segetem, propria manu peracto fato occides.
Vnam tantum audio, unam quæ antè extiterunt,
Mulierem charis manum iniecisse filijs,
Inonem furentem diuinitus, quando Iouis
Vxor ipsam emisit ex domo, errore.
Cadit uero misera in mare, cæde

Liberorum

Liberorum impia,
Littus super extendens Ponticum pedem,
Cum duobus filijs, commoriens perit.
Quid nam posthac fiet graue,
» O mulierum laboriosum matrimonium,
» Quanta iam mortalibus attulisti mala?
IA. Mulieres, quæ hoc prope tectum statis,
Num in domibus, quæ dira illa patrauit,
Medea istis? aut receßit fuga?
Oportet enim ipsam aut se abscondisse infra terrã,
Aut uolatile sustulisse corpus in ætheris profunditatem,
Nisi regijs domibus dederit pœnam.
Credidit ne, si interfecisset principes terræ,
Impune se ex hac fugituram domo?
Sed enim non tam ipsius curam habeo, quàm filiorũ.
Ei enim ij quibus male fecit, facient male.
Meorum uero filiorum ueni ut seruem uitam,
Ne quid illis facerent qui iuncti sunt genere,
Matris exigentes impiam cædem.
CHOR. O miser, ignoras ad quæ mala peruenerit,
Iason. non enim hos dixisses sermones.
IA. Quid est? num & me interficere uult?
CHO. Filij mortui sunt manu materna tui.
IA. Eheu, quid dicis? quàm me perdidisti, ô mulier.

CHO.

Digitized by Google

CHO. Tanquam nõ amplius superstitibus tuis filijs, cura iam.

IA. Vbi ipsos interfecit? intus, aut foris?

CHOR. Portis apertis, tuorum filiorum uidebis cædem.

IA. Laxate repagula quàm primum famuli,
Soluite compagines, ut uideam duplex malum.
Hos quidem mortuos, illam uero afficiam supplicio.
ME. Quid has pulsas & uectibus moues portas,
Cadauera inquirens, & me quæ operata sum?
Quiesce ab hoc labore. si mei usum habes,
Dic, si quid uis. manu uero non attinges unquam.
Talem currum patris Sol pater
Dat nobis, propugnaculum hostilis manus.
IA. O odium, ô inuisissima mulier
Dijsq; & mihi, omniq; hominum generi.
Quæ liberis tuis mijcere gladium
Sustinuisti, parens existens, & me orbum filijs perdidisti.
Et hæc peragens, solemq; aspicis,
Et terram, facinus ausa impijssimum.
Pereas. ego uero nunc sapio, olim non sapiens,
Quando è domo te barbara à terra
Græcanicam ad domum duxi, malum ingens,
Patrisq; & terræ proditricem, quæ te enutriuit.
Tuum uero Genium malum in me uerterunt Dij.

Cum interfeciſſes enim tuum fratrem domeſticum,
Pulchrã proram habentẽ conſcendiſti Argo nauẽ.
Incœpiſti enim ex huiuſmodi. nupta uero
Viro huic, & pariens mihi filios,
Cubile propter & lectum ipſos interfeciſti.
Non eſt quæ hoc Græcanica mulier
Feciſſet unquam. præ quibus dignatus ſum ego
Ducere te, affinitatẽ odioſam, pernicioſamq; mihi,
Leenam, non mulierem, Tyrrhena
Scylla habentem ſæuiorem naturam.
Sed enim non te innumeris conuicijs
Perſequar, talis innata eſt tibi audacia.
Pereas turpiſſima, & liberorum interfectrix.
Mihi uero meam infœlicitatem lamentari adeſt.
Qui neq; recentibus nuptijs fruar,
Non filios, quos genui atq; enutrui
Poſſum alloqui uiuentes, ſed amiſi.
ME. Profectò longe extendere potuiſſẽ hiſce cõtra-(ria
Sermonibus, niſi Iupiter pater ſciret,
Qualia ex me paſſus ſis, qualiaq; tu contuleris.
Tu uerò non debueras meum ignominia afficiens
matrimonium,
Iucundam degere uitam, irridens me.
Neq; Regina, neq; qui tibi obtulit nuptias
Creon, impune ex hac me eijcere terra.
Præterea, & leenam ſi libet uoca,

Digitized by Google

Et Scyllam, quæ Tyrrhenum habitat mare.
Tuum enim, ut æquum est, cor uicissim afflixi.
IA. Et ipsa tu doles, & malorum particeps es.
ME. Clare scias. utilis uero est dolor, si tu nõ illudes
IA. O filij, quàm matrẽ malam nacti estis. (nubi.
ME. O filij, ut perijstis paterno uitio.
IA. Non tamen mea dextra eos perdidit.
ME. Sed petulantia, tuaq; recentes nuptiæ.
IA. Matrimoniũ ipsos etiã ausa es ꝓpter occidere?
ME. Paruam mulieri cladem hoc esse existimas? "
IA. Quæ modò pudica sit. tibi omnia sunt mala. "
ME. Hi uero non supersunt. hoc enim te mordebit.
IA. Hi uero sunt, eheu, tuo capiti laruæ.
ME. Sciunt, quis nam auctor sit cladis huius, Dij.
IA. Nouerunt certe tuum exspuendum animum.
ME. Odiosus es. amaram uero famam odi tuam.
IA. Atqui ego tuam. faciles sunt reconciliationes. "
ME. Quid ita? quid agã? lubens enim & ego uelim.
IA. Sepelire mortuos mihi hosce, & deflere cõcede.
ME. Minime. nam ipsos hac ego sepeliam manu,
Ferens ad Iunonis templum Acreæ Deæ,
Ne quis ipsos hostium uiolet,
Sepulchra diuellens. terræ uero huic Sisyphi
Venerabile festum & sacra instituam
In posterum, pro hac impia cæde.
Ipsa uero ad terram uado Erechthei,

Digitized by Google

Cum Aegeo cohabitatura, Pandionis filio.
» Tu uero, ut æquum est, peribis malus malè,
Argonis capite tuo reliquijs ictus,
Amarum finem mearum uidens nuptiarum.
IA. Verum te furia perdat filiorum,
Vltrixq; cædis iustitia.
» ME. Ecquis audit te Deus, aut dæmon,
» Te periurum, & deceptorem?
IA. Eheu eheu odiosa, & liberorum perditrix.
ME. Abi domum, & sepelito uxorem.
IA. Abeo, duorum orbus liberorum.
ME. Nondum lamentaris, expectato uerò senium.
IA. O filij charissimi. ME. Matri utiq;, tibi uero nõ.
IA. Et tamen occidisti. ME. Dolore afficiens te.
IA. Ah ah, amicabile quæro os
Filiorum, miser ut applicem.
ME. Nunc ipsos alloqueris, nunc amplecteris,
Dudum repellens. IA. Da mihi per Deos
Tenerum corpus attrectare filiorum.
ME. Non erit, frustra sermo iactus est.
IA. Iupiter, hæc audis, ut expellimur?
Et qualia patimur ex hac odiosa,
Et liberorum perditrice hac lena?
Sed quatenus licet, & possum,
Hæc lamentor & uocifero,
Obtestans dæmones, quod mihi

Filios

Filios interficiens, prohibes
Attrectareq; manibus, & sepelire mortuos.
Quos nunquam ego cum procrearim, debuerant
A te perditos negligere.
CHOR. Multarum rerum dispensator Iupiter in Olympo. "
Multa porro insperato perficiunt Dij, "
Et quæ in expectatione erant, non perfecta sunt. "
Et eorum quæ insperata erant, inuenit exitū Deus. "
Talem quoq; euentum sortita est hæc fabula.

MEDEAE FINIS.

Digitized by Google

EVRIPIDIS HIP.
polytus Coronatus.

ARGVMENTVM.

THeſeus filius quidem erat Aethræ & Neptuni, rex uero Athenienſium. Ducens uero unã Amazonũ Hippolyten, Hippolytũ genuit pulchritudineq; & modeſtia excellentẽ. Poſtq̃ autẽ uxor uitã finiuit, ſupinduxit Cretenſem mulierẽ, Minois Cretenſiũ regis & Paſiphaes filiam, Phædram. Interim Theſeus Pallantẽ unũ conſanguineorũ cũ interfeciſſet, fugit in Trœzenẽ unà cũ uxore: ubi cõtigit Hippolytũ apud Pytheũ ali. Cũ autẽ uidiſſet adoleſcentẽ Phædra, in cõcupiſcentiã prolapſa eſt, nõ impudica exiſtens, implens uero Veneris iracundiã. quæ Hippolytũ propter caſtitatẽ interficere uolens, Phædrã in amorẽ concitauit: finem uero cõſtitutis impoſuit. Complectens enim morbũ Phædra, tandẽ ad nutricẽ exponere coacta eſt. Ipſa uero promiſit ſe auxiliaturã. quæ præter arbitriũ colloquuta eſt cũ adoleſcentulo. Exaſperatũ uero illũ Phædra cognoſcẽs, nutricẽ obiurgauit, ſeipſam uero ſuſpendit. Quo tempore apparẽs Theſeus, et demere uolens pendentẽ, inuenit cũ ea ſuſpenſam tabulã, p quam Hippolyti ſtuprũ accuſabat, & inſidias. Fidẽ ergo habẽs ſcriptis, Hippolytum mandauit exulare, ipſe uero Neptuno precatio-

precationes fecit. Quẽ audiens deus, Hippolytum perdidit. Diana uero facta singula enarrans Theseo, ipsam quidẽ Phædrã nõ incusauit, hũc uero consolabatur, filio & muliere orbatũ. Hippolyto autẽ festũ solẽne iußit institui. Scena huius fabulæ, Thebis acta est.

PERSONAE.

Venus	Chorus ex Trœzenijs mulierib.	Alter nuncius
Phædra		Ancilla
Hippolytus	Semichorus	Nutrix Phædræ
Theseus	Nuncius	Diana.

VENVS PRAEFATVR.



Eneranda quidem hominibus, & non sine nomine
Dea uocor Venus, & intra cœlũ,
Quicunq; & pontum, finesq; Atlanticos
Habitant intra, lumen cernentes Solis,
Colentes quidem mea magnificiunt uires.
Punio uero quicunq; sapiunt in nos magnum.
Ineſt enim Deorum generi hoc,
Honorari gaudent ab hominibus.
Oſtendam uero ſermonum horum ueritatem mox.
Hic enim me Theſei filius, Amazonis fœtura
Hippolytus, caſti Pythei inſtitutio,
Solus ciuium huius terræ Trœzenæ
Dicit peßimam deorum eſſe.

Reſpuit uero connubia, neq; attingit nuptias.
Phœbi uero ſororem Dianam, Iouis filiam
Colit, maximam Deorum ducens.
Viridi uero in ſylua cum uirgine habitans ſemper,
Canibus pernicibus feras extollit terra,
Maiori quàm pro humana cõiunctus familiaritate.
Hiſce quidem non inuideo: quid enim ad me attinet?
Quæ uero in me peccauit, ulciſcar
Hippolytum hodie. Multa uero
Dudũ cũ adornauerim, non labore magno opus eſt.
Profectum enim ipſum Pythei aliquando ex ædibus
Venerabilem in conſpectum, & myſteriorum ſacra
Pandionis terram patris inclyta uxor
Videns Phædra, corde perculſa eſt
Amore graui. idq; meo conſilio.
Et antequam ueniſſet ad hanc terram Trœzeniam,
Petram apud ipſam Palladis ſublimem
Terræ huius templum Veneris conſtruxit,
Amans amorem peregre exiſtentem. Hippolytum
uero propter
In poſterum nuncupauit ſpectaculum inſtructuram.
Sed poſtquam Theſeus Cecropiam reliquit terram,
Expiationem fugiens ſanguinis Pallantidarum,
Et hoc cum uxore ultro obiens exilium,
Animum extra populum ſuum adpulit terræ:
Ibi tum ingemiſcens, & perculſa

Stimulis

Digitized by Google

Stimulis amoris misere, perit
Tacitè. Conscius uero nullus domesticorum morbi.
Sed neutiquam huic hunc amorem conuenit cadere.
Ostendam uero Theseo hanc rem, & euulgabitur.
Et hunc quidem nobis hostem naturalem
Interficiet pater uotis, quæ marinus
Rex Neptunus præbuit Theseo munus,
Nil frustra ter optaturum à Deo.
Illa uero gloriosa. sed tamen peribit
Phædra. Huius enim non pluris faciam malum,
Eo, quo minus dent mei inimici mihi
Pœnam, tantum ut mihi bene sit.
Sed aspicio enim hunc filium Thesei
Accedentem, uenationis laborem relinquentem,
Hippolytum. ex his egrediar domibus.
Frequens autē cum illo ministrorū à tergo sequens
Chorus canit, Dianam uenerans deam
Hymnis. Neq; enim scit apertas portas
Plutonis, lucem uero ultimam cernens hanc.
HIP. Sequimini cantantes, sequimini,
Iouis cœlestem Dianam filiam,
Dianam, cui curæ sumus.
CHO. O ueneranda, ueneranda, ô sanctissima
Iouis prosapia,
Salue mihi ô filia
Salue mihi Latonæ

Diana & Iouis,
Pulcherrima longe uirginum,
Quæ magnum per cœlum
Habitatis ſplendidam aulam,
Iouis auream domum.
HIP. *Salue mihi ô pulcherrima,*
Pulcherrima quæ in cœlo ſunt
Virginum ô Diana.
Tibi hanc ſertam coronam ex illibato
Prato ô domina exornans fero,
Vbi neq; paſtor poteſt paſcere greges,
Neq; uenit unquam ferrum, ſed illibatum
Apis pratum uernum penetrat,
Pudor autem pluuiatili rore excolit.
Quibus aſcititium nihil, uerum ex natura
Sapere contigit. per omnia uero ſemper
His decerpere, malis uero non fas eſt.
Quare ô chara domina, aureæ comæ
Coronam ſuſcipe, à manu pia.
Soli enim eſt hoc mihi munus mortalium.
Tecum etiam conuerſor, & tecum colloquor,
Audiens quidem uocem tuam, uultum uero non uideo tuum.
Ad finem utinam uiuam, ita ut incœpi uitam.
FAM. *Here (deos enim dominos nominare cõuenit)*
An nunquam accipies à me conſulente bene?

HIP.

HIP. Maxime. Certe enim non ſapientes uideremur
FA. Scis igitur quæ inter homines ſit lex? (utiq;.
HIP. Haud noui. qua de re me interrogas?
FAM. Odiſſe faſtũ, & quod non omnibus gratũ eſt. ««
HIP. Recte. qs uero nõ moleſtus, faſtuoſus mortaliũ? ««
FA. In facili uerò appellatione eſt ne aliqua gratia? ««
HIP. Maxima quidem, quin lucrum cũ labore breui. ««
FAM. Num etiam apud deos idem ſperas hoc?
HIP. Siquidem nos homines deorũ legibus utimur.
FAM. Quid igitur tu uenerandam deã non ſalutas?
HIP. Quam? caue uero ne quid tuum peccet os.
FAM. Hanc quæ foribus tuis inſiſtit, Venerem.
HIP. Eminus illam, caſtus cum ſim, ſaluto.
FAM. Veneranda utiq;, & inclyta apud mortales.
HIP. Alijs alius deorumq; hominumq; curæ eſt. ««
FAM. Bene ſit tibi, mentem habenti qualẽ oportet. ««
HIP. Nullus mihi placet nocte uenerãdus, deorum. ««
FAM. Honoribus ô fili deorum uti conuenit. ««
HIP. Abite aſſeclæ, & ingredientes domum ««
Cibum curate. Iucunda poſt uenationem ««
Menſa plena. Quin curare conuenit ««
Equos, ut ſub curru iungens,
Cibo ſatur, exerceam utilia.
Tuam uero Venerem longe ego ualere iubeo.
FAM. Nos uero, iuuenes enim non ſunt imitandi,
Sapientes, ſic ut conuenit ſeruos uota facere,

Vota

Vota facimus tuis hisce statuis,
» Domina Venus. Conuenit uero ueniam dare,
» Si quis præ iuuenta, uiscera rigida portans,
» Stulta dixerit. dissimula hoc audire.
» Sapientiores enim hominibus conuenit esse deos.
CHO. Oceani quædam aquam
Profundens petra celebris est,
Repletum urnis fluidum fontem
Emittens ex petris,
Vbi mihi quædam erat cognata
Pulchras uestes
Fluuiatili aspergine
Lauans, calidæ uero super ramenta petræ
Apricæ deposuit. Vnde mihi
Primum fama uenit, reginam
Confectam morbosa
Cubatione, corpus intra continere
Domum, tenuibus uero strophijs lentum
Caput opacare.
Tertia præterea ipsam audio
Hoc per pulcherrimum
Os die,
Cereris à fructibus corpus castum seruare,
Occultoq; dolore mortis eam uelle
Appellere ad terminum miserum.
Tu enim numine agitaris ô hera,

Sine

Siue ex Pane, siue ex Hecate,
Aut ex furiosis Corybantibus,
Aut ex matre montana impetuosa Cybele,
Quin tu à, bestijs quæ abundat,
Diana, negligentia
Prophana non oblatarum placentarum, agitaris.
Fertur enim & per aquam,
Terramq́, super pelagi
Turbinibus humidum salum.
Aut maritum Erechthidarum
Ducem, illum nobilem,
Damno afficit quispiam domi
Furtiua Venere tuorum lectorum.
Aut nauta quispiam nauigauit
Creta soluens uir,
Ad portum commodissimum nautis,
Famam mittens reginæ.
Dolore uero ob calamitates
Lecto uincta est anima.
Solet uero inuersæ mulierum
Complexioni malum infœlix
Fastidium adesse.
Propter puerperium, & amentiam, per meum
Venit aliquando uentrem hæc aura,
Fauentem puerperis diuinam
Sagittandi peritam

Lucinam

Lucinam inuocabam.
Et mihi admiranda
Semper fauentibus Dijs succurrit.
Sed hæc nutrix uetula ante fores,
Hanc deducens extra domos,
Triſtem uero ſupercilij nubem auget.
Quid nam ſit diſcere cupit anima,
Quid ſibi uult
Corpus deforme reginæ?
NVT. O miſeria hominum, triſtesq; ægritudines.
Quid ego faciam? aut quid non faciam?
Hæc tibi clara lux, hic æther.
Extra uero domum, iam ægræ cubilia cubationis.
Huc enim uenire, omne uerbum erat tibi.
Statim uero in lectum feſtinabis iterum.
Mox enim impingis, neq; ulla re gaudes.
Neq; tibi placet quod adeſt, abſens autem
» Dulcius exiſtimas. Facilius ægrotare, quam ægro-
» tum curare.
» Hoc enim eſt ſimplex, huic uero adhæret
» Dolorq; animi, manuumq; labor.
» Tota uero miſera uita hominum,
» Neq; eſt requies laborum.
» Verum quid aliud hac uita dulcius,
» Tenebræ circundantes occultant nubibus.
» Non amantes uidemur eſſe

Huius,

Digitized by Google

Huius, eo quod hoc lucet sub terra, ee
Propter inexperientiam alterius uitæ, ee
Propterq; nullam euidentiã quæ sub terra sunt. ee
Fabulas uero frustra perturbamur. ee
PHAE. Sustollite meum corpus, erigite caput.
Dissoluor membrorum uinculo, ô charæ,
Prehendite formosas manus, ô famulæ,
Graue est capitis mei uelamentum habere,
Deme, expande capillos. eheu.
NVT. Bono sis animo filia, & ne difficulter
Dissice corpus.
Facilius uero morbum cum tranquillitate, ee
Et generoso animo feres. ee
Ferre molestiam hominibus necessitas est. ee
PHAE. Quomodo nam roscido à fonte
Puræ aquæ poculum haurirem?
Et quomodo sub alnis, & in herboso
Prato recumbens requiescerem?
NVT. O filia, quid clamas?
Nequaquam apud turbam hæc emittas,
Insaniæ obnoxium emittens sermonem.
PHAE. Mitte me in montem, abeo ad syluam,
Et ad pinus, ubi fericidæ
Canes lustrant,
Varijs ceruis adpropinquantes.
Per deos, cupio canes infremere,

Et

Et secundum flauam comam iaculari
Thessalum uenabulum,
Cuspide insertum habens in manu ferrum.
NVT. Quid nam ô filia hæc curas?
Quid uenationis ad te attinet exercitatio?
Cur fontanos latices appetis.
Adest enim roscida iuxta turres iugis
Excelsa rupes, unde tibi potio fiet.
PHAE. Præses sanctæ ô Diana Limnæ,
Et gymnasiorum pulsatorum ab equis,
Vtinam essem in tua area
Equos Venetos domans.
NVT. Quid hoc iterum demens dixisti dictum?
Nunc iam quidem montem conscendens ad feras
Desiderium habes, nunc iterum arenis
In aridis equos appetis.
Hæc magna digna diuinatione,
Quispiam te deorum diuexat,
Et amputat animum, ô filia.
PHAE. Infœlix ego, quid nam egi?
Quò aberrauit à mente bona?
Insaniui, corrui, dæmonis noxa.
Heu heu, infœlix
Nutrix, iterum meum obtege caput,
Pudet enim dictorum mihi.
Vela. ab oculis mihi lachrymæ ueniunt,

Digitized by Google

Et ad pudorem oculus uertitur.
Resipiscere enim, animum offendit. ce
Porro insanire, malum. Sed præstat ce
Non sentientem perire. ce
NVT. Velo. sed meum quando mors
Corpus obteget?
Multa enim me longa uita docet. ce
Oportebat enim mediocres in se mutuò ce
Amicitias mortales temperare, ce
Et non ad intimam medullam animæ. ce
Solubiles uero esse amores animi, ce
Et facile dimouendos, & intendendos. ce
Cæterum pro duabus unam dolere ce
Animam graue pondus, quemadmodum & ego ce
Valde doleo super hac. ce
Vitæ porro nimias exercitationes ce
Dicunt obesse magis, quàm prodesse: ce
Et cum ualetudine magis belligerari. ce
Sic quod nimium, minus adprobo, ce
Eo quod Ne quid nimis. ce
Et assentiuntur sapientes mihi. ce
CHO. Mulier senex reginæ fida nutrix
Phædræ, uidemus hanc miseram fortunam.
Obscurum uero nobis, qui nam sit morbus.
Te uero interrogare & audire uolumus.
NVT. Nescio redarguens. non enim eloqui uult.

Digitized by Google

CHO. Neq; quod principium huius ægritudinis fuit
NVT. Eódē recidis. Omnia enim obtícet hæc. (rit?
CHO. Vt & imbecillis sit, & contabuerit corpore?
NVT. Quid ni? tertiū enim iam existens ieiuna diē.
CHO. Vtrum à noxa, aut mori ut conetur?
NVT. Mori. à cibo abstinet ad defectum uitæ.
CHO. Rem miram dixisti, si hæc sufficiunt marito.
NVT. Occultat enim hæc dolorē, neq; fatetur ægrò
CHO. Hic uerò in multū nō conijcit aspiciēs? (tare.
NVT. Peregre enim hac abest terra.
CHO. Tu uerò, non uim adhibes, conans
Aegritudinem percontari huius, & errorē mentis?
NVT. Omnia experta sum, & nihil profeci.
Non tamen amittam neq; nunc alacritatem,
Vt præsens mihi tu quoq; contesteris
Qualis sim male habentibus dominis.
Sed ô cara filia, priorum quidem dictorum
Obliuiscamur ambo. Et tuq; lætior fias,
Triste supercilium soluens, & sententiæ uiam:
Egoq; quatenus non bene tibi tum dixi,
Dimittens, ad alium eo meliorem sermonem.
Et si quidem ægrotas quiddam arcanorum malorū,
Mulieres hæ promptæ sunt ad curandum morbum.
Si uerò proferenda tibi calamitas ad uiros,
Dic, ut res medicis designetur hæc.
Age, quid retices? non conuenit tacere, ô filia.

Ver-

Verum aut me redarguere, si quid non bene dico:
Aut his benedictis locum dare sermonibus.
Loquere, quid? huc respice. me miseram.
O fœminæ, frustra hos subimus labores,
Pari modo absumus à prioribus. neq; enim antea
Verbis mouebatur hæc, nunc etiam non paret.
Sed scias profectò, ad hæc truculentior
Es mari, si moriaris prodens tuos
Liberos, paternæ non participes facultatis.
Certe peregrinam equestrem Amazonem,
Quæ tuis liberis dominum genuit
Spurium, sed tamen bene sapientẽ, nouisti illũ bene
Hippolytum. PHAE. Heu mihi. NVT. An mouet
hoc te?
PHAE. Perdidisti me ô nutrix, & te. Per deos
De hoc uiro posthac rogo taceas.
NVT. Vides? sentis quidẽ recte, sed sentiens, nõ uis
Filios q; iuuare, & tuam seruare uitam.
PHAE. Amo liberos. alia uerò in calamitate uersor.
NVT. Castas quidem ô filia manus à sanguine fers.
PHAE. Manus quidem puræ, mens autem pollutionem quandam habet.
NVT. Num ex læsione aliena inimicorum alicuius?
PHAE. Amicus me perdit, inuitus inuitam.
NVT. Theseus quod peccauit in te peccatum?
PHAE. Vtinã ego male in illum agens, non uiderer.

Digitized by Google

NVT. Quæ nam diritas hæc est, quæ te cogit mori?
PHAE. Sine me peccare, non enim in te pecco.
NVT. Minime lubens, sed in te deficiam.
PHAE. Quid facis? uim infers à manu pendens?
NVT. Et tua genua non dimittam unquam.
PHAE. Mala, ô misera tibi, si hæc audieris mala.
NVT. Maius enim quàm te priuari, quod mihi malum?
PHAE. Enecas. hæc quidem res mihi honorẽ affert.
NVT. Occultas quid, rem bonam rogante me?
PHAE. Ex honestis enim turpia molimur.
NVT. Itaq; narrans, honestior uideberis.
PHAE. Abi per deos, dextramq; meam omitte.
NVT. Minime, nam mihi donum nondum dedisti quod conueniebat.
PHAE. Dabo. reuerentiã enim manus reuereor tui.
NVT. Taceo utiq; iam, tuus enim inde uenit sermo.
PHAE. O infœlix, qualem mater amasti amorem?
NVT. O filia, quem habuit tauri? quid significas?
PHAE. Tuq; ô misera soror, Dionysij coniunx.
NVT. O filia, quid pateris? cõsanguineos cõuiciaris.
PHAE. Tertia uero ego infœlix ut pereo?
NVT. Profectò attonita sum, quò procedat oratio?
PHAE. Iam inde nos, non nuper infœlices sumus.
NVT. Nihil maius noui, quæ audire cupio.

PHAE.

Digitized by Google

PHAE. Hem. quomodo tu mihi diceres quæ me conueniret dicere?
NVT. Non uates sum, obscura ut cognoscam clare.
PHAE. Quid hoc quod dicunt homines amare? ‹‹
NVT. Iucundissimum ô filia hoc, calamitosum idē. ‹‹
PHAE. Nos certe altero modo utimur.
NVT. Quid ais? amas'ne ô filia hominem aliquem?
PHAE. Qui nam iste est filius Amazonis?
NVT. Hippolytum nominas? PHAE. A' te hæc, non ex me audis.
NVT. Hei mihi, quid dicis ô filia? quàm me perdidisti.
O mulieres, non toleranda. non sustinebo
Viuens inimicum diem, inimicum aspicio diem.
Abijciam, dimittam corpus. Defungar
Vita moriens. ualete, non amplius sum ego.
Pudici enim non uolentes, sed tamen ‹‹
Mala appetunt. Venus non certe est dea, ‹‹
Sed si quid aliud maius deo,
Quæ illam, & me, & domum perdidit.
CHO. Audisti ô, audisti ô, non dicendas
Reginam passiones miseras dicentem.
Vtinam perijssem ego, antequam tua regina
Concidisset animo. Eheu, eheu
O misera propter hos dolores,
O labores alentes homines.

Perijsti, produxisti in lucem mala.
Quæ te longæua hæc ætas manet?
Peragetur quid nouum ædibus.
Obscura non amplius est quatenus perdit fortuna,
Veneris. ô misera filia Cretensis.
PHAE. Trœzeniæ mulieres, quæ hoc ultimum
Habitatis regionis Peloponnesiacæ uestibulum,
Iam sæpe fortuitò noctis in longo tempore,
Mortalium dispexi quomodo corrumpatur uita.
Et mihi uidentur non ex animi natura
» Peccare. Est enim hoc bene sapere
» Plærisq;, sed hac ratione considerandæ hæc.
» Quæ bona sunt scimus & cognoscimus,
» Operibus non elaboramus. Hi quidē propter socor-
» Hi uerò, uoluptatē præponentes honesto (diam:
» Aliam quandam. Sunt uerò uoluptates multæ uitæ,
» Longaq; colloquia, & ocium iucundum malum,
» Verecundiaq;. geminæ uerò sunt, alia quidem non
mala,
» Altera domorum onus. Si uerò tempus esset cer-
tum,
Non quidem duæ essent hæ quæ scribuntur.
Hæc itaq; postquam sentio sapiens ego,
Non est quali pharmaco corruptura
Sim, ut in diuersum ueniam animum.
Dicam uerò & tibi mei propositi uiam.

Ex

Ex quo me amor uulnerauit, considerabam ut
Commodissime ferrem eum. incœpi itaq;
Exinde reticere hunc, et occultare morbum.
Linguæ enim nulla fides, quæ externa quidem "
Consilia hominum corrigere nouit, "
A se ipsa uerò plurima pœnitet mala. "
Secundò, amentiam bene ferre, "
Ipsa modestia uincens, statui. "
Tertiò, cum his effici non posset, "
Venerem uincere, mori uisum est mihi "
Optimum. Nemo contradicat meo decreto. "
Mihi enim contingat, neq; latêre uirtutes, "
Neq; turpia agenti testes multos habere "
Hoc opus noui, & ægritudinem infamem,
Mulierq; ad hæc existens, probe scio
Odium omnium. Sic pereat pessime, "
Quæ erga uiros incœpit dedecorare lectum "
Prima exteros. ex nobilibus domibus "
Hoc uerò incœpit mulieribus fieri malum. "
Quando enim turpia præstantioribus probantur, "
Profectò ualde uidebuntur deterioribus esse opti- "
ma.
Odi porro & pudicas uerbis tenus, "
Clam uerò audacia non honesta præditas, "
Quæ quomodo aliquãdo, ô domina marina Venus, "
Aspiciunt uultum maritorum, "

» Neq; tenebras horrent cooperatrices,
» Cubiliaq; domuum, ne quo modo uocem dimittant.
» Nos enim hoc ipsum perdet, ô charæ,
» Ne unquam uirum meum dedecorans deprehendar, /
» Non filios, quos peperi. sed liberè
» Ingenuitate florentes, habitent ciuitatem
» Inclitarum Athenarum, propter matrem glorioſi.
» Mancipat enim uirum, etiam ſi magnanimus ſit
» Quum conſcius fuerit matris aut patris uitiorum.
» Solum hoc aiunt certare cum uita,
» Si cui adeſt iuſta & honeſta mens.
» Malos autem mortalium reuelat quando fortuna,
» Proponens ſpeculum tanquam uirgo iuuenis,
» Tempus. apud quos nunquam utinam comprehendar ego.
» CHO. Papæ, pudicitia ut ubiq; honeſta
» Et gloriam bonam apud mortales acquirit.
NVT. O domina, mihi calamitas quidem recens
Tua, exhibuit grauem repente timorem.
» Nunc uero reſipiſco, tarda exiſtens. nam apud mortales
» Alteræ ſemper cogitationes, ſapientiores.
Nihil ultra cæteros, neq; extra rationem
Paſſa es. iræ uero in te irruerunt Deæ.
Amas? quid hoc mirum? cum multis mortalibus.
Et deinde propter amorem, uitam perdes?

Nos

Non certe, non utile esset amantibus, proximos
Quicunq; amaturi sunt, num mori eos utile esset?
Venus enim ferre non potest, si nimia affluxerit, ‹‹
Quæ succumbentem tacite accipit. ‹‹
Quem uero eximium & fastuosum inuenerit, ‹‹
Hunc arripiens, quomodo existimas tractat? ‹‹
Vnit quidem per ætherem. est in marino ‹‹
Æstu Venus. Omnia uero ex hac nata sunt. ‹‹
Hæc illa est, quæ seminat & dat amorem, ‹‹
Ex qua omnes sumus qui in terra nati. ‹‹
Quotquot itaq; scripturas priscorum ‹‹
Habent, ipsiq; sunt in Musis semper, ‹‹
Sciunt quidem, Iupiter quod olim amauit matri- ‹‹
monium
Semeles. Sciunt præterea, quod arripuit olim ‹‹
Pulchriluca Cephalum ad deos Aurora, ‹‹
Amoris gratia. Sed tamen in cœlo ‹‹
Habitant, neq; fugiunt eminus deos: ‹‹
Quin gaudent existimo, hac calamitate uicti. ‹‹
Tu uero non tolerabis? conueniebat te istis condi-
tionibus
Patrem plantare, aut sub dominis Dijs
Alijs, si non hosce probas ritus.
Quot existimas ualde præditos sapientia, ‹‹
Viciatos uidentes lectos, dissimulare uidere? ‹‹
Quot uero liberis parentes peccantibus, ‹‹

» Vnà portasse onus Veneris? Inter sapientes enim
» Hoc est mortalium, latêre inhonesta.
» Neque elaborare utique conuenit uitam nimis homines.
» Neq; tectum enim, cuius sublimes domus,
» Nimis diligenter conficiunt. In fortunam autem
» Incidẽs tamã tu, quomodo enim emergere existimas?
» Verum si pleraq; bona malorum haberes
» Homo existens, nimis fœlix esses.
» Quare ô filia chara, desinas quidem ineptire,
» Desinas lasciuire. nihil enim aliud quàm lasciuia
» Hæc sunt, fœliciorem Dijs esse uelle.
» Perfer uero amans, deus uoluit hæc.
» Aegrotans uero, bene morbum hunc ad finem duc.
» Sunt incantationes, & sermones amatorij.
» Apparebit quoddam huius remedium pestis.
» Profectò utiq; uiri serò inuenient,
» Nisi mulieres fraudes inueniremus,
CHO. Phædra loquitur quidem hæc utiliora
Ad præsentem casum. laudo uero te.
Hæc uerò laus magis incommoda sermonibus
Huius, & tibi tristior auditu.
» PH. Hoc est quod mortaliũ bene ciuitates cõditas,
» Et domus perdit, nimis elaboratæ orationes,
» Neq; enim auribus iucunda conuenit dicere,
» Sed ex quo aliquis glorioſus fit.

NVT.

Digitized by Google

NVT. Quid ſeuera loqueris? non orationibus ornatis
Opus eſt tibi, ſed uiro. ſtatim diſpiciendum
Rectum qui efferant de te ſermonem.
Si enim non eſſet tibi in calamitate uita
Hæc, modeſtáq; exiſtens eſſes mulier,
Nunquam lectum propter, ac reuerentiam tuam
Duxiſſem utiq; te huc. Nunc uero magnum eſt,
Seruare uitam tuam: nec inuidioſum hoc.
PHAE. O indigna quæ dixiſti, non concludes os?
Et non omittes in poſterum turpiſſima uerba?
NVT. Turpia, uerũ meliora honeſtis hæc ſunt tibi.
Melius uero opus, ſi ſeruet te,
Quàm nomen, quo tu moriaris inſoleſcens.
PHAE. Et ne per deos (bene enim dicis, ſed turpia)
Progrediaris ultra hæc, quoniam obfirmaui bene
Animum contra amorem. ſed turpia ſi dixeris bene,
In hoc, quod fugio nunc, deueniam.
NV. Si tibi decretũ eſt, conueniebat quidẽ non pec-
Si nõ, pareto mihi. ſecunda enim hæc gratia. (care:
Sunt domi pharmaca lenientia
Amorem: uenit hoc modò mihi in mentem:
Quæ te neq; turpiter, neq; læſione mentis
Leuabunt hoc morbo. ſi tu non ſis ignaua.
Oportet autem ex illo deſiderato,
Pignus, aut dictum aliquod, aut à ueſtibus

Capere.

Capere, coniungereq; ex duabus unam gratiam.
PHAE. Vtrum uero inungendum, aut bibendum pharmacum?
NVT. Nescio. frui, non discere uelis, ô filia.
PHAE. Vereor ne mihi nimis sis sapiens.
NVT. Quod omnia metuas, scias. quid uero tabes?
PHAE. Ne mihi quid Thesei ex his indices filio.
NVT. Desine ô filia. hæc ego faciam probe.
Tantum tu mihi domina Pontica Venus
Adiutrix sis. cætera uero quæ ego calleo,
Qui intus sunt nobis sufficit dicere amicis.
CHO. O amor, amor, qui per oculos
Instillus desiderium, introducens dulcem
Animæ amorem, quibus repugnas,
Ne mihi unquam cum malo appareas,
Neq; inconcinnus ueniss.
Neq; enim ignis, neq;
Astrorum sublime iaculum,
Quale Veneris,
Iaculat eminus
Amor Iouis filius.
Frustra sæpenumero iuxta Alpheum,
Phœbiq; in Pythijs ædibus,
Bouinam cædem Græcia cumulat.
Amorem uero tyrannum uirorum,
Veneris filium,

Charisi-

Digitized by Google

Charissimorum thalamorum
Cubicularium non colimus.
Depopulantem, & per quas libet
Grassantem calamitates
Mortalibus, quando uenerit.
Equidem in Oechalia
Puellam non copulatam lectis,
Carentem uiro prius, &
Nullæ desponsatam domui,
Copulans strenuam cursorem,
Naidem, tanquam Bacchicam,
Cum sanguine, cum fumo,
Cruentisq; Hymenæis,
Alcmenæ filio Venus tradidit.
O infœlix propter nuptias.
O Thebæ sacræ
Murus, ô os Dirces,
Potestis dicere, qualiter
Venus ueniat.
Intonat enim candenti fulmine, parentem
A Ioue nati Bacchi
Nubentem, fato
Letali sopiuit.
Diriter enim omnia inspirat, apis
Quædam uelut circumuolans.
PHAE. *Silete ô mulieres. perijmus.*

CHO.

CHO. Quid nam est Phædra graue in domo tua?
PHAE. Cõtinete uocẽ. uocẽ illorũ q intus sunt perdã
CHO. Taceo, hoc certe proœmiũ mauspicatũ. (scã.
PHAE. Hei mihi, æ, æ, æ, æ.
O misera, propter mala mea.
CHO. Quam uociferaris uociferationem?
Quem clamas sermonem?
Dic quæ exterret te
Fama mulier, mentem concitans?
PHAE. Perijmus, hisce insistentes foribus.
Audite qualis tumultus domi accidat.
CHO. Tu pone fores. tibi
Curæ est emissa
Vox è domo.
Sed dic, dic mihi,
Quid nam contigit mali?
PHAE. Equestris filius Amazonis clamat,
Hippolytus, grauiter obiurgans ancillam.
CHO. Vociferationem quidem audio,
Manifeste uero non possum
Exaudire uocem.
Per portas iuit,
Iuit tibi clamor.
PHAE. Atqui clare malorum conciliatricem
Heri prodidisse eloquitur lectum.
CHO. Hei mihi malorum,

Prodit

Prodita es, ô chara.
Quid tibi consulam?
Occulta enim patuerunt. tu uero perijsti.
PHAE. Heu, heu. e, e. CHO. Prodita es ab amicis.
PHAE. Perdidit me, dicens calamitates meas,
Amicè, sed non commode hunc sanans morbum.
CHO. Quomodo igitur? qd ages, patiens perplexa?
PHAE. Nescio, præter unum, mori quàm ocyssimè
Præsentis calamitatis remedium solum.
HIP. O tellus mater, solisq; radij,
Qualium sermonum nefandam audiui uocem.
NVT. Tace, ô fili, anteq̃ quis intelligat uociferatio-
HIP. Non est audiens dira quod taceam. (nem.
NVT. Certè per te, perq; dextrã tuã pulcherrimã.
HIP. Nequaq̃ protendas manũ, neq; attingas uestes.
NVT. O te per genua, ne me perdas.
HIP. Cur taceãt siquidẽ, ut ais, nil mali loquuta es?
NVT. Sermo, ô fili, nequaquam communis hic.
HIP. Honesta apud multitudinem pulchrius dicere.
NVT. O fili, iuramentum nequaquam neglexeris.
HIP. Lingua iurauit, mens iniurata est.
NVT. O fili, quid ages? tuos amicos perdes?
HIP. Abominor, nemo iniustus est mihi amicus.
NVT. Da ueniam. Peccare pr homines, ô fili.
HIP. O Iupiter, qd nã adulterinũ hominib. malum,
Mulieres, ad solis lucem habitare fecisti?

„ Si enim humanum uoluisti seminare genus,
„ Non ex mulieribus oportuit creare hoc.
„ Verum offerentes tuis in templis mortales,
„ Aut æs, aut ferrum, aut auri pondus,
„ Filiorum emere semen, pro muneris oblati
„ Dignitate unumquemq; : in ædibus uero
„ Habitare liberis, à mulieribus procul.
„ Nunc uero in ædes primum perniciem
„ Ducturi, facultates domesticas exponimus.
„ In hoc uero patet, quod mulier pernicies est magna.
„ Proposita enim qui genuit & aluit pater,
„ Dote, relegat, ut liberetur ab hac peste.
„ Ille rursus qui accipit sæuum domum malum,
„ Gaudet, ornatum adponens simulachro
„ Ornatum pessimo, & uestibus ornat,
„ Miser diuitias domus exhauriens.
„ Habet uero necessitatem, ut affinis bonis
„ Soceris, lubens seruet molestum lectum:
„ Aut bonam uxorem, aut malos soceros
„ Accipiens, occultat bono infortunium.
„ Optimum uero cui nihil, uerum inutilis
„ Stolida domi collocatur uxor.
„ Nam sapientem odio. neq; enim domi meæ
„ Sit sapientior, quàm mulierem conuenit.
„ Vafriciem enim magis indit Venus
„ Sapientibus. stolida uero mulier,

Ex animo

Ex animo imbecilli stultitia priuatur. ¶
Conueniebat mulieres ancillâ quidẽ non accedere, ¶
Sed cum illis mutas habitare feras ¶
Bestiàs, ne possent alloqui quenquam, ¶
Neq; ex illo uicissim responsum accipere. ¶
Nunc quidem hæc domi statuunt male mala ¶
Consilia, foràs uerò proferunt ancillæ. ¶
Quemadmodum & tu quidem ad nos patris ô malum caput,
Coniugij intacti uenisti ad conciliationes.
Quæ ego uiuo fonte abstergam,
In aures stillans. Qui enim fierem malus, ¶
Qui neq; audiens hæc, castum esse mihi uideor? ¶
Bene uerò scias, mea te pietas seruat, ô mulier. ¶
Si enim istr amento deorum non obstrictus inuentus fuissem,
Non continerem, quo minus hæc dicerem patri.
Nunc uerò è domo abest, peregrè profectus
Theseus, abeo. tacite uerò continebimus os.
Aspiciam uerò cum patre ueniens pede,
Quomodo ipsum aspicies, & tu & domina tua.
Tuæ audaciæ autem sciam gustum habens.
Pereatis. Odium habens nunquam implebor ¶
Mulieres, neq; si dicat quis me eadem semper dicere, ¶
Vsq; enim illæ sunt malæ. ¶
Aut nunc quispiam eas bonas esse doceat,

Digitized by Google

Aut me finat illas usq; incessere.
CHO. Miserae, ô infœlicia mulierum fata,
Quam nunc aut artem habemus, aut sermonem,
Frustratæ nodum soluendo orationis?
PHAE. Damus pœnas, ô tellus, ô lux.
Quo nam effugiam calamitates?
Quomodo occultabo, ô charæ, damnum?
Quis nam deorum auxiliator, aut quis mortalium
Cooperator iniustorum operum
Aderit? clades enim nobis
Præsens, inexplicabilisq; adest uitæ.
Infœliciβima mulierum ego.
CHO. Eheu, actū est, & non peractæ sunt relictæ ar-
O domina, tuæ famulæ male autem habent. (tes,
PHAE. O peßima omnium, & amicorū perditrix,
Qualia feciſti mihi. Iupiter progenitor meus
Funditus comminuat te, feriens fulmine.
Non iuβi? nonne tuam præcogitaui mentem,
Tacere, propter quæ nunc ego pudefio?
Tu uerò non suſtinuiſti. profecto iam non glorioſe
Morieмur, ueruм opus est mihi nouis sermonibus.
Hic enim ira correptatus animum,
Dicet de nobis patri peccata.
Dicet porro Iheo seni clades,
Et complebit omnem terram turpiβima fama.
Pereas & tu quicunq; inuitos amicos

Peratus

Paratus est non bene beneficijs afficere.
NVT. Hera, potes quidem mea incusare mala.
Hoc enim quod mordet, tuam intelligentiam uincit.
Habeo & ad hæc, si admittes, dicere.
Alui te, & beneuola sum: huius autem morbi tibi
Quærens inueni remedium, non quæ uolui.
Quod si bene rem gessissem, ualde inter sapientes
esse m,
Secundum fortunam enim afflictæ sumus.
PHAE. An iusta sunt hæc, & sufficientia mihi?
Vulnerantem nos, dein ad colloquium uenire?
NVT. Longa oratione utimur. non sapiens fui ego.
Verum sunt & ex his, ut serueris, ô filia.
PHAE. Desine loqui. namq; antea quoq; non recte
Consuluisti mihi, & aggressa es mala.
Sed ex medio facesse, & te ipsam
Cura. ego enim mea curabo probè.
Vos uerò puellæ inclytæ Trœzeniæ,
Tantum mihi exhibete roganti.
Tacite occultate, quæ hic audistis.
CHO. Iuro per uenerandam Dianam Iouis filiam,
Nihil malorum tuorum in lucem laturam unquam.
PHAE. Bene dixisti. unum uerò in omnes partes me
uertens ego,
Inuentum huius calamitatis habeo.
Vt inclytam quidem liberis addam uitam,

Vt ipſa iuuet ad præſentem caſum.
Nunquam enim dedecorabo Cretenſes domus,
Neq; in conſpectum Theſei ueniam,
In turpibus factis, propter animam unam.
CHO. Quod uerò factura es immedicabile malum?
PHAE. Mori. ſed quo pacto hoc adminiſtrabo?
CHO. Ominata loqueris. PHAE. Et tu bene me cõ- (moneto.
Ego uerò Venerem, quæ perdit me,
Vita deſuncta hoc in die
Oblectabor. Acerbo uerò amore uincor.
Cæterum malum alteri inferam
Moriens: ut ſciat, malis in meis non
Altus eſſe. Aegritudinis uerò huius mihi
Communiter particeps, ſapere ut diſcat.
CHO. Profundis in latibulis utinam ſim,
Vt me alatam auem,
Deus in fluuiatili turma faceret,
Tollar uerò ſupra ponticum fluctum,
Adriatici littoris, & Eridani aquam,
Vbi purpureos ſtillant
In fluctus, tres patris mieræ
Puellæ. Phaethontis luctu, per lachrymas
Lucidos ex electro ſplendores.
Heſperidum uerò ad pomiferum littus
Perueniens puellarum caneatricum,
Vbi Neptunus purpurei lacus

Nautis

Nautis non amplius uiam præbet grauem,
Finem habens cœli,
Quod Atlas sustinet,
Et ubi fontes ambrosiæ scaturiunt
Iouis atriorum iuxta cubilia.
Vbi fœcunda producit, diuina
Terra fœlicitatem dijs.
O alba uela habens Cretensis
Nauis, quæ per ponticos
Fluctus undisonos maris
Traduxisti meam reginam
Diuitibus è domibus,
Malo in nuptijs successu.
Aut enim ab utraq; terra,
Aut saltem Cretica à terra infausta
Nauigauit ad inclytas Athenas.
Munychij uerò in littore ligarunt
Torta rudentum principia,
Ad continentem terram iuerunt.
Ex quo incesto amore
Misera animo Veneris,
Ex morbo perfracta est.
Ex misera uerò impotens existens
Calamitate, nuptialibus
A' thalamis pensilem
Annectet laqueum,

Albæ adaptans ceruici,
Grauem deam ueneranſ,
Hanc glorioſam aſſumens
Famam, liberansq;
A triſti animum amore.
FAM. Auxilio accurrite omnes qui prope adeſtis,
In laqueo domina, Theſei uxor.
CHO. Eheu, actum eſt, regina non amplius uiuit
Mulier, penſilibus laqueis ſuſpenſa.
NVN. Non feſtinabitis? non afferet quis anceps
Ferrum, quo hunc nodum ſoluamus ceruicis?
SEMI. Amicæ, quid agimus? num placet irrumpere
Soluereq; reginam ex contractis laqueis? (domũ?
SEMI. Ecquid non adſunt miniſtri iuuenes?
Curioſum eſſe, periculoſum uitæ.
NVN. Dirigite porrigentes infœlix cadaver,
Triſte hoc miniſterium heris meis.
CHO. Perijt infœlix, ut audio, mulier.
Iam enim ut cadauer ipſam extendunt.
THES. Mulieres, ſcitis quis ſit in domo clamor?
Gemitus grauis miniſtrorum ad me peruenit.
Non enim me tanquam recentem hoſpitem dignatur
Portis apertis læte alloqui. (domus
Num Pythei quiddam noui ſenio accidit?
Prouectæ enim iam ætatis eſt. ſed tamen adhuc utiq;
Triſtis nobis, hæc ſi relinqueret ædes.

Non

CHO. Non ad senes tibi hæc pertingit fortuna,
O Theseus. Iuuenes mortui, dolore afficiunt te.
THE. Hei mihi, liberorũ mihi nũquis priuatur uita?
CHO. Viuunt, mortua matre: tristißimum tibi.
THE. Quid ais? perijt ne uxor? quo casu?
CHO. Laqueum pensilem ceruici adnexuit.
THE. Dolore afflicta, aut à calamitate qua?
CHO. Tantum scimus. modo enim & ego ad domũ
O Theseus adsum, tuorum malorum præfica.
THE. Eheu. Quid igitur hisce coronatus capite
Intextis fŏlijs, infœlix hospes existens?
Relaxate claustra famuli portarum,
Soluite compagines, ut uideam infœlix cadauer
Vxoris, quæ me moriens perdidit.
CHO. Io, Io. Misera propter misera mala
Passa es, cum feciſti
Hunc, ut hanc conturbares domum,
(Hem audaciam, uiolenter mortua, impia calami-
Tua manu nexum misera. (tate)
Quis nam tuam miseram obscurat uitam?
THE. Hei mihi propter clades, quas passus sum. ô
Hæc pessima malorũ meorũ. ô fortuna, (misera,
Quàm mihi grauis, & domui insistis,
Macula nefanda ex malo dæmone quodam,
Calamitate me opprimet non uiuenda uita.
Malorum uerò miser pelagus aspicio

Tantum, ut nunquam enatare possim iterum,
Neq; euadere fluctum huius calamitatis.
Soluite uestes, ut uideam triste spectaculum.
Quem sermonem miser, quam fortunam tuam
Grauissimam miser alloqui possum?
Auis enim ueluti quædam è manibus elapsa es,
Saltum ad Plutonem tristem saliens mihi.
Tristia tristia mala hæc.
Ex anteactis calamitatem fero
Malam, deorum peccatis
Veterum meorum cuiusdam.
CHO. Non tibi hæc, ô rex, soli acciderunt mala.
Multis cum alijs amisisti prudentem uxorem.
THE. Ad subterraneas uelim, subterraneas tenebras
Habitare, morte moriens miser,
Tua priuatus charissima conuersatione.
Perdidisti enim magis, quàm perdita sis tu.
Ex quo audiam? unde lætalis casus
O mulier, tuum uenerit ad miserum cor?
Dicere quis possit rem actam? aut frustra turbam
Contineat regia domus ministrorum meorum?
Hei mihi, tui gratia. Infœlix,
Qualem uidi dolorem domus,
Non tolerabilem, infandum? uerum perij.
Desolata domus, & liberi priuati sunt.
CHO. Reliquisti, reliquisti ô charissima mulierum,

Optimaq;

Digitized by Google

Optimáq́, quaſcunq; aſpicit
Lumen ſoliſq́;
Et noctis radians luna.
Io miſera, ah miſera, quantum malum habet domus.
Lachrymis meæ palpebræ
Obfuſæ, madefiunt tuo caſu.
Sed aliud ſuper hoc malum metuo dudum. (nu?
THE. Sine, ſine. Quid nã hæc tabula ex charamæ
Pendens, uult? quid indicare mali uel noui?
Nimirum de lecto mihi & liberis epiſtolas
Scripſit infœlix, deprecans?
Confide miſera. connubium enim Theſei,
Non eſt, & domum, quæ ingrediatur mulier.
Atqui impreßio anuli aurei
Huius iam mortuæ, placat me.
Age explicatis uinculis ſigilli,
Videam quid dicere uelit hæc tabula mihi.
CHO. Papæ, hoc iterum recens ex ſucceſſu
Subinfert deus inter mala cætera. mihi utiq;
Non uiuenda uitæ fortuna ad hunc caſum
Contingat utinam. perditam enim non amplius quæ
eſt uoco,
Meorum principum domum.
O deus, ſi ullo fiat modo, ne ſubuertas domum.
Rogantem enim audi me, nam à quodam omine
Augurium tanquam uates inſpicio malum.

THE. Eheu, hoc quale aliud, ad malum, malum?
Non tolerabile, non dicendum, ô miser ego.
CHO. Quid rei est? dic, si quid ad me pertinet.
THE. Clamat. clamat tabula intoleranda. quò fugiã
Pondus malorum? nam periens ego pereo.
Quale quale uidi in literis uerbum
Loquens, ego miser?
CHO. Ae, æ. malorum ducem profers sermonem.
THE. Hoc quidem oris intra septa non amplius
Continebo non emissum, dirum dirum
Malum. ô ciuitas, ciuitas patria,
Hippolytus lectum meum ausus est attingere
Per uim, uenerandum Iouis oculum non uenerans?
Verum ô pater Neptune, quas mihi olim
Imprecationes promisisti tres, una perde
Harum, meum filium. diem non effugiat
Hanc, si quidem nobis certas præbuisti promissiones.
CHO. O rex. reuoca ista per deos iterum.
Cognosces enim errans in posterum. mihi pareto.
THE. Non erit, & insuper eijciam illũ ex hac terra.
Duobus è fatis altero ferietur.
Aut enim Neptunus illum ad Plutonis ædes
Mortuum mittet, meas imprecationes colens:
Aut hac regione eiectus errans,
Hospitam per terram, tristem hauriet uitam.
CHO. Atqui hic ipse filius tuus opportune adest

Hippolytus,

Hippolytus. Iram uero remitte malam, ô rex.
Theseu: hoc quod optimum est, consule tuis ædibus.
HIP. Clamorem audiens tuum, ueni pater
Celere. rem enim, propter quam nunc gemis,
Non noui. cuperem uero ex te audire.
Ebem, quid rei? tuam uxorem uideo pater
Mortuam? maxima admiratione hoc dignum,
Quam modo in hac reliqui luce.
Nondum tempus antiquum aspexit.
Quid ei accidit? quo morbo perijt?
O pater, audire cupio à te.
Obtices? Silentij uero non opus est in malis. ee
Cor enim desiderans omnia audire, ee
Et in malis cupidum esse inuenitur. ee
Non certè amicos, & plusquam amicos,
Occultare decet tuum ô pater infortunium.
THE. O in multis peccantes homines frustra.
Quid nam artes quidem innumeras docetis, ee
Atq; omnia molimini, & excogitatis, ee
Vnum uero nescitis, neq; adepti estis unquam, ee
Sapere docere, quibus non adest mens. ee
HIP. Bonũ præceptorẽ dixeris, quisquis bene sapere
Stultos ualeat cogere. ee
Verum non in tempore subtiliter loqueris, pater.
Metuo ne tua lingua superetur malis. (dam
THE. Heu. oportuit mortalib. amicorũ indiciũ quod ee

Certum

» Certum esse, & cognitionem mentis,
» Et qui uerus sit, quiue non, amicus.
» Duplices uero uoces omnes homines habere,
» Vnam quidem iustam, alteram ita ut est.
» Vt ea quæ moliretur iniusta, redargueretur
» A iusta, & non deciperemur.
HIP. Nimirum aliquis in tuam aurem me detulit
Amicorum, laboramus autem non existentes fontes.
Certè obstupeo, tua enim exterrent me
Verba, alternantia absurda animum.
THE. Papæ, humana quò procedetur mente?
» Qui finis audaciæ & confidentiæ erit?
» Si enim uniuscuiusq; uiri uita magis intumescet,
» Insequens uero priori excellenter
» Nequior erit, Dijs adijcere terræ huic
» Aliam opus erit terram, quæ capiat
» Iniustos & malos existentes.
Videte uero in hunc, qui ex me natus est.
Fœdauit meum lectum, & redarguitur
Ab ipsa mortua manifeste pessimus existens.
Ostende uero, quandoquidem ad piaculum uenisti,
Tuum inultum huc ex aduerso patri.
Tu ne cum Dijs, tanquam uir esses eximius,
Consuetudinem habebas? tu modestus, & uitiorum
expers?
Non credam tuæ iactantiæ ego.

Dijs

Digitized by Google

Dijs addis inſcitiam ſapiendi male.
Iam nunc gloriare, & per eſum inanimatarum
Cibis ſucum ducito. Orphea præceptorem habens,
Orgia Bacchi celebra, multi ſtudij colens furnos,
Quoniam in crimine deprehenſus es. hos ego
Fugiendos eſſe proclamo omnibus. aucupiũ enim fa-
Seueris uerbis, turpia molientes. (ciunt
Mortua eſt hæc. hoc te ſeruare exiſtimas.
In hoc deprehenderis plurimum, ô peßime tu.
Quæ enim iuramenta potiora? qui ſermones,
Huius fieri queant, ut crimen hoc effugias?
Odiſſe dices hanc, & illegitimos natales
Legitimis tuos inuiſos extitiſſe.
Malam enim eam mutatricem uitæ dicis,
Si odio tui charißimum perdidit.
Verum quod ſtultitia uiris non indita ſit,
Mulieribus uero innata ſit? noui ego iuuenes
Nihil mulieribus eſſe firmiores,
Quando commouerit Venus pubeſcentem animum.
Quod uero mares, hoc excuſati ſunt.
Quid igitur? quid per iſta tuis cõtẽdo ſermonibus?
Mortuo præſente teſte certißimo.
Fuge ex terra hac quam citißimè exul,
Neq; Athenas à Dijs ædificatas ueniás,
Neq; in terminos terræ ubi mea imperat haſta.
Si enim affectu motus hac in re à te uincar,

Non

Non teſtabitur me Iſthmius Simnis unquam
Interfeciſſe eum, uerum iactare fruſtra.
Neq; mari contigua Scironiæ
Dicent petræ, malis me inſeſtum eſſe.
» CHO. Neſcio quomodo dicam beatum eſſe quenquã
» Mortaliũ. ea enim quæ prima fuerũt, retroacta ſunt
HIP. Pater, uis quidẽ affectioq; tui animi, (rurſum.
Vehemens eſt hæc utiq; res, habens multa uerba,
Si quis explicuerit, non honeſtum eſt hoc.
Ego uero inidoneus ad turbam facere uerba,
Ad coætaneos uero aliquantulum peritior.
» Habet uero cauſam & hoc. Inter ſapientes enim
» Inepti, apud turbam peritiores ad dicendum.
Sed tantum neceſſe eſt calamitate præſente,
Linguam me emittere. Primũ autem incipiã dicere,
Vnde me oppugnaſti prius tanquam ſuperaturum,
Et non reſponſurum. Aſpicis lumen hoc,
Et terram. in hiſce non eſt uir me,
Tametſi tu neges, continentior natus.
Scio enim primum deos colere,
Amiciſq; uti, non iniuriam inferre conantibus,
Verum quibus ineſt pudor, neq; nunciare mala,
Neq; uiciſſim efficere turpia, iis qui utuntur,
Non irriſor commilitonum, ô pater:
Sed idem & præſentibus & abſentibus ſum amicus.
Vnius uero intactus, cuius me nũc cõuincere cenſes.

A Vene-

A' Venere enim in hunc diem caſtum corpus.
Neq; noui actionem iſtam, præterquã uerbis audiẽs,
Picturáq; uidens. Neq; hæc quidẽ ad conſiderandũ
Promptus ſum, uirginalem animum habens.
Si iam continentia mea perſuadet te fortaſis,
Oportet te oſtendere, quomodo corrupta ſit.
Vtruin, huius corpus formoſitate' præſtiterit
Omnibus mulieribus? aut tuam incolere domum,
Ditiſſimam uxorem ſumens, ſperaui?
Sultus ſanè fuerim, nil planè ſentiens.
Verum, quod tyrannidem agere, iucundũ eruditis?
Minime, niſi quod mentes corrupit "
Mortalium, quibus arridet tyrannis. "
Ego uerò uertamina quidem uincere Græcanica
Primus cuperem, in repub. uero ſecundus
Cum primarijs bene habere ſemper amicis.
Agere enim fœliciter licet. periculum uero abſens,
Maiorem præbet quàm tyrannis uoluptatem.
Vnũ nondũ dictũ eſt, quod ad me. cætera uero habes.
Siquidem eſſet mihi teſtis, qualis ego ſum,
Et hac uiuente periclitarer,
Re ipſa uideres impios proſpiciens.
Nunc uero per Iouẽ, qui iuramentis præeſt, & terrã
Iuro, tuas nunquam attigiſſe nuptias,
Neq; uoluiſſe, neq; in animum accepiſſe.
Aut utiq; peream ignobilis, non nominatus,

Abſq;

Absq; urbe, sine domo, exul, pererrans terram,
Neq; mare, neq; terra admittat meas me
Carnes mortuo, si malus sum uir.
Si ergo hæc timens perdidit uitam,
Nescio. mihi enim non fas est dicere ultra.
» Sapuit, cum non sapuisset.
» Nos uera cum simus sapientes, non bene tractamur.
CHO. Sufficienter dixisti criminis depulsionem,
Iuramento præstito, fidem non paruam deorum.
THE. An non incantator & ueneficus hic est?
Qui meam credidit religione iuramenti
Animam persuadere, parentem dedecorans?
HIP. Quin te ualde hac in re admiror pater.
Si enim tu filius esses, ego uero tuus pater,
Interfecissem utiq; te, neq; auxilio mulctassem,
Si modò uxorem meam tangere ausus esses.
THE. Quàm præclare hoc dixisti? non sic morieris,
Quemadmodum tu tibi hanc præscripsisti legem.
» Cita enim mors, gratissima misero homini.
Verum extra patriam miser, exul, errans terram,
Alienam ad terram fastidiosam uiues uitam.
» Merces enim hæc est uiro impio.
HIP. Quid ages? neq; indicem tempus
Admittes de nobis? uerum eijcis me terra?
THE. Imò ultra Oceanum, & fines Atlanticos,
Si quomodo possim. sic tuum fastidio caput.

HIP.

Digitized by Google

HIP. Neq; iuramentum neq; fidem, neq; uatum
Sermones accipiens, indemnatum me terra eijcies?
THE. Tabula hæc quæ sortes non admittit,
Accusat te fideliter. supra autem caput
Euntes uolucres, multum ualere iubeo.
HIP. O dij, quid ergo meum non soluo os?
Qui à uobis perco, quos colo.
An non omnino non parebo necessitati?
Frustra uero iuramenta confunderem, quæ iuraui.
THE. Hei mihi. reuerentia quantum me perdit tua.
Non abis paternam quàm celerrime extra terram?
Quò me miser uertam? cuius hospitis
Domum ingrediar, hoc crimine reus?
THE. Quicunq; uxorum corruptoribus gaudet,
Hospites adsumens, & cooperatores malorum.
HIP. Ae, æ. ad eparˌ ad lacrhymasq; prope hoc,
Si iam malus existimor, & uideor tibi. (portebat,
THE. Tunc ingemiscere, & antè rem cognoscere o-
Quando cũ paterna uxore petulanter agere ausus es.
HIP. O domus, utinam uocem emitteretis mihi,
Et testimonium præberetis, si malus sim uir.
THE. Ad muta testimonia fugis? manifeste
Hoc scelus, nil dicens, te indicat malum.
HIP. Papæ. utinam liceret mihi aspicere coram
Stantem, qualiter fleo, qualiter patimur mala.
THE. Imo longe magis teipsum doceres colere

Digitized by Google

Parentes, quàm iusta facere, iustus existens.
HIP. O infœlix mater, ô amara genitalia,
Nullus unquam sit amicorum meorum spurius.
THE. Non trahitis istum ô famuli? non auditis,
Dudum in exilium [illegible]ciendum hunc, prædicente me?
HIP. Plorans aliquis ipsorum, attinget me.
Tu uero ipse, si tibi animus, expelle terra.
THE. Faciam hæc, nisi meis parueris uerbis.
Nulla enim misericordia me tui subit exilij.
HIP. Decretum est, ut apparet. me miserum,
Quàm noui hæc quidem, noui autem non quomodo dicam.
O charissima mihi dearum Latonæ filia,
Considere, mecum uenari solita, exulamus iam
Inclytas Athenas. Verum uale ô ciuitas,
Et terra Erechthei, ô terra Trœzenia,
Quàm iuuenes educare multa habes fœlicia,
Vale. postremò enim te aspiciens alloquor.
O iuuenes, mei huius terræ coætanei,
Salutate nos, & deducite è terra,
Quoniam nunquam alium uirum continentiorem
Videbitis, & si hæc meo non uidentur patri.
CHO. Certè mirifice mihi deorum
Prouidentia, quoties in animum uenit,
Tristitias adimit.
Sapientiam uero quandam spe occultans,

Deficio,

Digitized by Google

Deficio, fortunas mortalium
Et opera spectans.
Alia enim iam mutantur.
Commutatur uero uiris uita,
Erratilis semper.
Vtinam mihi supplicanti
Diuinitus hæc Parca præbeat,
Fortunam bonam,
Et expertem doloribus animum.
Gloria uero neq; insignis, neq; rursus
Adulterina conti[illegible]t.
Facilem uiuendi modum in crastinum diem
Commutans, semper
Vitam beatam cum cæteris degam.
Non amplius enim puram
Mentem habeo. nam præter spem uideo,
Ex quo Græcanicarum
Lucidissimam stellam Athenarum
Vidimus, uidimus ex patris ira
Aliam ad terram tendentem.
O harenæ ciuici littoris
Montanáq; sylua, quò cum canibus
Velocibus pedibus ascendit
Cum dea bestias tollens,
Dianam iuxta uenerandam.

Non posthac copulationem
Equorum Venetorum adibit,
Circa Limnense curriculum
Regens pede certatores equos,
Musa uero insomnis sub iugo chordarum
Desinet patria in domo,
Incoronatæ uero filiæ aræ
Latonæ densa in sylua.
Nuptiales uero pericrunt thalami
Exilio tuo. delecto certamina puellis.
Ego uero tuo infortunio
Lachrymis perferam
Fatum infandum. O infœlix
Mater, peperisti inutilia, ebeu.
Iraſcor dijs ipſis.
Io io, amicitiæ conciliatrices Gratiæ,
Quid hunc miserum ex patria terra
Nullius criminis reum,
Mittitis ab hac domo?
SEMI. Atqui ministrum Hippolyti hunc uideo
Celeriter tristem ad domum contendentem.
NVN. Vbi terræ huius imperatorem Theseа ueniens
Inuenire queam, ô mulieres. siquidem scitis, mihi
Ostendite. num in hisce ædibus?
CHO. Hic ipse extra domum proficiscitur.
NVN. Thesеu, sollicitudine dignum affero nuncium,

Tibi

Tibi & ciuibus, quiq; Athenienſium ciuitatem
Habitant, & terminos terræ Trœzeniæ.
THE. Quid nam eſt? num aliqua calamitas recentior
Duas occupauit uicinas ciuitates?
NVN. Hippolytus perijt, ut uno uerbo dicam.
Vidit quidem lumen paruo momento.
THE. A quo? per odium num quis eſt aſſequutus?
Cuius uxorem ui uiolauit, ut patris?
NVN. Proprium ipſum perdidit curruũ uehiculum,
Imprecationesq; tui oris, quas tu tuo patri
Maris imperatori de filio uouiſti.
THE. O Dij, ô Neptune, quàm certè es pater meus,
Recte audiens meas diras imprecationes.
Quomodo etiam perijt, dicito quomodo ſupplicij
Percuſſit illum, factis dedecorantem me?
NVN. Nos quidem littus fluctuoſum prope,
Strigilibus equorum pectinabamus crines,
Flentes. aduenit enim quidam nuncius dicens,
Quod non amplius in hac terra uerſaretur
Hippolytus, ex te miſerum habens exilium.
Hic aduenit idem lachrymabile afferens nuncium
Nobis ad littora, ingens uero comitans
Amicorum ſimul adducebat coæqualium cœtus.
Tandem uero dixit, deſinens à luctu:
Quid hæc lamentor? parendum eſt patris edictis,
Parate equos curribus iuga ferentes,

Famuli. Ciuitas enim non amplius hæc est mihi.
Exinde sanè omnis uir festinabat.
Et citius dicto, expeditas
Equas iuxta ipsum dominum ponimus.
Adprehendit igitur manibus habenas à curru,
Cum ipsis ocreis adaptans pedem.
Et primum quidem ad deos dixit passis manibus:
Iupiter, non amplius sim, si inimicus sum uir.
Resciscat uero pater, quod indigne nos contumelia no
Siue mortuos, siue uiuentes. (tet.
Atq; cum hoc simul stimulum in manus sumens,
Equis inflixit. Famuli uero pone currum
Prope frenum sequebamur dominum,
Quod rectà ducit Argos & Epidaurium iter.
Postquam autem desertam regionem ingressi sumus,
Littus quoddam est ultra terram hanc,
Ad sinum iam pergens Saronicum. (gnus
Inde quispiam sonus terrestris, tanquam uox Iouis, ma
Grauem fremitum edidit, horrendum auditu.
Erectumq; caput erexerunt, auresq; ad cœlum
Equi. apud nos uero erat trepidatio iuuenilis,
Vnde nam esset sonitus. ad fluctuosa uero
Littora respicientes, sacrum magnumq; uidemus
Fluctum cœlo imminentem, ut priuaretur
Saronica littora oculus meus aspicere.
Occultabat uero Isthmum, & arcem Aesculapij.

Et

Et deinde tumescens, & circum circà spumam
Magnam ebulliens marino æstu
Fertur ad littus, ubi quatuor equorũ erat uehiculum.
Ipsa uero cum fluctu & maxima procella
Fluctus exposuit taurum, immane monstrum,
Cuius tota quidem terra uocc impleta
Horrendum resonabat. Aspicientibus uero
Maius spectaculum oculis uisu uidebatur.
Statim uero equis grauis incidit timor.
Et herus quidem in equestri arte
Diu uersatus, arripuit habenas manibus.
Retinet uero, tanquam clauum nauta,
Loris retro propendens corpus.
Equæ uero immordentes frena ignita maxillis
Vi ruunt, neq; aurigæ manum,
Neq; restes, neq; conglutinatos currus
Curantes. & siquidem ad plana
Terræ dirigens gubernacula dirigeret currum,
Prius apparebat de facie, ut auerterent,
Taurus, formidine quatuor equorum currere faciens
Si uero ad petras ferrentur, furentes animo, (currũ.
Tacitè accedens currum consectabatur
Eò usq; donec impegit & impediuit
Impingens saxo curuaturam rotæ uehiculi.
Confusa uero erant omnia, fistulæq; sursum
Rotarum subsilierunt, axiumq; clami.

Digitized by Google

Ipſe uero miſer habenis implicitus,
Vinculo inexplicabili trahitur ligatus,
Infringens quidem ad ſaxa charum caput,
Vulnerans uero carnes, miſera proloquens auditu.
State, ô præſepibus meis nutritæ,
Ne me perdatis. ô patris miſera imprecatio.
Quis uirum me optimum uult ſeruare præſens?
Multi autem uolentes, nimis tardo pede
Relinquebamur. & hic quidem, ex uinculis ſolutus
Sectis loris, non uidi quo nam modo
Cadit, paruam uitam ſpirans adhuc.
Equi autem abſconditi ſunt, & infœlix caput
Tauri, ultra ardua neſcio quomodo terræ.
Seruus quidem igitur ego tuarum ædium, ô rex,
Verum non tantum quæ am unquam
Tuum perſuaderi filium eſſe improbum.
Neq; ſi mulierum omne ſuſpenderetur genus,
Et in Ida literis quiſpiam impleret
Syluam, quoniam ipſum probum exiſtentem ſcio.
CHO. Ae, æ. Peractæ ſunt calamitates nouorum ma-
Neq; eſt Parcæ & neceſſitatis euaſio. (lorum.
THE. Odio quidem uiri qui paſſus eſt hæc,
Sermonibus ſum delectatus hiſce. nunc uero reuerens
Deosq; illumq;, huius gratia quod ex me fit,
Neq; lætor hiſce, neq; doleo malis. (ſerum
NVN. Quomodo igitur afferre, aut quid conuenit mi

Patientes

Patientes nos, tuo gratificari animo?
Cura, meis uero utens consilijs,
Non sæuus in tuum filium miserum eris.
THE. Afferte illum, ut coràm aspiciens,
Meum negantem polluisse lectum,
Dictis redarguam, Deorumq; casu.
CHO. Tu deorum inflexibilem animum
Et mortalium commoues, ô Venus. Vna uerò tecum
Ille uariegatis pennis ornatus circumuolitans
Velocißimis alis.
Volat namq; super terram, sonorumq;
Salsum super mare.
Demulcet uero amor, cui furenti corde
Volatilis ui aduenerit,
Auri instar radians, natura
Montanarum beluarum
Marinarumq; & quæcunq; terra nutrit,
Quam sol ardens cernit,
Vrosq;: omnium uero
Imperium, honorem ô Venus
Horum sola obtines.
DIA. Te patricium Aegei iubeo
Filium auscultare.
Latonæ uero filia te Diana uocat.
O Theseu, quid miser hisce collætaris?
Filium non sanctè tuum qui occidisti,

Falsis sermonibus persuasus uxoris,
Incerto. certum uero nactus crimen.
Quomodo non sub terræ tartara occultas
Corpus, pudore motus?
Aut alatus sursum mutas uitam,
Et pedem extra crimen hoc fers?
Quoniam inter bonos uiros, non tibi
Comparata uitæ pars est.
Audi ô Thesçu, tuorum malorum constitutionem.
Atqui exprobrabo nihil, condolebo potius tibi.
Verum propter hoc ueni, filij ut ostendam animum
Tui iustum, quod glorioſe mortuus est:
Et tuæ uxoris insaniam, aut quodammodo
Generositatem. inimiciſsimæ enim dearum
Nobis, quibuscunq; uirgineæ uoluptas,
Stimulis agitata filium amauit tuum.
Ratione uero uincere Venerem curans,
Nutricis perijt non lubens techna,
Et tuo, accepto iuramento, filio indicat morbum.
Hic uero perinde ut erat iustum, non pariit
Sermonibus. neq; postea à te afflictus,
Iuramentis abstulit fidem, pius existens.
Illa uero in redargutionem ne caderet metuens,
Falsam scripturam scripsit, & perdidit
Dolo tuum filium, sed tamen persuasit te.
THE. Eheu. DIA. Mordet te ô Thesçu sermo. sed mane,

Exinde

Digitized by Google

Exinde audiens ut doleas magis.
Nũ scis patris tres imprecationes ratas cũ habueris?
Quarum unam immisisti ô pessime tu
In filium tuum, cum liceret in hostem aliquem.
Pater quidem tibi marinus cupiens bene,
Dedit quantum licuit, quandoquidem promiserat.
Tu uero in illo, & in me uideris malus,
Qui neq; fidem, neq; uatum uocem
Expectasti. neq; probasti, non tempori sequenti
Considerationem attribuisti, sed citius quàm te conuenichat,
Imprecationes immisisti in filiũ, et interfecisti.
THE. *Domina, utinam peritẽ.* DIA. *Grauia egisti, sed*
Adhuc licet te horum ueniam consequi. (*tamen*
Venus enim uoluit ut fierent hæc,
Implens animum. Dijs uero sic mos est. "
Nullus obuiam ire uult cupiditati, "
Ei qui aliquid uult, sed decedimus semper. "
Quoniam bene scias, Iouem non expauescens,
Nunquam deuenisse ad hoc turpitudinis,
Vt uirum omnium charissimum mihi mortalium,
Mori fiuisse. Tuum uero peccatum,
Quod non sciuisti quidem, absoluit à crimine.
Secundò mortua impendit mulier
Sermonum redargutiones, ut tuũ persuaderet animũ.
In primis nunc quidem tibi hæc acciderunt mala.

Dolor

Digitized by Google

» Dolor uero & mihi est. Iustis enim Dij
» Mortuis non gaudent, impios autem
» Simul cum liberis & domo perdimus.
CHO. Atqui miser ille iam adpropinquat,
Carnibus teneris
Et flauo capite dilaceratus.
O labor domus, qualis perfectus est,
Geminus atrijs
Luctus diuinitus accidit.
HIP. Papæ, papæ, heu, heu.
Miser ego ex iniqui
Oraculis iniquis laceratus sum.
Perij miser, heu mihi.
Per meum caput ruunt dolores,
Per cerebrum salit inflammatio.
Quiesce, fatigatum corpus ut refocillem.
He, hc. O triste uehiculum equestre, meæ
Iumentum manus,
Me perdidisti & occidisti.
Eheu, per deos quæso, ô famuli, sensim
Corpus ulceroſum attrectate manibus.
Quis imminet lateri è dextra parte?
Apte me portate. Aequaliter uero ducite
Me miserum, & execratum
Patris peccato. Iupiter ô Iupiter uides ne hæc?
Hic religiosus ego, & deorum cultor,

Hic

Hic ille castitate omnes superans,
Certò ad Plutonem abeo, omnino
Perdita uita.
Labores uero frustra huius eximiæ religionis
Erga homines exercui.
Ae, æ, æ, æ.
Iterum nunc me dolor, dolor accedit.
Dimittite miserum.
Et mihi mors uoluptas aderit.
Interficite me in totum, perdite hunc infœlicem.
Ancipiti hasta cupio
Fato fungi,
Et meam sopire uitam.
O patris mei misera imprecatio,
Sceleroſorumq; consanguineorum,
Priscorum progenitorum
In me nunc finitur peccatum, neq; cessat.
Et assequitur me, cur tandem non
Existentem reum malorum?
Heu me me. Quid dicam?
Quomodo liberabo uitam
Meam ab hoc grauissimo dolore?
Vtinam me consopiret infœlicem
Plutonis nigra, nocturnaq; necessitas.
DIA. O miser, quali calamitati conuinctus es?
Ingenuitas tui animi te perdidit.

Hem

HIP. Hem, ô diuinum odoris ſpiritum. etenim in malis
Exiſtens ſentio te, & refocillatus ſum corpore.
Eſt ædibus in iſtis Diana dea.
DIA. O infœlix, eſt tibi chariſſima deorum,
HIP. Cernis ne me ô domina, ut affectus ſim, miſerum?
DIA. Video, ab oculis uero non phas eſt mittere la-
HIP. Non eſt tibi uenator, neq; miniſter. (chrymam.
DIA. Minime. ſed certè miſer periſti.
HIP. Neq; eſt equorum gubernator, neq; ſtatuarum
DIA. Venus enim uerſipellis ſic ſtatuit. (cuſtos.
HIP. Eheu, ſentio tandem deam, quæ me perdidit.
DIA. De honore conqueſta eſt. caſto uero inuidit.
HIP. Tres exiſtentes nos, perdidit (intellexi) Venus.
DIA. Et patrem, & te, tertiamq; uxorem.
HIP. Deploro igitur & patris infortunium.
DIA. Deceptus eſt deæ conſilijs.
HIP. O infœlix tu, propter hanc calamitatem, pater.
THE. Perij fili. nulla mihi uoluptas uitæ.
HIP. Lugeo te magis quàm me, propter errorem
THE. Vtinam fierem, ô fili, pro te mortuus.
HIP. O dona patris tui Neptuni acerba.
THE. Nunquam uenifſet utinam in meum os.
HIP. Ecquid? interfeciſſes me. ita tum eras iratus.
THE. Opinione enim à Dijs eramus decepti.
HIP. Eheu, utinã eſſet ad execrãdũ deos efficax mor-
DIA. Sine. neq; enim terræ ſub caliginẽ, (tale genus.

Deæ

Dæ inultæ Veneris ex uoluntate
Iræ sæuiunt in tuum corpus,
Propter tuam pietatem, & boni animi gratia.
Ego enim ipsius alium mea manu,
Qui longe charissimus extiterit mortalium,
Arcubus ineuitabilibus ulciscar hisce.
Tibi uero ô miser pro hisce ærumnose malis,
Honores maximos in urbe Trœzenia,
Dabo. puellæ enim innuptæ ante nuptias,
Comas abradent tibi per longum æuum,
Luctus maximos lachrymarum peragentes.
Semper uero musica in te uirginum
Erit cura, & non sine nomine qui cecidit
Amor Phædræ in te tacebitur.
Tu uero ô antiqui fili Aegei, cape
Tuum filium in ulnas, & amplectere.
Inuitus enim perdidisti illum. Hominibus uero, ‹‹
Dijs autoribus licet peccare. ‹‹
Et tibi præcipio, patrem non odisse tuum,
Hippolyte: habes enim fatum, quo perditus sis.
Et uale. mihi enim non phas est percuntes uidere,
Neq; oculos polluere letali anhelitu.
Video autem te iam prope huic malo esse.
HIP. Gaudens & tu abi uirgo beata,
Diuinam uero utinam facile relinquas conuersationẽ.
Soluo uero contentionem cum patre, iubente te.

Etc-

Digitized by Google

Etenim antea tuis parui dictis.
Oculis me occupant iam tenebræ.
Cape pater mi, & compone corpus.
THE. Eheu fili, quid facis mihi infœlici?
HIP. Perij. & iam inferorum uideo portas.
THE. An me um pollutum relinquens animum?
HIP. Minime, quandoquidem te hâc libero cæde.
THE. Quid ais? dimittis me à cæde liberum?
HIP. Quæ arcubus domat Dianam testor.
THE. O charißime, quàm generoſus appares patri.
HIP. O uale & tu, uale longum mihi pater.
THE. Eheu animi tui & pij, & ſtrenui.
HIP. Huiuſmodi uero liberos legitimos precare adipi (ſci.
THE. Ne nunc prodas me, ô fili, ſed mane.
HIP. Paſſæ ſunt res meæ, perij enim pater.
Occultato uero meam faciem quàm primum peplis.
THE. O inclyti Athenarum, Palladiſq; termini,
Quali orbabimini uiro, ô miſer ego.
Quam multum ô Venus tuorum malorum meminero.
CHO. Publicus hic dolor omnibus ciuibus
Venit inſperatò.
Multarum lachrymarum erit frequentia.
» Illuſtrium enim uirorum dignæ luctu
» Virtutes, magis afficiunt.

HIPPOLYTI FINIS.

Digitized by Google

EVRIPIDIS
Alceſtis.

ARGVMENTVM.

APollo petijt à Parcis, ut Admetus morituru⁹, exhiberet aliquem pro ſe morituru⁹, ut par tempus cũ priori tempore uiueret. Et Alceſtis uxor tradidit ſeipſam, neutro parentum uolente pro filio mori. Nõ multo pòſt, cum hæc calamitas accideret, Hercules accedens, & diſcens à quodam miniſtro quæ Alceſtidi acciderant, pergit ad ſepulchrum, & mortem ſecedere faciens, ueſte tegit mulierem. Admetum uero rogabat, accipientem conſeruare. ceciſſe autem ipſam pro præmio luctæ dicebat. Nolente autem illo, reuelans, oſtendit quam lugebat.

PERSONAE.

Apollo	Alceſtis
Charon	Famulus
Chorus	Admetus
Semichorus	Eumelus
Famula Alceſtidis	Hercules
	Pheres.

Digitized by Google

PRAEFATVR APOLLO.



Admeti domus, in quibus
Sustinui ego
Mercenariã mensam laudare, deus
quamuis existens.
Iupiter enim qui interfecit filium
meum, autor,
Aesculapium, pectoribus iniiciens flammam,
Ob quem iratus, fabros diuini ignis
Interficio Cyclopas: & me seruire pater
Mortalem apud uirum pro expiatione horũ coëgit.
Profectus uerò ad terram hanc, boues pascebam ho-
Et hanc sospitaui domum in hoc diei. (spitij.
Sancti enim uiri sancta erat,
Filij Pheretis, quem mori liberaui, (deæ.
Parcas fraude capiens. Adprobauerunt enim mihi
Admetum, Plutonem modò imminentem effugiturũ.
Omnes uerò cõprobans, & exploràns amicos,
Patrem, & anum quæ illum genera uit matrem,
Non inuenit præter uxorem, quæ uoluit
Mori pro illo, non amplius aspicere lumen.
Quæ nunc in domo manibus portatur
Frigescens: hoc enim eam in die
Mori fatatum est, & secedere ex uita.
Ego uerò, ne pollutio in domo me offendat,
Relinquo regiæ hoc charissimum tectum.

Sed

Sed ecce iam ipſam mortem aſpicio prope,
Sacerdotem mortuorũ, quæ ipſam ad Plutonis domũ
Deductura eſt. Commenſurato uerò aduenit
Obſeruans hunc diem, quo mori ipſam fatum eſt.
CHA. Quid tu iuxta atria,
Quid tu hic uerſaris?
O Phœbe. iniurius es iterum, honores inferorum
Exterminans, & minuens.
Non ſatis fuit tibi fatum Admeti
Prohibuiſſe, Parcas fallaci
Decipienti fraude? Nunc uerò cur iterum hic
Arcitenentem manum cuſtodis armatus?
Quæ quod pollicita eſt, maritum liberans,
Eam mori pro marito Peliæ filiam.
APO. Bono animo ſis, iuſtitiam et æquitatem noui.
CHA. Quod igitur arcuum opus, ſi iuſtitiã nouiſti?
APO. Conſuetum eſt mihi ſemper hos portare.
CHA. Et biſce domibus iniuſtè adiuuare?
APO. Amici enim uiri calamitatibus doleo.
CHA. Et defraudabis me hoc altero munere?
APO. Verum neq; illum uiolenter tibi abſtuli.
CHA. Quomodo igitur ſupra terram eſt, et non infra terram?
APO. Vxorem permutans, ad quam tu nunc uenis.
CHA. Et abducam ad inferos?
APO. Accipiens abi, nõ enim noui an perſuadeã te.

Digitized by Google

CHA. Interficere quem oportet? ad hoc enim destinati sumus.
APO. Non. sed senibus mortem inferre.
CHA. Intelligo sermonem, & uoluntatem tuam.
APO. Licet igitur ut Alceſtis ad senectã perueniat?
CHA. Non eſt, honoribus & me delectari crede.
APO. Nihil plus habes, ſi unam animam acceperis.
CHA. Iuuenibus pereuntibus, maiorem accipio glo
APO. Et ſi anus perierit, magnifice ſepelietur. (riã.
CHA. Pro diuitibus Phœbe legem ſers.
APO. Quid narras? nimirũ et ſapiẽs latuiſti exiſtẽs.
CHA. Emerent utiq;, quibus copia eſt, ut ſenes morerentur.
APO. Placet igitur tibi hanc mihi dare gratiam?
CHA. Minime. nouiſti enim meos mores. ζοὐκ ἐθέλοις γε θνῄσκειν ἀντ' ἐμοῦ θέλω, οὐδ' ἐμὸν πόσιν.
APO. Inuiſos hominibus, diiſq; odioſos.
CHA. Nõ queas omnia habere, quæ tibi conueniũt.
APO. Profectò tu deſines, quamuis aſper exiſtens (ualde,
Talis Pheretis uadit ad domos uir,
Euriſtheo accerſente equeſtrem
Currum Thraciæ ex locis hybernis.
Qui nunc hoſpitio acceptus hiſce in Admeti domi- (bus,
Per uim mulierem hanc tibi auferet.
Neq; hæc à nobis tibi refretur gratia.
Facies uerò nihilominus hæc, & odio eris mihi.
CHA. Multa tu dicens, nihil plus proficies.

Hæc

Hæc igitur mulier descendit ad Plutonis domos.
Abeo uerò ad eam, ut abscindam capillum gladio. 239.
Sacer enim hic homo dijs inferis,
Cui hic gladius capitis sacrarit capillum.
CHO. Quid nam silentium ante atria?
Quid conticuit domus Admeti?
SEMI. Verum neq; amicorũ quispiam prope ullus,
Qui dicat, num mortuam
Reginam conueniat lugere, aut
Viuens adhuc lumen cernat Peliæ filia,
Alcestis, mihiq; omnibusq; optima habita mulier,
In maritum suum facta esse?
SEMI. Audit quispiam aut gemitũ, aut manuũ plan-
Per domum, aut luctuum, tanquã re acta? (ctum
SEMI. Non certe, nullus ministrorum
Stationes habet circa portas,
O utinam immunes ab hac clade,
O Pæan, uidearis.
SEMI. Neq; mortua regina tacuissent. neq;
Enim iam delatum est è domo funus.
SEMI. Vnde? non glorior. quid te confortat?
SEMI. Quomodo desertam sepulturam Admetus
Prudentis peregisset mulieris?
SEMI. Ante portas non uideo 240.
Fontanam, ut moris est,
Lotionem, ad mortuorum portas.

Digitized by Google

Setaq; nulla in ueſtibulis abſciſſa:
Quæ quidem mortuorum doloribus accidunt.
Non ſtrepit iuuenum mulierum conuentus.
SEMI. Atqui hæc conſtituta dies eſt,
Quo conueniebat ipſum ire ſub terras.
SEMI. Et quid hoc loqueris?
SEMI. Attigiſti animum, attigiſti uerò mentem.
CHO. Conuenit bonis pereuntibus
Lugere, quiſquis rectè bonus exiſtimatur.
Verum neq; nauigationem
Eſt qui terrarum uſpiam
Inſtituens, aut ad Lycian,
Aut ad aqua carentem
Iouis Hammonij ſedem,
Infœlicis liberare animam.
Mors enim non debita adpropinquat,
Deorum uerò iuxta focos.
Non habeo ad quem
Sacerdotem proficiſcar.
Solus uerò ſi lumine in hoc eſſet
Oculis cernens,
Phœbi filius, relinquens
Veniſſet ſedes tenebricoſas,
Inferniq; portas.
Mortuos enim excitabat,
Poſtquam illum cœpit Iouianum

Plectrum

Plectrum ignis fulminei.
Nunc uerò quam uitæ
Spem habebo?
Omnia iam enim perfecta sunt regibus,
Omnium uerò deorum iuxta altaria
Sanguinolentæ uictimæ plenæ,
Et non est malorum remedium ullum.
Sed hæc famularum è domo quæpiam uenit
Lachrymans, quam fortunam audiam?
Dolere enim si quid heris accidit cc
Laudabile est. an adhuc uiua est mulier, oo
An nondum perijt, scire uolumus.
FAM. *Et iuuentem dicere, & mortuam licet tibi.*
CHO. *Et quomodo idem mortuus sit, & uiuat?*
FAM. *Iam decliuis est, & frigescit.* (*beris?*
CHO. *O Infœlix, qualis quali existens uxore priua-*
FAM. *Nondum hoc nouit dominus, nondũ accidit.*
CHO. *Spes quidem nulla est seruandæ uitæ?*
FAM. *Fatalis enim dies per uim instat.*
CHO. *Num igitur ad eas res exequitur cõuenientia?*
FAM. *Ornatus paratus est, quo eam consepeliet ma-*
CHO. *Sciat sanè, quod gloriosa moritur,* (*ritus.*
Mulier longe optima earum quæ sunt sub lato sole.
FAM. *Quomodo non optima? quis aduersetur?*
Quid fieri oportet ei quæ excellens sit
Mulieri? quomodo uerò magis ostenderet quæpiam

Maritum honorans, & uolens prò illo mori?
Et hæc quidem tota nouit ciuitas.
Quæ uerò domi fecit, admiretur audiens.
Postquam enim sentiret diem costitutam
Aduenientem, fluuiatilibus aquis album corpus
Abluit. accipiens uerò ex arca cedrina
Vestem, mundumq; admodum decorè ornata est.
Et stans ante larem, precata est.
Domina, ego enim abeo sub terram,
Omnium ultimo te aduoluta precabor,
Liberos in orbitate tutari meos. et huic quidē, cha-
Des coniugē: huic uerò, generosum maritū. (ram
Neq; siquidem ut illorum genitrix perit,
Mori immaturos liberos, sed fœlices
In terra patria iucundum explere uitam.
Omnes uerò aras, quæ in Admeti sunt domibus,
Adijt, & exornauit, & supplicauit,
A' ramis abscindens mirsynis frondem,
Absq; fletu, absq; gemitu, neq; imminens
Malum immutauit corporis pulchram naturam.
Et deinde in thalamum irrumpens, & lectum,
Ibi tum lachrymauit, & dixit hæc.
O lecte, ubi uirgineam solui ego
Virginitatem ex hoc uiro, pro quo morior,
Vale. non enim odi te, perdidisti uerò me
Solam. Prodere enim te detrectans, & maritum,

Morior.

Digitized by Google

Morior. te uero alia quædam mulier possidebit,
Modesta quidem non magis, beata uero magis.
Osculatur uero aduoluta. totum uero cubile
Oculo madefacienti rigabat inundatione.
Postquam uero multis lachrymis satiata est,
Abit foras prospectans, ruens è cubili,
Et sæpe è thalamo egressa, conuersa est,
Et proiecit seipsam iterum in cubile retro.
Filij uero de peplis matris suspensi
Flebant. hæc uero, recipiens in ulnas,
Amplectebatur per nices, ut pote moritura.
Omnes uero flebant famuli per domus, πανδήμει δ' ἐμέλαθρον ὀικέ-
Dominam miserantes. illa uero dextram ται· τοῖσι δὲ σχῆμα ἦδε σέ-
Porrexit unicuiq;. Et nullus erat adeò abiectus, πτοινὸν δικλήϊσον
Quem non alloquuta sit, sed alloquutionem recepe-
perit. θεσ
Huiusmodi sunt in domo Admeti mala,
Et mortuus perijsset utiq;. effugiens uero, habet
Tantum dolorem, cuius nunquam obliuiscetur.
CHO. Nimirum ingemiscit his Admetus malis,
Bona muliere ipsum cum priuari oportet.
PAM. Luget sanè, in ulnis charam uxorem habens,
Ne se deserat rogat, & impossibilia
Petens. tabescit enim, & marcescit ægritudine.
Demittens uero manus miserum pondus,
Sed tamen quamuis modice trahens spiritum adhuc,

Subduci ad ſplendorem ſolis ſe uult,
Tanquam non amplius, ſed nunc ultimo
Radios circulumq; Solis aſpiciat.
Verum abeo. & tuam annunciabo præſentiam.
» Minime enim omnes bene cupiunt dominis,
» Vt in malis beneuoli præſtò adſint.
Tu uero es uetus dominis meis amicus.
CHO. Io Iupiter, quod remedium malorum
Fieri queat, & quæ abolitio fortunæ
Quæ adeſt dominis?
Egreditur quiſpiam, an abſcindam capillum,
Et atrum ornatum peplorum
Induamur nunc?
FAM. Manifeſta quidem amici, manifeſta. ſed tamen
» Diis ſupplicemus. Deorum
» Enim potentia maxima.
O rex Apollo
Inueni machinam quandam Admeto malorum.
Excogita iam, excogita.
Etenim ante hoc inueniſti,
Et nunc redemptor ex morte fiat.
Lætalemq; expelle Plutonem.
CHO. Fili, fili, ô fili Pheretis,
Qualia pateris uxore tua orbatus.
Ae, æ. digna quoq; cæde hæc,
Et plus quàm laqueo cernicum βρόχου ὕψηλ.

Sublimi

Sublimi adnectere. τρανίῳ πλόκῳ.
Hanc enim non charam,
Verum charissimam uxorem
Morientem in die hoc uidebis.
Sed hac iam ex domo & maritus procedit,
Ingemisce, ô uociferator, ô Pherensis terra,
Hanc optimam mulierem marcescere
Morbo, sub terram, apud inferum Plutonem.
Nunquam dicam nuptias exhilarare plus, quàm tri-
A' rebus anteactis coniecturam faciens, (stificare,
Et hasce fortunas uernens regis,
Qui optima fraudatus uxore hac,
Non uiuendam in posterum amplius uitam uiuat.
ALCE. O Sol, & ô lux diei,
Cœlestesq; turbines nebulæ uelocis.
ADM. Videt te & me, duos male habentes,
Nihil in deos peccantes, pro quo moriare.
ALCE. Terraq;, & atriorum tecta,
Nuptialesq; thori,
Patriæ Iolci.
ADM. Sustolle te ipsam, ô misera, ne deseras.
Roga uero fauentes misereri deos.
ALCE. Video biremem, uideo nauem,
Mortuorum uero portitor nixus manum conto,
Charon iam me uocat. quid cunctaris?
Festina. Tu moraris, cætera sunt parata.

Accelerans

Accelerans festina.
ADM. Eheu, tristem hanc mihi nauigationem
Narras. ô infœlix, qualia patimur.
ALCE. Trahit me, abducit me quispiam. nõ uides tu
Mortuorum ad aulam oculis luridis
Cernens uolatilis Pluto?
Quid facis? sine me, qualem uiam miserrima
Ego ingredior?
ADM. Miserabilem amicis: ex illis uero, in primis mihi,
Et liberis. quibus hic ludus in communi est.
ALCE. Dimittite, dimittite iam me. reclinate me, non ualeo
Pedibus, propè adest Pluto.
Tenebricosa uero oculis nox obrepit.
O liberi; liberi, non amplius iam,
Iam non amplius uestra mater est.
Valentes ô liberi, hanc lucem uideatis.
ADM. Eheu. hoc dictum triste audio,
Et quauis mihi morte grauius.
Ne per deos quæso sustineas me deserere,
Sed sustine. te enim mortua, non amplius fuerim.
In te uero uiuimus, & secus.
Tuam enim amicitiam in precio habemus.
ALCE. Admete (uides enim ut se res meæ habeant)
Dicere uolo tibi antequã moriar, quæ in animo habeo.

Ego

Ego te plurimi faciens, & pro mea
Vita constituens lucem hanc aspicere,
Morior pro te, cum non liceret mihi mori,
Verum uirum habere ex Thessalis, quemcunq; uoluissem,
Et domum habitare beatam tyrannide,
Nolui uiuere distracta à te
Cum filijs orphanis. neq; peperci
Auroræ habens dona, quibus delectarer.
Atqui te qui genuit, & quæ peperit, te prodiderũt.
Honestũ quidẽ ipsis mori conueniens uitæ tempus,
Et recte seruare filium, & glorioſe mori.
Solus enim ipsis eras: neq; ulla spes erat
Te mortuo, alios ut plantarent liberos.
Egoq; uiuerem, & tu in posterum
Non desolatus tua uxore lugeres,
Neq; filios orbos educasses.
Sed hæc quidem deorum quispiam fecit, ut ita se haberent.
Esto. tu uero hanc nobis refer gratiam.
Petam enim à te dignam nequaquam.
Vita enim nihil est precioſius.
Non minus, quàm ego filios, siquidem sapis,
Hos facito dominos meæ domus,
Neq; superinducas hisce nouercam liberis,
Quæ deterior existens me mulier, inuidia

Hisce

Hisce tuis & meis liberis manum injiciet.
Ne facias hæc quæso ego te.
» Inimica etiam consequens nouerca liberis
» Prius genitis, uipera nihilo clementior est.
Et filius qdē masculus, patrē habet confugiū magnū,
Quem & alloquitur, & à quo alloquitur.
Tu uero ô filia mihi, quomodo in uirginitate educaberis honeste?
Qualem adepta uxorem tuo patri,
Ne tibi quandam turpem adijciens infamiam,
Iuuentæ, in flore tuas perdat nuptias?
Minime enim mater te tradet unquam nuptum,
Neq; in partu tuo confortabit, ô filia,
» Præsens. tum enim nil matre clementius.
Oportet enim mori me. atq; hoc non in crastinum,
Neq; ad tertium mihi diem uenit malum:
Sed iam iam inter mortuos dicar.
Valentes, lœtemini. & tibi quidem marito,
Mulierem optimam licet gloriari adeptum esse:
Vobis uero ô filij, matrē natos optima. (gio.
CHO. Bono sis animo. pro hoc enim dicere nō refu-
» Faciet hæc, si modò non errauerit mente.
ADM. Erūt hæc erūt, ne metuas. quoniā te ego
Et uiuentem habui, etiam mea uxor
Sola uocaberis, & nulla loco tuo unquam
Hunc uirum sponsa Thessalica alloquetur.

Non

Non enim sic neq; patre generoso,
Neq; forma aliàs decentissima mulier.
Satis est liberorum, ut hisce fruar precor
Deos, te enim non fruimur.
Feram uero luctum non annuum hunc,
Sed usq; dum ætas mea perdurauerit, ô mulier,
Odio quidē habēs, quæ me peperit, odio habēs uero
Patrē. uerbis enim erant, non reipsa amici. (meum
Tu uero dans pro mea, charissima,
Vita, seruasti. An non mihi lugere adest,
Huiusmodi qui priuor te coniuge?
Finiam uero celebritates, compotorumq; societatē,
Et coronas, musicamq;, quæ occupabat domū meā.
Nunquam enim barbitum attingam unquam,
Neq; inducam animum ad Libycam canere
Tibiam. tu enim meæ uoluptatem exemisti uitæ.
Perita uero manu artificum, corpus tuum
Effictum, in lecto extendetur,
Cui aduoluar, & circumplicans manus,
Nomen uocans tuum, charam in ulnis
Mihi fingam uxorem habere, quamuis non habeam.
Frigidam scilicet oblectationem, sed tamen molestiā
Animæ exhaurire queam. per somnia uero
Accedens me exhilares utinā. Dulce enim est amicū
Etiam noctu uidere, quocunq; aduenerit tempore.
Si uero Orphei mihi lingua & carmen adesset,

Vt

Vt filiam Cereris, aut illius maritum
Descendissem carminibus utiq; demulcens ex inferno caperem,
Et me neq; Plutonis canis,
Neq; nauigio animarum deductor Charon
Comminuisset, priusquam in lumen te restituerem.
Verum illic exspectato me donec moriar,
Et domum parato, tanquam cohabitatura mecum.
In ijsdem enim loculis me mandabo cedrinis,
Vnà tecum ponere latera, extendere iuxta
Latera tua. Neq; enim moriens olim
Procul à te sim, sola fidelis mihi.
Atqui ego tecum luctum, ut amicus amico,
Durum simul feram huius. nam digna est.
ALCE. O filij, ipsi hæc iam audistis
Patrem dicentem, non ducturum aliam unquam
Vxorem post nos, neq; ignominia affecturum me.
ADM. Quin nunc quoq; assero, & faciam hæc.
ALCE. Super hæc, liberos manu mea accipe.
ADM. Accipio gratum munus ex chara manu.
ALCE. Tu nunc fias hisce pro me mater liberis.
ADM. Ingens sanè necessitas, te orbatis.
ALCE. O filij, cum me uiuere oportebat, descendo.
ADM. Eheu. quid agam scilicet, te desolatus?
ALCE. Tempus mitigabit te. nihil est mortuus.
ADM. Duc me tecum, per deos, infra terram.

ALCE.

Digitized by Google

ALCE. *Satis fumus nos qui morimur pro te.*
ADM. O *Deus, quali uxore me priuas.*
ALCE. *Atqui tenebricosi oculi mei obscurantur.*
ADM. *Perij, si me iam relinquis, ô mulier.*
ALCE. *Quàm non amplius superstitẽ, nihil dicerẽs*
ADM. *Erige uultũ, ne relinquas liberos tuos.* (me.
ALCE. *Non certe lubens, at ualeam liberi.*
ADM. *Respice ad eos, respice.* ALCE. *Nihil sum amplius.*
ADM. *Quid agis? relinquis?* ALCE. *Vale.*
ADM. *Perij miser.*
CHO. *Perijt. non amplius supereſt Admeti uxor.*
EVM. *Hem mihi propter infortunium, mater iam*
Descendit, non amplius est,
Pater, sub sole.
Relinquens meam uitam,
Orbam reddit infœlix.
Vide enim uide palpebras, & Extensas manus.
Auscultа, & audi,
O mater rogo te.
Ego te, ego mater nunc uoco,
Tuus ad tua ora accidit pullus.
ADM. *Eam quæ nõ audit, neq; quæ uidet. itaq; ego,*
Et uos duo, graui casu percussi sumus.
EVM. *Iuuenis ego, pater, relinquor*

Digitized by Google

A' chara desertus matre, ô
Misera qui passus sum
Ego opera.
Tuq; mihi germana puella
Passa es mecum, ô pater.
Inutilissimam uxorem duxisti, neq; senectutis
Peruenisti ad finem cum hac. perijt enim antea.
Mortua uerò te mater, perijt domus.
» CHO. O Admete, necessitas has calamitates ferre co
» Non enim primus, neq; ultimus mortalium, (git.
» Muliere optima orbatus es. cognosce uerò
» Quod omnibus nobis mori necessum est.
ADM. Scio, neq; repente malum hoc
Aduolauit. sciens uerò hæc, domitus sum dudum.
Sed enim elationem huius faciam funeris.
Adeste, & manentes, uicissim canite
Hymnum infero implacabili deo.
Omnibus uerò Thessalis, quibus ego impero,
Luctus mulieris huius particeps iubeo,
Tonsura rasili, & atro uestitu,
Et quadrigas iungite, & iubatos
Equos ferro secate ceruicis secundum crines.
Tibiarum uerò ne per urbem, non lyræ strepitus
Sit, donec luna duodecies expletur.
Non enim aliud charius sepeliam cadauere
Hoc, neq; benignius in me. digna uerò mihi

Honore.

Digitized by Google

Honore. nam mortua est pro me sola.
CHO. O Peliæ filia,
Valens mihi in Plutonis ædibus,
Sole carentem domum habites.
Sciat uerò Pluto nigricomus
Deus, qui ad remum
Et clauum senex
Mortuorum deductor sedet,
Longe mulierem optimam
Paludem Acherontiam traducens
Abiete biremi.
Sæpe te pœtæ
Celebrabunt, per quæ constat septem tonis montanam
Lyram, inq; citra lyram celebrantes hymnis,
In Sparta, orbis quando carnei
Circumuoluitur tempus mensis uernum, sublatæ
Per alteram noctem luna,
Pinguibusq; in beatis Athenis.
Tale reliquisti moriens carmen
Carminum pœtis.
Vtinam in me situm esset,
Possem uerò te ducere
Ad lucem ex Plutonis cubilibus,
Ex Cocyti fluentis,
Fluuiatili & infirma naue.

Digitized by Google

Tu enim ô sola, ô chara mulierum,
Tu itaq; sustinuisti tuum maritum pro tua permu-
Anima ex inferis leuis tibi (tare
Terra supra te cadat ô mulier.
Si uerò nouum eligat maritus lectum,
Certè ualdè mihi erit
Inuisus, liberisq; tuis,
Matre recusante
Pro filio terra occultare
Corpus, neq; patre sene,
Quem pepererunt, & noluerunt liberare
Miseri canos habentes capillos.
Tu uerò in prima iuuenta moriens iuuene marito
Huiusmodi liceat me adipisci (peris.
Coniugem charam uxorem.
Hæc enim in uita rara est pars.
HER. Ò hospites, Pherensis huius uicani terræ,
Admetum ne domi inuenio?
CHO. Domi est filius Pheretis, ô Hercules.
Sed dic, quæ necessitas te Thessalorum ciuitatem
Mittit, Pherensium urbem accedere hanc?
HER. Tirynthio quendã conficio Euristheo laborẽ.
CHO. Et quò tendis? quo connexus es errore?
HER. Ad Thracensis currũ quadrijugũ Diomedis.
CHO. Quomodo potes? num expers es hospitis?
HER. Expers. nondum Bistboniam ueni ad terram.

CHO.

CHO. Non est equos subigere te absq; pugna.
HER. Sed nõ detrectare mihi licebat labores possibiles mihi.
CHO. Occidere certe uenis, aut mori illic manebis?
HER. Non hoc certamen primum subiero ego.
CHO. Quid autem plus cum uiceris, dominum acceperis?
HER. Equos abigam domino Tirynthio.
CHO. Non facile frena imponere maxillis.
HER. Ferarum montanarum pabulum, non equorum dicis.
CHO. Præsepia uidebis sanguine maculata.
HER. Cuius uerò qui aluit filius patris gloriatur?
CHO. Martis, auratæ Thraciæ peltæ rex.
HER. Et hunc fati mei laborem dicis?
Durus enim semper, & ad arduum tendit.
Non conuenerat me cum filijs, quibus Mars pater fuit,
Pugnam cõmittere. Primum quidem, cum Lycaone:
Postea uerò cum Cygno. Hoc uerò nunc uenio
Certamen equis, dominoq; contendens.
Verum nullus est, qui Alcmenæ filium
Metuentem manum hostium unquam uideat.
CHO. Atqui hic ipse huius terræ princeps
Admetus, extra domum uadit.
ADM. Salue ô Iouis fili, Persei à sanguine.

HER. Admete, & tu salue, Thessalorum rex.
ADM. Vellem utiq;, beneuolum te esse noui.
HER. Quamobrē tonsura hac lugubri ornatus es?
ADM. Sepelire quoddam hodie uolo funus.
HER. Imò à tuis liberis pestem prohibeat Deus.
ADM. Viuunt domi filij, quos ego genui.
Her. Atqui pater longæuus num perijt?
ADM. Et ille adhuc est, & mater, ô Hercules.
HER. At non perijt Alcestis uxor tua?
ADM. Geminus de ea sermo est mihi dicere.
HER. Vtrum de mortua, an de uiua dixisti?
ADM. Et est, & non amplius est, & me tristificat.
HER. Nihil magis noui, obscura enim dicis.
ADM. Nō scis fatū, quod consequi eam in fatis est?
HER. Noui, pro te morituram pollicitam.
ADM. Quomodo igitur amplius est, siquidem hæc pollicita est?
HER. A, Ne ante tempus deplores uxorē, sed isthuc differ.
ADM. Mortua est. qui futurus est, & modo mortuus est, idem est.
HER. Seorsim & esse et contrà existimatur. (hac.
ADM. Tu hac ratione iudicas ô Hercules, ego uerò
HER. Quid ergo fles? quis amicorum mortuus est?
ADM. Mulier est, mulieris modò meminimus.
HER. Externa. an ne quæ tibi consanguinea fuit?

ADM.

Digitized by Google

ADM. Externa. sed aliàs erat necessaria domibus.
HER. Quî ergo domi tuæ amisit uitam?
ADM. Patre mortuo, illic educata est pupilla.
HER. Papæ, utinam inuenissemus te ô Admete non tristatum,
ADM. Vt quid facturus hunc subijcis sermonem?
HER. Hospitis ad aliam domum ibo.
ADM. Absit ô rex, ne tantum ueniat malum.
HER. Tristantibus molestus, si aduenerit, hospes. «
ADM. Mortui sunt mortui, sed eas domum. «
HER. Turpe est apud plorantes epulari hospites. «
ADM. Seorsim diuersoria sunt, quibus te introducemus.
HER. Omitte me, & tibi infinitas habebo gratias.
ADM. Non licet alterius te uiri ad lares ire.
Duc tu harum ædium postica
Diuersoria aperiens, illis qui præsunt dic
Ciborum ut adsit copia. Intus claudito
Ianuas interiores. Non conuenit epulantes «
Audire luctus, neq; tristari hospites. «
CHO. Quid facis, tali calamitate iam instante?
Admete, audes hospitem recipere? quid stulte facis?
ADM. Verum si domo illum & urbe abegissem,
Hospitem qui aduenit, magis me laudasses?
Minime. quoniam mihi clades nihil quidem
Minor fieret, minus hospitalis ego essem.

Et ad mala, aliud hoc esset malum,
Domus uocari meas inhospitales.
Ipse uerò optimum hunc habeo hospitem,
Cum Argos fiticulosam uenio terram.
CHO. Quid igitur occultasti præsens fatum,
Amico adueniente uiro, ut tu dicis?
ADM. Nunquam uoluisset ingredi domum,
Si mearum quid cladium cognouisset.
Et huic quidem (ut puto) faciens hæc, non sapere
Neq; laudabit me. mea uerò nescium (uideor,
Atria repellere, neq; repudiare hospites.
CHO. O hospitalis & libera,
Viri semper domus.
Te certe etiam ille Pythius
Lyra ualens Apollo
Dignatus est incolere.
Sustinuit uerò tuæ pastor ouium
Domus fieri,
Obliquas per conualles
Pecudibus tuis cantans
Pecuarios Hymenæos.
Vnà uerò pascebantur ex gaudio carminum,
Maculosæq; lynces,
Descendit uerò relinquens Othryos
Saltus leonum
Felua turma.

Saltauit

Saltauit porro circum tuam citharam,
O Phœbe, maculosa
Caprea, dlticomas ultra
Saliens abietes talo leui,
Gaudens perito cantu.
Certe pecorosissimam
Domum habitas, circa limpidum
Bœbiam lacum. cultis uero iugerum
Et camporum agris terminum,
Circa quidem solis occidentalem
Equorum stationem secundum ætherem,
Quam Molossos uersus facit,
Ponticum & Aegeum ad littus
Importuosum Pelei obtinet.
Et nunc domum aperiens,
Recipit hospitem humidis palpebris,
Carę deflens uxoris funus
Domi modò mortuam. «
Ingenuitas enim tendit ad pudorem, «
Inter bonos uero, omnia insunt sapientiæ. «
Animæ uero meæ confidentia insidet, «
Pium uirum bene habiturum.
ADM. Virorum Pherensium benenola præsentia.
Funus quidem iam omnino ornatum famuli
Ferunt sublime ad sepulturam rogumq;.
Vos uero mortuam, ut consuetudo est,

Alloquimini, egressam ultimam uiam.
CHO. Atqui uideo tuum patrem senili pede
Incedentem, & famulos in manibus uxori tuæ
Ornatum portantes, inferorum donaria.
PHE. Venio malis tuis condolens, ô fili.
Bona enim (nemo inficiabitur) & modesta
Muliere priuatus es. sed hæc quidem
Ferre necessitas est, quamuis sint intolerabilia.
Accipe uero ornatum hunc, & sub terram
Eat, huius corpus honorari conuenit,
Quæ pro tua mortua est ô fili uita,
Et me non orbum fecit, neq; permisit te
Priuatum, senili luctu ire perditum,
Omnibus uero effecit gloriosissimam uitam
Mulieribus, opus audens generosum istud.
O hunccine meum quæ seruasti, erexisti uero
Nos collapsuros, uale, & in Plutonis ædibus
» Bene sit tibi. Assero huiusmodi nuptias
» Vtiles esse mortalibus, aut non nubere dignum esse.
ADM. Neque ades ad hanc à me uocatus sepulturam,
Neq; inter amicos tuam præsentiam puto.
Ornatum uero tuum nunquam hæc induet.
Non enim quid rerum tuarum indiga sepelietur.
Tum condolere oportebat te, cum peribam ego.
Tu uero eminus stans, & concedens alteri iuueni

Mori,

Digitized by Google

Mori, senex existens, hunc deplorabis mortuum?
Non fuisti certe recte huius corporis pater,
Neq; quæ peperisse dicta bat, & quæ dicta
Mater quæ me peperit. seruili uero à sanguine
Mammæ uxoris tuæ suppositus sum clam.
Ostendisti ad redargutionem cum uenisses, qui sis.
Et me non existimo filium tuum natum esse.
Aut certè omnibus præstas timiditate,
Quando tam grandæuus existens, & ad terminum
ueniens uitæ,
Noluisti, neq; sustinuisti mori
Pro tuo filio, sed hanc permisisti
Vxorem externam, quam ego & matrem
Patremq; iure optimo existimare debeo solam.
Atqui honestum hoc certamen obijsses,
Pro tuo filio moriens. breue uero tibi
Omnino posterum tempus uitale erat,
Et ego uixissem, & hæc, reliquum tempus,
Neq; desolatus lamentarer in meis malis.
Atqui quæcunq; uirum oportet accipere beatum,
Fretus es. expleuisti quidem in imperio,
Filius ego tibi eram horum successor domorum.
Itaq; non orbus moriens, alijs domum
Relicturus eras orbam ad diripiendum.
Neque dices me, tanquam ignominia afficientem
tuum

Senium,

Senium, mori deseruisti, qui uerecundus
Aduersus te eram maxime. & pro hisce mihi gratia
Talem, & tu, & quæ me peperit, retribuistis.
Certe enim plantare liberos, non amplius posis,
Qui in senectute te alant, & mortuum te
Ornent, & procurent funus.
Non enim ego equidem hac sepeliam manu,
Mortuus enim iam sum in posterum. si uero alium
adeptus
Seruatorem radios aspicio, illius dico
Et filium me esse, & charum senectutis alumnum.
» Frustra certè senes exoptant mori,
» Senium incusantes, & longum uitæ tempus.
» Si uera prope aduenerit mors, nullus uult
» Mori. ibi senium non amplius est ipsis molestum.
CHO. Quiescite, satis enim præsens clades est,
O fili, patris uero ne irrites mentem.
PHE. O fili, quem gaudes? utrũ Lydũ, aut Phrygem
Malis impellere, auro emptum à te?
Ignoras Thessalum me, & à Thessalo
Patre natum legitimè liberum?
Nimirum mihi iniurius es, & iuueniles sermones
Iaciens in nos, non iaciens uta abibis.
Ego uero te domorum genui dominum,
Et te educaui ex officio, non pro te moriens.
Non enim paternam hanc suscepi consuetudinem.

Pro

Pro liberis mori patres, neq; Græcanicum est.
Tibi enim ipsi ès siue infœlix, siue fœlix,
Natus. quæ uero à nobis te adipiſci conueniebat,
habes.
Multis quidem imperas, latifundia uero tibi agrorũ
Relinquam, à patre enim accepi hæc.
Qua ergo in re tibi iniurius ſum? quare te lædo?
Non morere pro hoc homine, neq; ego pro te.
Gaudes uiuens? patrem uero non gaudere credis?
Profectò longum apud inferos reputo "
Tempus: uita uero breuis, ſed tamen dulcis. "
Imò tu impudenter auerſaris mori.
Et uiuis prætergreſſus fatalem fortunam,
Ipſam interficiens. tamen meam timiditatem
Dicis, à muliere uictus ô peßime tu,
Quæ pro te pulchro mortua eſt iuuene.
Scite certè inueniſti hoc, ne moriaris unquam.
Præſentem mori ſi perſuadeas
Mulierem pro te. Et deinde conuiciaris amicis,
Nolentibus facere hæc, ipſe exiſtens malus.
Tace. quin puta, ſi tu tuam ipſius amas "
Animam, amare cunctos. In nos male "
Loqueris, audies multa, neq; falſa mala. "
CHO. Plura dicta ſunt nũc, quàm antea, mala.
Deſine uero ô ſenex, filiũ tuũ maledictis laceſſens.
ADM. Dic, ut pote me loquuto, & ſi doles audiens
Verum.

Verum. non oportuit te in me perperam facere.
PHE. Imò pro te moriens, magis peccassem.
ADM. Idem est enim, iuuenem uirũ & senem mori?
» PHE. Anima una uiuere, non duabus debemus.
ADM. Atqui Ioue magis longæuum uiuus tempus.
PHE. Imprecaris parentibus, nihil iniuriarũ passus?
ADM. Longæ enim uitæ sensi cupidum te.
PHE. Verum non hunc mortuum tu pro te effers?
ADM. Signa hæc, ô peßime, timiditatis.
PHE. Nihil à nobis periit. non dicere queas hoc.
AD. Heu. utinã uiri uenias huius ad usum aliquãdo.
PHE. Vxores duc multas, ut morianuur plures.
ADM. Tibi hoc conuitium. noluisti enim mori.
PHE. Cara lux hæc dei cara.
ADM. Mala tua uoluntas, neq; inter sortes habẽda.
PHE. Non irrides senem, cum portares mortuum?
ADM. Morieris attamen inglorius, quãdo morieris.
» PHE. Male audire non curæ est mortuo mihi.
ADM. Senium quàm impudentiæ plenum est.
PHE. Hæc uero nõ impudens, hanc nactus es stultã.
ADM. Abi, & hoc me sine sepelire funus.
PHE. Abeo, sepelies uero ipse existens eius occisor.
» Supplicium uero dabis tuis affectibus in posterum.
Aut enim Acastus non amplius est inter uiuos,
Nisi à te sororis cædem ulciscetur.
ADM. Abi nunc ipse, & quæ cohabitat tibi,

Absq;

Absq; liberis uiuente filio, quemadmodum digni,
In senio uiuatis. non enim mecum itis in idem tectũ.
Abite. quod si me interdicere conuenit per præcones
Tuam patriam domum, interdixi iam.
Nos uero: præsens enim ferendum est malum:
Eamus, ut in rogum collocemus funus.
CHO. O misera, propter audaciam, ô generosa,
Et longe optima,
Vale. promptus te infernusq; Mercurius,
Et Pluto te accipiat. si uero quid & illic
Plus restat bonis, horum particeps
Plutonis uxori assideas.
FAM. Multos quidem iam, & undiquaq; terra
Hospites uenientes noui in Admeti domum.
Quibus cœnas adposui, sed nondum hoc hospite
Peiorem in has ædes excepi.
Qui primum quidem lugentem herum uidens
Intrauit, & ausus tamen est permutare portas.
Deinde uero nequaquam modestè accepit
Ea quæ afferebantur munera, calamitatem sciens.
Verum si quid non afferebamus, urgebat afferre.
Craterem uero in manus hederatum capiens,
Bibebat nigræ matris meracum uinum;
Vsq; dum calescere fecit ipsum, ipsum inuadẽs flãma
Vini. coronat uero caput myrteis ramis, (re.
Imperita latrãs. duplicia uero licebat carmina audi

Hic enim cantabat, quæ in Admeti domo mala
Nihil curans. famuli uero flebamus
Dominam. oculos uero non ostendimus hospiti
Madescentes. Admetus enim sic præceperat.
Et nunc ego quidem domi cibo
Hospitem, improbum uirum, et prædonem aliquem.
Hæc uero elata est, neq; assequutus sum,
Neq; extendi manum, deplorans meam
Dominam, quæ mihi omnibusq; famulis fuit
Mater. malis enim ab infinitis liberauit,
Iras placans mariti. num hospitem hunc
Odi iure optimo, in malis qui uenit?
HER. Heus tu, qui seuerum & accuratum cernis
» Non conuenit tetricum hospitibus famulum
» Esse, sed accipere affabili animo.
Sed tu uirum socium domini præsentem uidens,
Tristi multu, & contractis supercilijs
Accipis, ob externam cladem diligens existens.
Huc ades, ut & sapientior fias.
Mortales res scis, quam habeant naturam?
Non quidem existimo. unde enim? sed audi me.
» Mortalibus omnibus mori decretum est.
» Neq; enim est mortalium qui sciat
» Crastinam futuram diem an uicturus sit.
» Ipsa fortuna enim obscura quò procedat.
» Neq; disci potest, neq; deprehenditur ulla arte.

Hæc

Hæc itaq; audiens, & discens à me
Exhilara teipsum, bibe. quæ hodie datur,
Vitam, existima tuam, cætera uerò fortunæ.
Cole præterea & longe suauissimam dearum
Venerem mortalibus. benigna enim dea.
Cætera sine hæc, & pareto dictis
Meis, si recta tibi uideor dicere.
Existimo quidem igitur, nimiam tristitiã dimittens
Biberes nobiscum, has præteriens clades,
Coronis ornatus. & bene noui quod,
Nunc tetrico & contracto animo constitutum
Alió te traducet porrectio agitata scyphi.
Existentes præterea mortales, mortalia sapere con-
Quoniam seueris & tetricis (uenit.
Omnibus est, me iudice,
Vita reuera non uita, sed calamitas.
FAM. Scimus hæc. nunc agimus ita,
Non ut comessationis & risus digna sint.
HER. Mulierem externã quæ mortua est, ne nimiũ
Lugeas. ædium enim harum uiuunt domini.
FAM. Quid uiuunt? ignoras domestica mala.
HER. Nisi quid tuus herus me fefellit.
FAM. Nimium ille, nimium est hospitalis.
HER. Minime. externũ enim propter funus bene agi
tur cum illo.
FAM. Quàm nimis profectò et ualde domestica fuit.

HER. Num calamitatē aliquā præsentē dixit mihi?
FAM. Gaudens abi. nobis uerò dominorū mala cu-
ræ erunt. (bet.
HER. Hæc oratio externorū malorū non initiū ha-
FAM. Neq; enim te conuiuantem tristitia afficiam
cernens. (is?
HER. Nimirū passus sum indigna ab hospitibus me-
FAM. Non ueneris in tempore capesse hospitium.
Luctus enim nobis est, & tonsuram cernis, (est?
Vestitū quoq; nigrū. HER. Quis uerò qui mortuus
Num liberorū quispiā mortuus est, aut senex pater?
FAM. Imò uxor perijt Admeti, ô hospes.
HER. Quid ais? deinde tamē me hospitio accepistis?
FAM. Verebatur enim te repellere ab hisce ædibus.
HER. O miser, quali priuatus es uxore.
FAM. Perijmus omnes, non illa sola.
HER. Atqui intelligebā oculos cernens lachryman-
Et tonsuram, & uultum. sed persuasit me, (tes,
Dicens externum funus ad sepulturam ferre.
Per uim uerò animi has superans portas,
Bibi hominis hospitalis in domo,
Agentis ita, & conuiuatus sum, caput
Coronis ornatus. sed tuum est, non dixisse,
Malo tanto domui imminente.
Vbi & illa sepelitur? quò illā inueniens proficiscar?
FAM. Rectam pone uiam, quæ Larissam ducit,

Tumulum

Tumulum aſpicies politum in ſuburbio.
HER. O *multa paſſum cor, animaq; mea.*
Nunc oſtende qualem filium te Tirynthia
Electrionis genuit Alcmena Ioui.
Conuenit enim me ſeruare modò mortuam
Mulierem, & in hanc domum iterum collocare
Alceſtim, Admeto uerò referre beneficium.
Proſectus uerò regē nigris ueſtibus utentē mortuorū,
Mortem obſeruabo, & illum me inuenturū uideor,
Bibentem prope tumulum ex inſcijs.
Et ſiquidem inſidijs petens, in illum ex ſede ruens,
Corripiam, undiq; uerò complectar manibus meis,
Non eſt qui illum eximet, (diderit.
Multa conantem lateribus, donec uxorem mihi red-
Si uerò aberrauerit hac præda, & ſi non uenerit
Reginæq; & uxoris ad ſole carentes domos, ἀνωτέρω ἐφέρετο.
Et repoſcam, & credo ſubducturam me
Alceſtim, ita ut collocem in manus hoſpitis,
Qui me in domum recepit, neq; expulit,
Quamuis graui clade ictus.
Occultauit uerò, exiſtens generoſius, reueritus me.
Quis hoc Theſſalorum magis hoſpitalis?
Quis Græciam incolens? profectò non dicet, malū
Beneficio affeciſſe uirum, generoſius cum ſit.
ADM. Io, io. *Acceſſus triſtes, & aſpectus triſtes*
Viduorum atriorum. Io mi mi. æ æ.

Digitized by Google

Quò eam? ubi consistã? quid dicã? quid uerò non?
Quomodo peream? certe infœlicem mater me pe-
Beatos iudico mortuos, illos amo. (perit.
Illas concupisco domos habitare.
Neq; enim splendores gaudeo aspiciens,
Neq; supra terram pedem statuens,
Tale pignus me spolians
Plutoni mors dedit.
CHO. Procede, procede, abi in latebras domorum,
Passus es digna luctuum, he, he. (æ, æ.
Per dolores iuisti, certò scio. eheu.
Mortuam nihil iuuas. Io mi mi.
Nunquam posthac aspicere charæ uxoris
Vultum ex aduerso, triste.
ADM. Suggessisti, quod meam mentem hulcerat.
Quod enim uiro est maius malum, quàm frustrari
Fida uxore? nunquam contracto matrimonio
Vtinam habitassem cum hac domos. (talium.
Beatos dico non uxoratos, et liberis carentes mor-
Anima uerò una super hac dolere, dolor modicus.
Liberorum uerò morbos, & nuptiales
Thalamos mortuis diuexatos,
Non tolerabile aspicere, cum licuisset orbos
Et sine uxore esse omnino.
Fortuna fortuna ineluctabilis adest, æ, æ.
Finem uerò nullum facis dolorum. he, he.

Graue

Graue uerò ferre. sed tamen, eheu,
Fer. non tu primus perdidisti
Vxorem. Calamitas uerò alios alia
Premit in promptu existens mortalium.
ADM. O longi luctus, doloresq; amicorum
Sub terra, quid me prohibuisti
Proijcere tumuli fossam in cauam,
Et cum illa longe optima iacere mortuum?
Geminas uerò pro una Pluto animas,
Fidelissimasq; habuit simul,
Infernalem lacum transgressus.
CHO. Mihi quidem erat consanguineus, cui dignus
Perijt domi, unicus filius. sed tamen (luctu filius
Ferebat suum malum sufficienter, orbus existens,
Ad caniciem, iam procliuis existens
Ad senectutem.
ADM. O habitus domorum, quomodo ingrediar?
Quomodo uerò habitabo commutato
Genio? eheu, multum enim interest.
Olim enim cum tædis Peliacis,
Et cum Hymenæis ingrediebar
Charæ uxoris manum tenens,
Multisonus uerò sequebatur chorus,
Et eam quæ nunc mortua est, & me laudans,
Quoniam patritij, & ab utrisq;
Existentes optimis, coniuges eramus.

Nunc uerò Hymenæis luctus oppositus,
Albis peplis nigræ uestes oppositæ,
Deducunt me intro
Ad lectos uacuos.
CHO. Vnà cum fœlici tibi sorte
Aduenit inexperto malorum, hic
Dolor. sed tamen seruasti
Vitam & animam.
Mortua est uxor,
Reliquit amicitiam.
Quid nouum hoc? multos
Iam priuauit
Mors uxoribus.
ADM. Amici, uxoris fortunam beatiorem
Mea existimo, quamuis non existimetur tamen.
Hanc etenim nullus dolor attinget unquam,
Multorum uerò laborum glorioſa finem fecit.
Ego uerò, quem non conuenit uiuere, prætergreſſus
Triſtem degam uitam, modò intelligens. (fatale,
Quî enim ædium harum ingreſſus ſuſtinebo?
Quem alloquens? à quo uerò allocutus,
Iucundum adipiſcar introitum? quó me uertam?
Quæ intus enim est perdet me ſolitudo,
Vxoris cubilia aſpicientem uacua.
Sedesq; in quibus ſedebat, & in ædibus
Squallidum ſolum. Liberi porro ad genua

Cadentes,

Digitized by Google

Cadentes, deplorant matrem: illi uerò, dominam
Lugent, qualem è domo amiserunt.
Domestica quidem huiusmodi sunt. Foris uerò me
Nuptiæ interficient Thessalorum, & conuentus
Mulierum frequentes. non enim sustinebo
Aspiciens uxoris meæ coæquales.
Dicet uerò in me hæc, quicunq; inimicus fuerit:
Ecce illum turpiter uiuentem, qui nõ ausus est mori.
Sed quam duxit prodens, propter timiditatem,
Effugit Plutonem, deinde uir uidetur esse.
Odit uerò suos parentes, ipse nolens
Mori. huiusmodi à maleuolis infamiam
Habiturus sum. quid mihi uiuere optabile, ô amici,
Male audienti, & male habenti?
CHO. Ego & per Musas
Et sublimis iter feci, &
Plurimum attingens sermones,
Potentius nihil necessitate
Inueni. nullum remedium
Thracensibus libris, quos
Orpheus conscripsit
Venit, neq; quæcunq; Phœbus
Aesculapio tradidit,
Remedia laboriosis
Opitulans mortalibus.
Soluit uerò neq; dira

Digitized by Google

3.58.

Venire, neq; simulachra deæ
Licet, non uictimas audit.
Ne mihi ô uenerandа maior
Venias, quàm in præterito tempore.
Etenim Iupiter quodcunq; annuerit
Tecum, hoc perficit.
Et apud Chalybes
Domas non per uim ferrum.
„ Neq; ullus præfractæ
„ Voluntatis est pudor.
Et te incuit abilibus manuum
Adprehendit dea uinculis.
Sed sustine, non enim reduces unquam ab inferis
Flens mortuos ad superos.
Etiam deorum illegitimi pereunt
Filij morte.
Chara quidem quando erat nobiscum,
Chara siquidem mortua.
Generosissimam uerò omnium
Coniunxisti lecto uxorem.
Ne mortuorum tanquam
Aggerem existimato,
Tumulum tuæ uxoris.
Dijs uerò similiter
Honerato cultum præbens.
Et quispiam obliquam uiam

Egressus,

Egreſſus, hoc dicet:
Hæc olim mortua eſt pro uiro,
Nunc uero eſt beata dea.
Salue ô ueneranda, ſoſpites uero.
Huiuſmodi illam alloquentur famæ.
Atqui hic ut uidetur Alcmenæ filius,
O Admete, ad tuam domum proficiſcitur.
HER. Amicum ad uirum conuenit dicere libere, «
O Admete, reprehẽſiones uero nõ clanculũ habere, «
Tacentem. Ego uero tuis malis uolui «
Prope exiſtens, numeræri amicus.
Tu uero non indicaſti tuæ inſtans funus
Vxoris. Verum me hoſpitio accepiſti domi,
Tanquam externi luctus curam habens.
Et coronaui caput, & Dijs libaui
Libamina, domibus in fœlicibus tuis.
Et expoſtulo ſanè, expoſtulo paſſus hæc.
Non tamen te triſtitia in malis afficere uolo.
Quorum uero gratia adſum, huc reuerſus denuo,
Dicam. mulierem hanc mihi ſeruare accipiens,
Vſq; dum equos huc Thracenſes ducens
Rediero, tyranno Biſthonum interfecto.
Ceſus uero (quod nõ contingat, utinã enim redeã,)
Do hanc tuæ ancillam domui.
Multis uero laboribus uenit mea in manus.
Certamen enim publicum inueni quoſdam 1266.

Qui fecerunt athletis, dignum labore.
Vnde porto hanc, præmium uictoriæ
Accipiens. Leuium enim uictoribus, licebat
Equos abducere. maiorum uero
Victoribus, cœstu & lucta, boum armenta. (tu,
Mulier uero post hos sequebatur. mihi uero inciden
Turpe negligere præmium erat hoc glorioſum.
Sed ut dixi, te mulierem curare conuenit.
Non enim furto ablatam, sed cum labore nactus,
Adsum. postmodum & tu me laudabis fortasse.
ADM. Nõ certe te minus colẽs, neq; inter turpes po
Celaui meæ uxoris miserum casum. (nens,
Sed dolor dolori hic fuisset additus,
Si ad alius domum abisses hospitis.
Satis enim flere meum erat mihi malum.
Sed hanc puellam, si modò licet, quæso te rex,
Alium quendam qui non passus sit qualia ego,
Seruare iube Thessalorum. multi uero tibi
Hospites Pherensium. ne mihi suggeras mala.
Non queam hanc cernens in domo,
Illachrymabilis esse. ne ægrotanti mihi morbum
Addas, satis enim calamitate grauor.
Vbi aleretur etiam domi iuuenis mulier?
Iuuenis enim tanquam, uestitu et ornatu illustris est.
Vtrum in uirorum habitabit habitatione?
Et quomodo uersans inter iuuenes, illibata

Erit

Digitized by Google

Erit? Iuuenes, ô Hercules, non facile est
Continere. ego uero tuam prouidentiam noui.
Aut mortuæ in thalamum occultans alam?
Et quomodo inferam hanc in huius lectum?
Duplicem metuo reprehensionem, & ex ciuibus
Ne quis me reprehendat, meam benefactricem
Prodentem, in alterius lectis iacere iuuenis,
Et mortuæ, digna uero mihi est ut colam.
Magnam prouidentiam conuenit me habere. Tu uero, ô mulier,
Quæcunq; tandem sis tu, eosdē habens cū Alceste
Formæ modulos, scias, & similis es corpore.
Eheu, auser per Deos ab oculis
Puellam hanc, ne me occidas perditum.
Videor enim illam aspiciens, uxorem uidere
Meam. perturbat autem cor, ab oculis
Fontes deciderunt me miserum,
Vt modò luctum hunc gusto miserum.
CHO. Ego quidem non queam laudare fortunam,
Sed conuenit quicunq; tu es, recipere Dei donum.
HER. Si enim tantam potentiam haberem à Ioue,
In lucem adducere ex inferis ædibus
Vxorem, & tibi hanc præberem gratiam.
ADM. Probe noui promptū te esse. sed ubi hoc?
Non licet mortuos in lucem redire.
HER. Ne nunc transilias, sed decorè fer.

ADM.

ADM. Facilius est consolari, quàm afflictũ sustinere.
HER. Quid uero proficies, si uelis semper lugere?
ADM. Scio & ego, sed amor me illuc ducit.
HER. Amare mortuum producit lachrymas.
ADM. Perdidit me, & etiam magis quàm dico.
HER. Vxore optima orbatus es. quis negat?
ADM. Ita, ut uir hic nunquam uoluptatem capiat in uita.
HER. Tempus procedens mitigabit, nunc uero pubescit tibi malum.
ADM. Tempus dicis utiq;, si tempus est mori.
HER. Mulier te quiescere faciet, et nuptiarũ desiderium.
ADM. Sile, ut dixisti, non existimauerim.
HER. Ecquid nõ uxorẽ ducis, sed in cœlibatu manes solus?
ADM. Non est quæ cum hoc reclinetur.
HER. Num mortuam iuuare quiddam exspectas?
ADM. Illam, ubi tandem sit, honorari conuenit.
HER. Laudo quidẽ, laudo. sed stultitiæ obnoxius es.
ADM. Adeò, ut nunq̃ uir hic sponsus uocetur à te.
HER. Adprobo, uxori fidelis quod es maritus.
ADM. Vtinã moriar, illã (quamuis nõ sit) prodẽs.
HER. Accipe nunc intra hanc generosam domum.
ADM. Ne per te qui seminauit oro Iouem.
HER. Atqui peccabis, non faciens hæc.
ADM. Et faciens, tristitia cor affligam.
HER. Pareto, statim enim ad cõmodũ recidet gra-

ADM.

ADM. *Papæ, utinam ex certamine hanc accepisses nunquam.*
HER. *Victore me, & tu unà uincis mecum.*
ADM. *Bene dixisti. sed hæc mulier discedat.*
HER. *Abit, si conuenit. primũ uero an cõueniat, ui*
ADM. *Conuenit, te non iraſcituro mihi.* (de.
HER. *Sciens quidpiam & ego, hoc affecto.*
ADM. *Age uince. non tamen placentia mihi facis.*
HER. *Verum est quãdo nos laudabis. pareto tantũ.*
ADM. *Auferte, si conuenit hanc mulierem accipi in domo.*
HER. *Non committam mulierem hanc famulis.*
ADM. *Ergo tu ipse eã introduc, si placet, in domũ.*
HER. *Imò in tuas ego ponam manus.*
ADM. *Non attingam. in domus ingredi licet.*
HER. *Tuæ credidi manui dextræ soli.*
ADM. *Rex, cogis me nolentem facere hæc.*
HER. *Aude porrigere manũ, et attingere hospitẽ.*
ADM. *Atqui porrigo, tanquã Gorgoni decollato.*
HER. *Habes?* ADM. *Habebo quidem.* HER. *Serua illam, & Iouis*
Dices olim filium esse generosum hospitem.
Aspice uero illam, num quid tibi uidetur decere,
Mulierem. à tristitia uero bene habens, desine.
ADM. *Dij boni, quid dicam mirum insperatũ hoc?*
Vxorem cernens hanc meam uerissime.

Num

Num ille cebrosum me dei gaudiũ dementat quoddã?
HER. Non est. sed hanc aspicis uxorem tuam.
ADM. Vide modò, ne quod spectrũ inferorũ hoc sit.
HER. Non fascinatorem hunc fecisti hospitem.
ADM. Verum quam sepeliui aspicio uxorem meam.
HER. Ita est. diffidere autẽ te fortunæ non miror.
ADM. Attingo. alloquar tanq̃ uiuentẽ uxorẽ meam.
HER. Alloquere. habes enim omne quantũ uoluisti.
ADM. O charissimæ uxoris facies, & corpus,
Habeo te insperatò, nunq̃ me uisurum existimans.
HER. Habes. Inuidia uero non adsit ulla Deorum.
ADM. O maximi Iouis nobilis fili,
Bene habeas, & te qui plantauit pater
Seruet: tu enim mea redintegrasti solus.
Quomodo hancce ab inferis duxisti in lucem hanc?
HER. Prælium committens cum dæmonũ principe.
ADM. Vbi hoc cum morte ais certamen commisisse?
HER. Apud ipsum tumulum, ex insidijs comprehendens manibus.
ADM. Cur nam hæc muta consistit uxor?
HER. Nondum fas est tibi huius alloquia
Audire, priusquam Dijs inferis
Expiata fuerit, & tertius præterierit dies.
Verum introduc tuam, & iustus existens,
In posterum ô Admete sis pius in hospites:
Et uale. ego uero instantem laborem

Sthenelũ

Sthenelí regi filio præbebo profectus.
ADM. Mane nobiscum, & conuictor sis. (tet.
HER. In posterũ hoc erit. nunc accelerare me opor
ADM. Verũ bene sit tibi, reducẽ uero uenias domũ,
Ciuibus uero omnibusq; indicam principibus,
Choros ob rem bene actam constituere,
Arasq; uaporare opimis supplicationibus.
Nunc enim constituti sumus ad meliorem uitam,
Quàm antea. non enim fortunam meã dissimulabo.
CHO. Multæ formæ dæmoniorum, ‹‹
Multa uero insperatò perficiunt Dij. ‹‹
Et ea quæ uidebantur, non perfecta sunt. ‹‹
Insperatum rerum finem inuenit Deus. ‹‹
Talem exitum sortita est hæc fabula.

ALCESTIDIS FINIS.

Digitized by Google

EVRIPIDIS
Andromache.

ARGVMENTVM.

NEoptolemus in Troia donatiuum accipiens, Andromachen Hectoris uxorem, filium ſuſcepit ex ea Moloſſum. Poſtea uero inſuper uxorem duxit Hermionem Menelai filiam. Reum uero cum primum poſtulaſſet Achillis cædis Delphis Apollinem, denuo abijt ad oraculum, pœnitentia ductus, ut Deum placaret. Zelotypia uero laborans erga Andromachen Regina, conſuluit contra hanc mortem, accerſito Menelao. At illa filium quidem expoſuit, ipſa uero confugit ad templum Thetidis. Menelaus uero & puerum inquirendo inuenit, & illa decepta à templo eduxit. & cum interficere uellent utroſq;, prohibiti ſunt, Peleo ſuper hoc apparente. Menelaus itaq; Spartam abijt. Hermione autem pœnitentia ducta eſt, timens præſentiam Neoptolemi. Aduenies autem Oreſtes, hanc reduxit in Spartam. Neoptolemo uero inſidias ſtruxit, quem etiam occiſum aderant qui ferebant. Peleo uero uolenti lamentari cadauer, Thetis apparens, hunc quidem apud Delphos iußit ſepeliri, illam uero ablegandã ad Moloſſos cum filio. Ipſum præterea dixit immortalitatem accepturum. Adepta uero hac, ad inſulas beatorum migrauit

migrauit habitatum. Scena quidē fabulæ in Phthia lacet. Chorus autem constat ex Phthioticis mulieribus. Præfatur Andromache. Hæc fabula ex secundis est. Prœmium dilucidum est, & concinniter dictum. Sunt etiam carmina elegiaca in lamentatione Andromaches, in secunda parte fabulæ. Oratio Hermiones regium quiddā spirat. Et aduersus Andromachen Oratio bene habet. Bene etiam Peleus Andromachen liberat.

PERSONAE.

Andromache
Ancilla
Chorus ex Phthioticis
Hermione
Menelaus
Molossus
Peleus
Orestes
Nuncius
Thetis.

PRAEFATVR ANDROMACHE.

ASIATICAE terræ decus, ô Thebana ciuitas,
Vnde olim dotis cum magnifico apparatu
Priami ad regiam domum perueni,
Vxor elocata, liberos creans Hectori,
Beata priori Andromache tempore:

A Nunc

Nunc autem non ulla alia infœlicior mulier
Me exiſtit, aut fiet unquam
Quæ maritum quidem Hectorem ab Achille
Interfectum aſpexi, & puerum quem peperi marito,
Iactum turribus Aſtyanacta ab altis,
Poſtquam Troiæ ceperunt Græci ſolum.
Ipſa uero ſerua ex liberrima
Familia habita, ad Græciam deueni,
Inſulari Neoptolemo belli præmium
Data, prædæ Troicæ ſelectum.
Phthiæ huius & ciuitatis Pharſaliæ
Vicinos habito campos. ubi marina
Cum Peleo habitat ſeorſim ab hominibus Thetis,
Fugiens turbam. Theſſalus uero ipſam populus
Thetidium uocat, Deæ propter nuptias.
Vbi domum habuit hanc filius Achillis.
Pelea namq; imperare terræ finit Pharſalicæ,
Viuente ſene ſceptrum non uolens accipere.
Et ego in hac domo maſculum peperi filium,
Congreſſa cum Achillis filio, domino meo.
Et ante quidem in malis rebus conſtitutam, tamen
Spes me ſemper produxit, ſaluo filio
Auxilium quoddam inuenturam, & opem malorum.
Ex quo uero Spartanam Hermionem uxorem duxit,
Meum repudians dominus ſeruilem lectum.
Malis ab ea mi ſeris exagitor.

Dicitat

Dicitat enim, quod ipsam uenenis occultis
Faciam sterilem, & marito inuisam:
Ego uero habitare domum pro ipsa uelim
Hanc, eijciens lectos illius per uim.
Quod connubium ego principiò inuita admisi,
Sed nunc desiui. Iupiter hæc sciat magnus,
Quod inuita huius particeps facta sum lecti.
Verum ipsam non persuadeo, sed uult me occidere.
Paterq; cum filia Menelaus unà molitur hæc.
Et nunc domi est à Sparta profectus,
Ad hoc ipsum. formidine uero correpta ego
Regiæ, sicinnam Thetidis in templum
Supplex abs ideo hoc profecta, si quo modo me prohi-
Peleus namq; ipsum, liberiq; Peleï (beat mori.
Colunt, monumentum Nereidis nuptiarum.
Qui uero mihi solus est filius, emitto clam ὃς δ' ἐστὶ παῖς μοι μόνος,
Ad alias domus, ne moriatur timens. ὑπεκπέμπω λάθρα, φίλ-
† Ille enim qui plantauit eum, neq; mihi adest λας ἐς οἴκους, μὴ θάνῃ
Vt opem ferat, & filio nihil est, cum absens sit ῥοθούσιον. ⌐.
Delphorum in terra. ibi Apollini purgationem
Exhibet suæ infamiæ, qua tum ad Pythonẽ profectus
Reum fecit Phœbũ de cæde patris, cuius nunc dat ra-
Si quo modo priora peccata deprecans, (tionem.
Deum præbeat in posterum benignum.
FA. Domina, ego nomen non fugio hoc
Vocare te, quandoquidem & in domo tua dignabar.

† ὁμῶ φυλένους λίθοι.

Digitized by Google

Troiæ quando habitaremus solum.
Beneuola uero & tibi, uiuentiq; eram tuo marito.
Et nunc afferens tibi nouos adsum sermones.
Metu quidem, ne quis dominorum sentiat,
Miseratione uero tui. grauia etenim statuit
Menelaus in te, & filia, quæ tibi cauenda.
AN. O charissima conserua. conserua enim es,
Ei quæ antea fuit regina, ei quæ nunc infœlix est.
Quid agunt, quales machinas texunt nunc,
Interficere uolentes miserrimam me?
FA. Filium tuum uolunt, ô misera tu,
Interficere, quem extra domum exposuisti.
AN. Eheu, rescitum est, meum expositum filium?
Vnde nam me miseram, ut perij.
FA. Nescio. Illorum uero intellexi ego hæc.
Peregre uero contra ipsum Menelaus est à domo.
AN. Perij utiq; ô fili, interficient te
Geminæ ubi corripuerint uultures. sed dictus
Pater adhuc apud Delphos moram trahit.
FA. Existimo utiq; non sic te agere male,
Illo præsente, sed nunc desolata es amicis.
AN. Neq; de Peleo uenit, quod uenturus sit, rumor?
FA. Senex est ille adeò, ut te iuuare queat præsens.
AN. Atqui accersiui eum non semel tantum.
FA. Num placet tibi curare aliquem nunciorum?
AN. Vnde? imò uelis nuncia ire tu mihi.

FA.

FA. Quid uero dicam, diu absens a domo?
AN. Multas inuenire queat fraudes. mulier enim es.
FA. Periculum est: Hermione enim non parua custos.
AN. Vides? abnegas in malis rebus amicis tuis?
FA. Minime. nihil hoc obijcias mihi.
Sed abeo, quoniam non in magno precio uita
Seruae mulieris, & si quid patior mali.
AN. Abi agedum. nos uero in quibus semper constituti
Threnis & luctibus & lachrymis, (sumus
In aetherem proferemus. Insita enim est
Mulieribus oblectatio, praesentia mala
In ore semper & lingua habere.
Suppetit non unum, sed multa mihi lamentari,
Ciuitatem patriam, occisum Hectorem,
Duramq; meam fortunam, cui implicita sum,
In seruilem diem incidens indigne.
Conuenit uero unicuiq; dicere quenquã beatũ ex mor
Antequam mortuum diem uideris, (talibus
Quomodo peracto fine peruenit ad inferos.
Ilio arduae Paris non sponsam, sed quandam Aten
Duxit domesticam in thalamum Helenam,
Cuius gratia, ô Troia, hasta & igni deuastatam
Cepit te instructus mille nauibus Graeciae uelox Mars.
Et meũ miserae maritum Hectorem, quem circum mu-
Traxit aurigans filius marinae Thetidis. (ros
Ego uero è thalamis ducebar ad littus maris,

Seruitute triste inducns caput. (deserebam
Multæ uero lachrymæ mihi ceciderunt è corpore, cū
Et urbem, & thalamos, & maritum in pulucre.
Me miserum, quid me conuenit amplius lumen cernere
Hermiones seruam? sub qua afflicta,
Ad hanc statuam deæ supplex manus circumponens,
Liquor, ueluti ex rupe decidens perennis gutta.
CHO. O mulier, quæ ad Thetidis solū & templū sedes
Diu, neq; deseris (prolem,
Græcanica existens, tamen ueni ad tuam Asiaticam
Si quomodo tibi queam
Remedium horum insolubilium laborum inuenire,
Qui te & Hermionem contentione tristi concluserūt.
Infœlix de connubio
Gemino consortem
Existentem in filio Achillis,
" Cognosce fortunam, reputa præsens malū ad quod ue-
Cum dominis certas, (nisti.
Iliaca existens mulier ex Lacedæmone natis.
Desere frequentatam sacrificijs
Domum marinæ Deæ. quæ tibi
Opportunitas afflictæ, corpus turpe fœdare
Dominorum ex necessitate?
" Imò ipsa uictoria te persuadebit.
" Quid laborem nihil existens laboras?
Verum i, relinque Deæ Nereidis splendidū templum.

Cognosce

Cognosce uero quod sis in peregrina terra
Ancilla, in aliena ciuitate,
Vbi ex amicis nullum aspicis
Tuis ô infœliciβima,
O miserrima sponsa.
Miserrima enim mihi uenisti mulier Iliaca, ad domos.
Sed dominorum meorum metu
Taceamus (nam tuas uices
Misericordia fero)
Ne filia Iouis filiæ
Tibi me benevolam uideat.
HER. Mundum quidem circa caput aurei apparatus,
Ornatumq; corporis horum uariorum peplorum,
Non Achillis neq; Pelei
A domibus manubias huc habens perueni,
Verum ex Lacæna Spartana terra
Menelaus nobis hæc donat pater
Magna cum dote, itaq; liberè gloriari possum.
Vos itaq; his alloquor sermonibus.
Tu uero cum sis serua, & bello acquisita mulier
Domum occupare eijciens nos uis
Hanc. inuisa uero sum uiro, ueneficijs tuis.
Vterus sterilis per te mihi perit.
Vehemens enim Asiatica ad huiusmodi
Anima mulierum, à quibus desinere faciam te ego.
Neq; te iuuabit ædes Nereidis hæc,

Digitized by Google

Non ara, neq; templum, sed morieris.
Si uero deorum quis te aut mortalium seruare uelit,
Oportet te pro pristina felici superbia
Formidare, humilemq; aduoluere meis genubus,
Verrereq; domum meam, ex aureis
Vasis dispergentem Acheloi rorem,
Et agnoscere ubi terrarū sis. non enim Hector hic est,
Non Priamus, non aurum, sed Græcanica ciuitas.
Ad hoc uero uenis dementiæ, misera tu,
Quæ cum filio eius patris, qui tuum occidit maritū,
Audes condormire, & liberos ab ipso grassatore
» Parere. Huiusmodi totum barbarorum genus,
» Paterq; filiæ, filiusq; matri miscetur,
» Et soror fratri. per cædem uero charissimi
» Feruntur, & horum nihil prohibet lex.
» Quæ ne apud nos statuas. neq; enim honestum,
» Duarum mulierum uirū unicum gubernacula habere.
» Sed ad unam respicientes legitimam Venerem,
» Contenti sunt, quicunq; non male domum colere uelint,
» CHO. Inuidiosa quædam res mulierum est,
» Et corriualibus inuisa maxime semper.
AN. Papæ, Ebeu.
» Pernicios a res est mortalibus inuentas, inq; iuuene
» Aequitatem quicunq; non mortalium habuerit.
Ego uero metuo, ne seruitus me tibi
A sermonibus repellat, multa habentem iusta.

Si

Si porro uiuetro, ne ob hoc ipsum noxam capiam.
Fluos si etenim, potiores sermones "
Acerbe ferunt à tenuioribus. "
Tamen me ipsam non prodens deprehendar.
Dic ô adolescentula, quo tu probabili sermone
Persuasa repello à legitimis naptijs?
Quoniam Spartana Phrygum minor ciuitas,
Et fortuna superat, & me liberam uides.
Aut & iuuenili & pubescente corpore,
Ciuitatisq; magnitudine, & amicis elata
Domum occupare hanc pro te uelim.
Vtrum, ut ipsa pro te filios pariam
Seruos, & mihi miseram molestiam?
Aut meos quis filios sustinebit,
Phthiæ reges existentes, si tu non gignes?
Amant enim me Græci, & propter ipsum Hectorem,
Et ipsa obscura quod sim, & non regina fuerim Phry
gum.
Non ex meis te uenenis odit maritus,
Sed quod ad conuersandum non accommoda sis.
Illecta mentũ enim amoris & hoc. non uenustas, ô mu "
Sed uirtutes oblectant maritos. (lier, "
Tu uero si quid te uellicat, Spartana quidem ciuitas
Magna est, Scyrum autem nihili facis.
Dives es inter non diuites. Menelaus tibi "
Maior Achille, ob hæc te odit maritus.

» Conuenit enim uxorem, & firmalo uiro elocata sit,
» Contentam esse sua sorte, certamenq; non habere fa-
Si uero circa Thraciam niue affluentem (stus.
Regem haberes maritum, ubi uicissim lectum
Dat multis unus uir particeps factus,
Interficeres ne ist as deinde inexplebilem cupiditatem
Omnibus mulierib. addēs deprehendereris. (Veneris
» Turpe esset. namq; deteriori masculis ægritudine
» Hæc laboramus. sed defendimus pulchre
O charissime Hector, uerum ego in tuam gratiam
Etiam unà tecum amabam, si te errare fecisset Venus.
Et mammam iam sæpius spurijs tuis
Præbui, ne tibi quam attribuerem molestiam.
Et hæc peragens, mea uirtute mihi conciliaui
Maritum. tu uero neq; stillam aërij roris
Tuo asidere marito metuens finis.
Ne tuam parentem amore uirorum, ô mulier,
» Queras imitari. malarum enim matrum
» Fugere mores conuenit liberos, quibus inest mens.
CHO. Hera, quantum tibi facile existit,
Tantū pareto huic conuenire sermonibus. (sermonū,
HER. Quid grauiter cōcionaris, & in certamē uenis
Tanquā tu cōtinens sis, meæ uero res nō continētes?
AN. Minime tuis præsentibus existis sermonibus.
HER. Mens tua ne mihi cohabitet, ô mulier.
AN. Iuuenis es, & loqueris de turpibus.

HER.

Digitized by Google

HER. Tu uero nõ loqueris qdẽ, facis uero mihi quam
AN. Non tacite de Venere dolebis? (tum potes.
HER. Ecquid? an nõ mulieribus hæc prima sunt un- cc
AN. Honeste utentibus. sin secus, non honesta. diq; cc
HER. Non barbarorũ legibus habitamus ciuitatem. cc
AN. Etiam illic quæ turpia sunt etiam hic turpitudinẽ cc
HER. Sapiẽs sapiẽs tu, mori tamen te oportet. (habẽt.
AN. Cernis simulachrũ Thetidis in te respiciens?
HER. Quod odio habet patriã tuã, propter cædẽ A-
AN. Helena ipsum peremit, nõ ego, mater tua. (chillis.
HER. Nunc etiam ulterius mea attinges mala?
AN. Ecce taceo. & compræhendo os.
HER. Illud dicito, cuius gratia aduenì.
AN. Dico te mentem non habere, quamũ te oportuit.
HER. Deseres hoc sanctum templum marinæ deæ?
AN. Nisi moriar: sin secus, non deseram unquam.
HER. Quoniã hoc cõuenit, neq; expecto maritũ ad-
AN. Verũ neq; ego quidẽ antè dedã me tibi. (uenire.
HER. Ignẽ tibi admouebo, neq; tuas uices cõsidcrabo.
AN. Quin comburc. dij enim sciunt hæc.
HER. Insuper corpori grauium uulnerum dolores.
AN. Cruenta sanguine deæ arã, quæ puniet te.
HER. O barbaram te pecudem, & duram audaciam,
An sustinere poteris mortem? At ego te sede
Ex hac surgere faciam uolentem mox.
Talcs habeo tui illecebras. Sed sermones

Occultabo,

Occultabo, res ipsa istud indicabit mox.
Sede immota. etenim si circum te teneat
Liquefactum plumbum, surgere faciam te,
Antequam quem persuasisti filius Achillis redeat.
AN. Persuasi. sed res excellēs est, cōtra reptiles bestias
Remedia mortalibus deorum præbuisse aliquem,
Quæ iuperas & ignem superant:
Sed nullus contra mulierem remedia inuenit adhuc
Malam. huiusmodi sumus hominibus malum.
CHO. Profecto magnorum dolorum author extitit,
Cum ad Idæam syluam uenit
Et Maiæ & Iouis filius,
Triplicem currum dearum
Agens, istum pulchre coniunctum
Contentione tristi
Instructum de formæ excellentia,
Ad stabula bubulci,
Et ad pastorem solitarium iuuenem
Desertamq; ad habitatam aulam.
Ipsæ postquam ad frondosum nemus uenerunt,
Montanam regionem, fontium lauerunt
Splendida corpora in riuis.
Et iuerunt ad Priamidem,
Excellentijs sermonum peruersorum
Se exornantes.
Venus cœpit uerbis fraudulentis,

Iucundis

Iucundis quidem ad audiendum,
Sed triſtem confuſionem uitæ Phrygum ciuitati
Miſeræ, Pergamisq; Troiæ.
Sed ô utinam ſupra caput dediſſet malum,
Ea quæ olim peperit Paridem,
Antequam Idæum habitaſſet iugum.
Quando ipſum apud diuinam laurum
Clamauit Caſſandra occidendum,
Magnum Priami ciuitatis damnum.
+ Quem non acceſſit? qualem non orauit
Ex primatibus infantem occidere?
Non utiq; ad Iliadas iugum uenisſet
Seruile, neq; tu ô mulier
Principum habuiſſes domorum ſedem,
Sed extinxiſſet Græciæ triſtes
Labores, quos circa Troiam
Per decennium errarunt iuuenes haſtis.
Lectiq; deſerti non fuiſſent,
Et filiorum orbi ſenes.
ME. Adſum, capto tuo filio, quem in álias ædes
Clam filia mea expoſuiſti.
Tu enim gloriabaris, deæ ſimulachrũ ſeruaturũ hoc,
Et hunc, & eos qui occultarunt. ſed deprehẽſa es
Minus ſapiens hoccine Menelao, ô mulier.
Quare niſi deſerens hoc uacuum feceris templum,
Hic pro tuo corpore macłabitur.

Hæc

Hæc itaq; reputa. utrum tu ipſa mori uelis,
An hunc perire pro tuo peccato,
Quod in me, inq; filiam meam peccas.
» AN. O peruerſam opinionē. innummeris mortalium,
» Nihili exiſtentibus, apparatū uitæ inflauiſti ſplendi-
» Vera uirtus quidem quibus ineſt, re ipſa (dum.
» Beatos iudico: illos uero propter mendacia, habere
» Nō dignos iudico, niſi quātū fortuna ſuppetere uidetur.
Tu iā imperator exiſtēs electis Græcorū militibus o-
Troiā ademiſti Priamo, adeo uanus exiſtens. (lim,
Qui pro filia puella per ſermones
Tantum ſpiraſti, & mulieri infœlici
Seruæ conſtitutus es in controuerſiam. non dignū exi
Itaq; te Troia, neq; te Troiam. (ſtimo
Extrà ſunt, qui uidentur ſuperbire,
Magnifici: Cæterum intus, omnib. hominibus ſimiles.
Niſi ſi quid diuitijs: hoc enim uim habet magnam.
Menelae, agedum contendamus uerbis.
Mortua ſum tuæ filiæ, & me interemit.
Cruentum quidem non poterit effugere odium.
Apud plerosq; etiam tu periclitaberis,
In hac cæde. coadiuuans enim te coget opera.
Quod ſi equidem quo minus moriar effugero,
Filium meum interficietis? & quomodo pater
Mortui filij facile patietur?
Non ſic inuirilem ipſum Troia uocat,

Sed

Sed pergit quatenus conuenit. & Peleo enim digna,
Et patre Achille opera agens uidebitur.
Repudiabit uero tuam filiam è domo. tu uero elocãs
Alteri, quid dices? Vtrum quod ignauum maritum
Fugiat huius uirtus? uerum mentietur oratio scilicet,
Ducet uero quis eam? an ipsam carentẽ uiro in domo
Viduam continebis canam? ah miser homo.
Malorum tot non cernis affluentias?
Quot nam pellices filiam tuam etiam iniuria affectã
Mauelis adipisci, quàm pati quæ ego dico?
Non decet ob leuia magna accersere mala.
Neq;, & si nos mulieres sumus sæuum malum,
Viros mulieribus assimilari natura.
Ego enim, si tuam filiam uenenis inficio,
Et uterum abortimus, ut ipsa narrat,
Vltro non inuiti, neq; ad aram
Confugientes nos ipsi, tamen iudicium subibimus
Apud tuos generos, quibus non minus
Pœnam debeo, præparans orbitatem.
Ego itaq; talis sum, sed tui animi.
Vnum de te metuo. nam propter muliebrem litem,
Etiam miseram perdidisti Phrygum ciuitatem.
CHO. Nimium locuta es, utpote mulier contra uirũ.
Et prudentia tua à scopo excidit animi.
ME. O mulier, hæc sunt parua, & imperio
Non digna (ut ais) meo, neq; Græcia.

Bene

» Bene scies, cuiuscunq; rei quispiam usum habet,
» Hoc est unicuiq; maius quam Troiam capere.
Et ego filiæ, magna enim iudico hæc,
Priuari lecto, adiutor sum constitutus.
» Cætera enim, secunda pati posset mulier.
» Sed cum priuatur uiro, priuatur uita.
Meis sed illum seruis imperare decet,
Et illius meos, & uos quoq;.
» Amicorum enim nihil proprium, qui quidem amici
» Rectè existunt, sed res omnes communes sunt.
Expectans uero absentes, si non constituam
Res meas quàm optime, leuis fuero, neq; sapiens.
Sed surge ex hoc templo deæ.
Quoniam si moriaris tu, filius hic effugiet mortem.
Te uero nolente mori, hunc interficiam.
Ex duobus necesse est alteri relinquere uitam.
AN. Heu mihi, duram sortem, electionemq; mihi
Proponis uitæ, & sortita misera,
Et non sortita infœlix constituor.
O magna peragens, culpam ob paruam,
Audi. cur occidis me? quamobrem? quam ciuitatem
Prodidi? quem tuorum interfeci filium ego?
Quam domum succendi? dormiui coacta
Cum meis heris: & tamen me, non illum interficies
Autorem herum? uerum principium amittens,
Ad finem posteriorem existentem ferris?

Hei

Heimihi propter hæc mala. ô mea misera patria
Quàm indigna patior. quid mihi etiam parere oportuit,
Ponduscq; ad hoc pondus addere duplex?
Verum quid hæc lugeo? præsentia uerò
Non inquiro, & reputo mala?
Quæ cædem Hectoris per curigationem peractam
Aspexi, miserabiliter uerò Ilium ardens.
Ipsa uerò serua in naues Græcorum conscendi,
Per crines tracta. postquam uerò perueni
Phthiam, interfectoriq; Hectoris copulor,
Quid tum mihi uiuere dulce? ad quid respiciendum est?
Ad præsentes ne, an ad præteritas fortunas?
Vnicus filius hic erat mihi superstes, oculus uitæ. ἐμὸς πάϊς ὅδ' ἦν
Hunc interfecturi sunt, quibus uidentur hæc, μοι λοιπὸς, ὀφθαλμὸς
Minime propter meam miseram uitam. ὅτε.
In hoc enim spes est, si saluabitur.
Mihi uerò opprobrium, non mori pro filio.
Ecce desero aram, ego dedititia,
Ad mactandum, ad occidendum, ad colligandum,
ad suspendendum collo.
O fili, ego quæ peperi te. ne tu moriaris,
Eo ad Plutonem. si uerò effugeris mortem,
Memento matris, qualia passa perierim.

Digitized by Google

Et tuum patrem osculans,
Lachrymasq; stillans, & implicans manus,
» Dic qualia passa sim. Omnibus hominibus sunt
» Vita, liberi. quicunq; autem hæc expers existens mutuperat,
» Minus quidem dolet, & infœlix existens beatus est.
» CHO. Miserere audiens. miseratione enim digna infœlicia
» Hominibus omnibus, etiamsi externus fuerit.
Ad concordiam conuenit te & filiam tuam ducere
Menelae, & hanc, ut liberetur laboribus.
MEN. Corripite mihi hanc, constringentes manus,
Famuli. sermones enim non gratos audiet,
Ego te, ut castam aram relinqueres deæ,
Prætendi filij mortem, qua te subduxi,
In manus uenire hasce meas ad cædem.
Et res quidem tuas sic se habere scias.
Res autem huius pueri, filia mea iudicabit,
An occidere hunc, aut non occidere uelit.
Sed abi in ædes has, ut in liberos
Serua existens, nunquam lasciuire discas.
AN. Eheu, dolo me subijsti. decepti sumus.
MEN. Promulgato omnibus. non enim inficiamur.
AN. An hæc apud uos, qui iuxta Eurotam, facta sunt?

MEN.

Digitized by Google

MEN. Et ijs quæ in Troia acciderunt, afflictos ui-
cem reddere.
AN. Deum autem non deum, neq; habere existimas
uindictam?
MEN. Cum ista euenerint, tunc feremus, te uerò in-
terficiam.
AN. Num & pullum hunc ab alijs auellens?
MEN. Non. sed filiæ, si uoluerit, dabo ad interfi-
ciendum.
AN. Eheu, quid nam de te lugeam, ô fili?
MEN. Non certe spes nimiũ confidens ipsum rema-
net.

AN. O omnibus hominibus inuisissimi mortalium,
Spartæ incolæ, dolosa consilia,
Mendaciorum reges, machinatores malorum.
Tortuosa, & nihil sanum, sed omnia in orbem
Sentientes, indignissime fœlices estis per Græciam.
Quid non apud uos est? an non plurimæ cædes?
Non turpiter lucro dediti estis? an nõ alia dicentes
Lingua, sentientes alia deprehendimini semper?
Pereatis. mihi uerò mors non adeò grauis est,
Vt tibi uisum est. illa enim me perdiderunt,
Quando misera ciuitas consumpta est Phrygum,
Marituſq; ille inclytus, qui te sæpenumero hasta
Nautam fecit pro terrestri milite ignauum.
Nunc uerò in mulierem ferox miles existens

Interficis me. interfice: quoniam non delinitum te
Lingua dimittam mea, & filiam tuam.
Quoniam tu quidem exiſtis in Sparta magnus,
» Nos in Troia. Si ego miſerè habeo,
» Nihil in hoc glorieris: & tu miſere habere poteris.
» CHO. Nunquam duplicia
» Connubia collaudauero mortalium.
» Neq; binas matres habentes liberos.
» Rixas quidem domorum,
» Triſtesq; offenſas.
» Vnicam mihi amet maritus cum nuptijs,
» Non communicatam coniugem alius uiri.
» Neq; enim in ciuitatibus
» Duplices tyrannides
» Vnica meliores ſunt ad tolerandum.
» Ponduſq; ſupra pondus
» Et ſeditio ciuibus.
Fabris enim hymnorum operatrices duobus
Contentionem Muſæ amant concitare,
Flatus cum ferunt nautas ueloces
Circa temones,
Duplici mentis ſententia præditos.
» Conſiliariorum etiam multitudo congregata, imbe-
» Stultiore animo, ſummo imperio prædito (cillior eſt
» Vnius poteſtas ſit & in re domeſtica,
» Et in republica,

Quoties

Digitized by Google

Quoties inuenire uelint tempus commodum. cc
Oſtendit hæc Lacæna imperatoris
Menelaĕ. etenim per
Ignem uenit ad alteram coniugem.
Interficit uerò miſeram Troicam mulierem
Filiumq; propter inconſultam contentionem.
Impia, illegitima, abſq; gratia inuidia.
Adhuc tibi ô ueneranda
Commutatio harum adeſt rerum,
Et ne aſpiciam ego hoc coniugatum
Par ante domus
Calculo mortis condemnatum.
Infœlix mulier, infœlix uerò tu puer,
Propter matris lectos qui moreris,
Nihil particeps,
Neq; ſons exiſtens regibus.
AN. Ego ipſa manus cruentas
Laqueis colligata,
Mittor ſubtus terram.
MOL. Mater mater, ego uerò ſub tua
Ala unà deſcendo,
Et uictima trucidata.
O terræ Phthiæ optimates,
O pater, ô redi
Amicis auxiliator.
AN. Iacebis iam ô fili, ô chare

Vberâ matris iuxta tuæ,
Cadauer sub terra cum cadauere.
MOL. Heu mihi mihi. quid patior?
Miser itaq; ego, tuq; ô mater.
MEN. Moriemini. ite sub terras.
Etenim ab hostilibus uenitis turribus.
Vos autem duo ex duobus moriemini causis.
Te enim nostrum iudicium interficit,
Puerum uerò mea filia hunc Hermione.
Etenim stultitia magna esset relin quere
Hostes hostium, cum liceret interficere,
Et metum domus eximere.
AN. O uir uir, utinam tuam
Dextram, & hastam auxiliatricem
Haberem Priami fili.
MOL. Infœlix, quod uerò ego, mortem
Quod auertat, carmen inueniam?
λίσσου δὲ γέ-
νειόν τε
δεσπόλου χρώ-
τῆνδε, ὦ τέκ-
νον.
AN. Precare uerò genubus
Domini accidens, ô fili.
MOL. O chare, ô chare, dimitte mortem mihi.
AN. Liquor lachrymis, pupulas
Humecto, lubricæ ueluti petræ
Perennis fons, sole carens, ego misera.
MOL. Heu mihi, quod ego
Malorum remedium conficere queam.
MEN. Quid mihi accidis, marinam petram

Aue

Aut fluctus precibus ueluti supplicans.
Iis enim qui me attinent, existit utilitas.
Tui uerò nullam habeo gratiam, quoniam
Bonam consumens uitæ partem
Troiam cœpi, & matrem tuam.
Cuius fretus
Ad Plutonem infernalem descendes.
CHO. Atqui uideo hunccine Pelea prope,
Cum celeritate ponentem huc senilem pedem.
PEL. Vos interrogo, & constitutum ad cædem,
Quid hæc? quomodo hæc? ex qua ratione laborat
Domus? Quid agitis iniudicata molientes?
Menelaë, contine te, ne festinato absq; iure.
Duc tu ocius. non enim, ut uidetur mihi,
Ocij est hoc opus. Verum pubescentes
Vires uelim resumere, si aliàs unquam.
Primum quidem more prosperi uenti ueluti uelis
Aspirabo huic. dic, quo iure manus
Laqueis constringentes hi ducunt te,
Et filium? Grex enim quispiam ueluti peris,
Nobis absentibus, & domino tuo.
AN. Isti, mi senex, cum filio morituram
Ducunt me, sic ut uides. quid tibi dicam?
Non enim unius te famæ studio
Accersiui, sed per infinitos nuncios.
Contentionem uerò in domo scis nimium audiens

Huius filiæ, quorum pereo gratia.
Et nunc me ab ira Thetidis, quæ inclytum
Reperit tibi filium, quam tu diuinam colis,
Ducunt abstrahentes, neq; ullo iure
Condemnantes, neq; absentes à domo
Expectantes, sed meam solitudinem
Explorantes, & huius filij, quem insontem
Sunt unà mecum infœlice interfecturi.
Sed oro te ô senex, ante tua
Cadens genua. nam manu non licet mihi
Tuam prehendere charissimam barbam:
Libera me per deos. sin secus, moriemur
Turpiter uobis, infœliciter uerò mihi, ô senex.
PEL. Relaxare iubeo uincula, antequam ploret quispiam,
Et huius manus implicationes remittere.
MEN. Ego uerò interdico, aliàs non inferior te,
Tum in hanc longe plus iuris obtinens te.
PEL. Quomodo? an meã domũ administrabis, profectus
Huc? non satis tibi, Spartanis imperare? (ctus
MEN. Cæpi ipsam captiuam ex Troia ego.
PEL. Meus uerò ipsam accepit filius, filij honorariũ munus.
MEN. An non illius res meæ? & illius, meæ?
PEL. Ad benefaciendum: ad malefaciendum nequaquam, neq; in cæde uiolenta.

MEN.

ME. Vt hanc abducas nunquam ex mea mana.
PE. Sed sceptro hoc tuum cruentabo caput.
ME. Attinge ut scias, & prope ad me accede.
PE. Tu enim inter uiros ô peßime, & ex malis?
Tui habenda est ratio, tanquam inter uiros?
Qui à Phryge spoliatus es uxore, (quisti,
Inconclusam, nullis seruis munitã domũ tuã qui reli
Tanquam sanè uxorem castam domi habens,
Omnium peßimam? Neq; si uelit quispiam,
Casta esse queat Spartana puella, ἓδ
Quæ cum iuuenibus relinquentes domos ἐὲ
Nudis fœmoribus, & tunicis dissolutis ἐἐ
Cursus & palæstras, non tolerabiles mihi, ἐἐ
Communes habent: & tamen admirabile uidetur, ἐἐ
Quod non castas mulieres educatis? ἐἐ
Helenam interrogari oportuit hæc, quæ è domo ἐἐ
Tuum relinquens amicitiæ præsidem, delata est
Adolescentulo cum uiro in aliam terram
Et tamen propter illam, Græcorum turbam
Tantam congregans, duxisti ad Ilium.
Quam oportebat te expuentem non mouere hastã,
Perfidã quam deprehendisti, sed sinere illic manere,
Mercedemq; dare, ne unquam in domum reciperes.
Verum neq; hac ratione tuum consilium stabiliuisti.
Animas uero multas & bonas perdidisti,
Liberorumq; orbas anus reddidisti domi,

Canos q; priuasti patres nobilibus liberis.
Ex quibus unus ego infœlix. peculiarem uero te,
Malum dæmonem ueluti quendam aspicio Achillis:
Qui neq; uulneratus uenisti è Troia solus,
Pulcherrima arma præterea in pulchris thecis
Similia illuc & huc duxisti iterum.
Et ego quidem loquebar, te ambiente affinitatem,
nunquam tecum
Affinitatem contrahere, neq; intra domum accipere
» Malæ mulieris pullum. Imitaneur enim
» Materna opprobria. Hoc & considerate mihi
» O proci, bona filiam ex matre ut ducatis.
Ad hæc porro in fratrem quàm contumelioſus fuisti,
Trucidare iubens filiam stultißime,
Tantopere timuisti, ne malam uxorem haberes.
Capta uero Troia, eo enim & illuc tibi,
Non occidisti uxorem deditiam accipiens,
Sed ut aspexisti pectus, abiecto gladio
Suauia accepisti, proditricem blande tractans canē,
Inferior nostra existens Venere, ô peßime tu.
Deinde in domum meorum ueniens liberorum,
Deuastas absentium, & mulierem infœlicem
Occidis inglorie: & filium, qui flentem te,
Et tuam quæ domi est constituet filiam,
» Tametsi nothus sit. Sæpenumero certe
» Ex ilis pinguem terram uicit satio.

Et

Et spurij multi legitimis meliores sunt. «
Sed aufer hinc tuam filiam. satius est mortalibus «
Pauperem probum, quàm improbum & diuitem «
Generũ acquisiuisse, & amicũ. tu uero nihili homo es. «
CHO. Paruo ab initio contentionẽ hominib. magnã «
Lingua suppeditat. hoc uero sapientes hominum «
Cauent ualde, non amicis fabricare litem. «
ME. Quid iam dicas, senes quod sapientes,
Et quod prudentes habeantur unquam Græcis?
Quando existens tu Peleus, & patre inclito natus,
Affinitate contracta, turpia quidẽ tibi ipsi loqueris,
Nobis uerò conuicia propter mulierem barbaram,
Quam cõueniebat te ppellere, ppter hanc, ultra Ni
Et ultra Phasim, & me adhortari usq;, (li flucta,
Existentem quidem Asiaticam, ubi cadauera
Multa Græciæ ceciderunt hasta cæsa mortuorum,
Tuiq; filij sanguinis quæ particeps est.
Paris enim, qui tuum filium occidit Achillem,
Hectoris frater erat, uxor uero hæc Hectoris.
Et cum hac ingrederis tu in idem tectum,
Et eiusdem mensæ dignaris habere uitam.
Parere præterea domi tuæ filios inimicissimos finis.
Quæ ego prouidentia tua & mea senex
Tollere uolens, hanc ex manibus eripio.
Atqui dic, attingere enim non turpe est sermonem,
Si filia quidem mea non pepererit, sed ab hac

Germina-

Germinarint filij, huius terræ Phthioticæ
Statues principes? barbari existentes genere
Græcis imperabunt? & deinde ego quidem desipio,
Odio habens iniqua, tibi uero inest prudentia?
Et illud nunc dispice, si tu filiam tuam
Elocans alicui ciuium, & passa esset huiusmodi,
Tacitè sedisses utiq; nõ existimo. p peregrina tamẽ
Huiusmodi loqueris, contra necessarios amicos?
» Atqui idem uir & mulier uxris habet,
» Iniuria affecta à uiro. Sic simili modo uir
» Mulierem petulantem domi habens.
» Et marito quidem in manibus est magna potentia,
» Mulieri in parentibus & amicis res sitæ sunt.
Igitur iustum est, ijs qui me attinent ferre auxilium.
Senex nimium es. meam uero militiam
Narrans, me laudas, quàm tacens, plus.
Helena uero peccauit non sua sponte, sed ex Dijs:
Atq; istud plurimum auxit Græciam.
Armorum enim cum essent & pugnæ inexpertes,
» Venerunt ad fortitudinis laudẽ. Namq; exercitatio
» Omnium rerum hominibus fit magister.
Quod uero in aspectum meæ ueniens ego
Vxoris, continui non occidere, sapui.
Neq; te Phocum uellem interfeciſſe. (iram.
Hæc bene mihi cõstans tecũ expostulaui, nõ propter
» Si uero tu statim succenses, tibi quidem lòquacitas

Maior

Maior est, mihi uero lucrum est prouidentia.
CHO. *Cessate iam. utiliora enim longe hæc*
Sermonibus uanis, ne duo erretis simul.
PE. *Eheu, in Græcia quàm male constitutum est,* ‹‹
Cum trophæa de hostibus statuerit exercitus, ‹‹
Non militum facinus ducunt hoc, ‹‹
Sed ipse imperator gloriam sibi uendicat, ‹‹
Qui unus cum alijs innumeris uibrans hastam ‹‹
Nihil plus uno faciens, habet maximam famam. ‹‹
Superbi uero, in magistratibus sedentes in singulis ‹‹
ciuitatibus, ‹‹
Sapiunt supra plebẽ plus, existentes nihili homines. ‹‹
Hi uero sunt ipsis innumeris sapientiores, ‹‹
Si audacia accederet, consiliumq; simul. ‹‹
Quemadmodum & tu, tuusq; frater, inflati
Ex Troia, sedetis, & ob illic actum imperium,
Aliorum studijs & laboribus elati.
Ostendam uero ego tibi, non Idæum Parim
Maiorem existimari Pelei hostem unquam,
Nisi discedes ab hac quàm primum domo,
Et filia carens liberis. quam nepos noster
Agitabit per domum, hac conuellens coma.
Quæ sterilis existens uitula, non patitur
Parientes alias, non habens ipsa liberos.
Sed si in hoc illius infœlix es propter liberos,
Orbos nos oportuit esse liberis?

Abite

Abite ab hac, ô famuli, ut probe discam,
Si quis me soluere huius prohibere uelit manus.
Suscita te ipsam, ut ipse quamuis tremulus
Nexa uinculorum uolumina soluam.
Siccine ô pessime huius læsisti manus?
Bouem aut leonem putasti constringere laqueis?
Aut ne gladium accipiens propelleret te,
Timuisti? accede huc subulnas puer,
Vnà solue matris uincula. In Phthia te ego
Educabo, magnũ ustis inimicũ. si uero abfuerit belli
Spartanis gloria, & prælij certamen,
In cæteris, scitote, existentes nemine meliores.
CHO. Pacata quædam res est senum genus,
Et ad retinendum difficile, propter iracundiam.
ME. Nimis procliuis ferris ad conuiciandum.
Ego uero per uim Phthiam profectus,
Neq; quid perperam agam, neq; patiar.
Et nunc quidem, non enim magnum ocium habeo,
Abeo domum. Est etenim non procul
A Sparta ciuitas quædam, quæ hactenus erat socia,
Nunc uero hostilia agit. hanc aggredi uolo,
Exercitum ducens, ut subditam capiam.
Cum uero res illic statuero pro sententia mea,
Redibo. præsens uero ergo præsentes palam
Generos docebo, & discam sermones.
Et si quidem puniet hanc, & in posterum fuerit

Modestus

Modeſtus in nos, modeſtum uiciſſim accipiet.
Inflatus uero, incidet in iratos.
Rebus uero res ſuccedentes accipiet.
Tuos uero ſermones facile ego fero.
Vmbræ enim ueluti oppoſitus uocem habes,
Imbecillis. nihil aliud, niſi loqui tantum.
PE. Accede fili mihi huc ſub ulnis conſtitutus,
Tuq; ô miſera. in tempeſtatem enim ſeuam
Incidens, in portus uenifti placidos.
AN. O Senex, dij tibi benefaxint, & tuis
Seruanti filium, & me infœlicem.
Vide uero, ne nunc in ſolitudinem uiæ
Fugitantes iſti, per uim abducant me.
Senem quidem te cernentes, & imbecillem me,
Et puerum hunc ſtultum. conſidera hæc:
Ne nunc elapſi, deinde capiamur poſtea.
PE. Ne mulierum timidarum adferas ſermonem.
I, quis uos attinget? ſtens utiq;
Attinget. propter deam enim, & equitibus
Et multis peditibus imperamus per Phthiam.
Nos præterea erecti, neq; ſenes, ut exiſtimas.
Verum ad huiuſmodi uirum reſpiciens tantum,
Trophæum de eo ſtatuam, ſenex quamuis exiſtens.
Multis iuuenibus etiam ſenex, ſi fuerit animoſus,
Melior eſt. quid enim oportet timidum eſſe bono cor-
poris habitu præditum?

CHO.

Digitized by Google

» CHO. *Aut non ſim, aut*
» *Parentibus bonis*
» *Liceat eſſe, locupletiſq;*
» *Familiæ particeps ſim.*
» *Si quid enim patitur quis periculoſum,*
» *Auxilij non egeſtas nobilibus.*
» *A' uulgo autem celebratis uirtutibus*
» *Honor & gloria.*
» *Non ſane reliquias bonorum*
» *Virorum auffert*
» *Tempus. ſed ipſa uirtus*
» *Etiam mortuis lucet.*
» *Melius uero eſt uictoriam non*
» *Infamem habere,*
» *Quàm cum inuidia ſubuertere*
» *Et potentia iuſtitiam.*
» *Gratum quidem principio iſtud hominibus,*
» *Procedente uero tempore fit aridum.*
» *Quin etiam in uituperium cedit familiæ.*
Hanc approbo,
Hanc etiam dego uiuendi rationem,
» *Nullam extra iuſtitiam*
» *Potentiam priuatim*
» *Et publice ualere.*
O ſenex Aeacida,
Credo & cum Lapithis te, &

Centaurorum

Digitized by Google

Centaurorum certasse hasta inclitissima.
Etenim cum Argoa hasta
Inhospitalem humidam penetrasse
Marinam Symplegadam,
Ad inclytam nauigationem,
Ad Iliacam urbem, cum antea
Inclytus Iouis
Filius circumdedit cæde,
Communem illam gloriosam
Sequutum Eurotam peruenisse.
ANC. *O carissimæ mulieres, ut malum male*
Succedens hodie paratur.
Domina enim domi, Hermionem dico,
Patreq; desolata, conscientiaq; simul,
Quale designauit facinus? Andromachen occidere,
Et filium uolens? mori uult,
Maritum metuens, ne ob ea quæ fecit,
Ex his cum ignominia domibus repudietur.
Aut ne moriatur, interficiens, quos mori nõ conue-
Vix uerò ipsam uolentẽ suspendere collũ (niebat.
Prohibent custodes famuli, & ex dextra
Gladium abripiunt ui adimentes,
Tantopere dolet. & ea quæ antea peregit,
Agnoscit quod peregerit non recte. ego quidem
Dominam prohibens à laqueo, defatigata sum, õ
Vos introgressæ in hanc domum, (charæ.

Digitized by Google

A' morte ipſam liberate. Ex familiaribus enim
Amici iuuenes accedentes, perſuaſibiliores.
CHO. Atqui in domo miniſtrorum audimus
Vocem, ob quæ ueniſti annuncians tu.
Oſtendere uerò uidetur miſera, quantum poteſt
Faciens male. ex domo enim abit,
Fugiens manus miniſtrorum, ex deſiderio mortis.
HER. Hei mihi, dilacerationem comæ, unguiumq;
Inimicas euulſiones faciam.
CHO. O filia, quid ages? corpus tuum deturpabis?
HER. Væ uæ uæ uæ.
Vale ſublime à cincinnis meis
Tenue ſtrophium.
ANC. Filia, obtege pectora, conſtringe peplis.
HER. Quid uerò me oportet tegere peplis pectora?
Manifeſta, & undiq; conſpicua, & non
Occulta peccauimus in maritum.
AN. Doles ne, cædem moliens corruptæ tuæ?
HER. Imo deploro grauem audaciam,
Quam commiſi, ô execratam
Me, execratam maritis.
AN. Ignoſcet tibi hoc peccatum maritus.
HER. Quid mihi gladium ex manu eripuiſti?
Redde ô chara,
Redde ut aduerſum
Inuitæ uulnus.

Quid

Quid me à laqueis prohibes?
AN. Verum si te dimitterem, non sibi constantem,
ut morereris,
HER. Hei fatum. ubi mihi ignis chara flamma?
Vbi uerò ad terminos sustollar?
Per mare, aut per syluam montium,
Vbi mortua inferis curæ sim?
CHO. Quid hæc laboras? Casus diri «
Omnibus mortalibus aut tunc accidunt, aut tunc. «
HER. Reliquisti reliquisti ô pater, littoralem
Veluti solitariam nauem carentem
Remigio marino.
Perdes perdes me.
Non amplius habitabo in hac
Nuptiali domo.
Ad quæ simulachra supplex accedam?
Aut serua seruæ genubus accidam,
Phthia ex terra?
Cærulea auis utinam fierem,
Aut picata nauis, quæ
Per cærulea penetrauit littora,
Primo nauigans remo.
AN. O filia, tum nimis neq; illam laudaui,
Quando in mulierem Troianam peccasti,
Neq; tuum metum quem metuis nimis.
Non sic amicitiam tuam repudiabit maritus,

Digitized by Google

Malis mulieris barbaræ persuasus sermonibus.
Neq; enim te captiuam ex Troia habet,
Verum uiri egregij filiam cum magna
Dote, & ciuitatis non mediocriter beatæ.
Pater uerò te non sic, ut tu metuis, ô filia,
Deserens sinet ex hisce domibus excidere.
Verum i intro, neq; obambula ædes
Ante has, neq; quod dedecus accipias,
Ante hæc atria conspecta, ô filia.
CHO. Atqui hic externus quispiam peregrinus ho-
Celeriter ad nostras domos proficiscitur. (spes,
OR. Hospitæ mulieres, num hæc sunt Achillis
Filij atria, & regiæ domus?
CHO. Scis, uerum quis existens interrogas hæc?
OR. Agamemnonis & Clytemnæstræ filius,
Nomen uerò Orestes. proficiscor uerò ad Iouis
Vaticinia Dodonea. postquam uerò perueni
Phthiam, placuit mihi de cognata discere
Muliere, an uiuat, & fœlix sit,
Spartana Hermione. longinqua enim
Habitans à nobis loca, tamen est chara.
ANCIL. O nautis tempestatis portus qui apparuisti,
Agamemnonis fili. per te hæc genua rogo,
Miserere nostri, quorum uisitas fortunas,
Agentes non bene, ramis uerò non deteriores.
Tuis appone genubus manus meas.

OR.

Digitized by Google

OR. Ehem, quid rei est? fallor ne, an manifeste ui-
Domuum regmam hanc Menelai filiam? (deo
HER. Quam solam Tyndaris peperit mulier
Helena, domi patri, nihil dubita.
OR. O Phœbe medice, dolorum des solutionem.
Quid rei est? à dijs aut hominibus pateris mala?
HER. Partim quidem à nobis, partim à uiro qui me
Partim à Deo quodam: undiq; perijmus. (habet.
OR. Quæ uerò esse queat nondum natis "
Liberis mulieri calamitas, nisi in matrimonio? "
HER. Hoc ipso & ægrotamus, bene me subduxisti.
OR. Aliud quoddam cubile pro te amat maritus?
HER. Illam captiuam Hectoris coniugem. (clos.
OR. Rem malam narras, unicũ uirũ binos habere le "
HER. Huiusmodi hæc sunt. & deinde ego uindictã
paraui. (lier?
OR. Num contra mulierẽ molita es, qualia solet mu-
HER. Cædem illi, & filio spurio.
OR. Et occidisti? aut quis à calamitate abstulit?
HER. Senex Peleus, deteriores colens.
OR. Tibi uerò ad fuit quispiam, qui huius particeps
erat cædis?
HER. Patet utiq; ad hoc ipsum à Sparta profectus.
OR. Et deinde senis uictus est manu? (quens.
HER. Verecundia utiq;, & me desolatã abit relin-
OR. Intelligo. metuis ob ea, quæ feceris, maritum.

HER. Cognouisti. Perdet enim me merito. quid conuenit dicere?
Sed obsecro te, Iouem obtestans consanguineum,
Mitte me ex regione hac quò libet longissime,
Aut ad paternum atrium. quoniam uidentur mihi
Domus persequi uocem habentes istæ me.
Odit & terra Phthiotica. Si uenerit antea
Phœbi relinquens uaticinium in domum maritus,
Interficiet me turpissimè. aut seruiemus
Illegitimæ uxori, quibus dominabar antea.
OR. Quî uerò in his, ut sic dicam, peccasti?
» HER. Malarum mulierum accessus me perdiderũt:
» Quæ mihi dictitantes, hos inspirarunt sermones.
Tu pessimam illam captiuam domi
Seruam sustinebis, tecum lecti participantem?
Per reginam, nequaquam domi meæ
Cernens splendorem meo frueretur lecto.
Et ego audiens hosce Sirenum sermones, (rum,
Sapientium, improbarum, uersipellium, locutuleia-
Efferebar stultitia. Quid enim mihi opus erat
Maritũ obseruare, cui aderant quæcunq; necesse e-
Magnæ quidẽ diuitiæ, domiq; imperabam, (rãt?
Filios uerò ego legitimos peperissem:
Illa autem semiseruos meis spurios.
» Sed nunquam nunquam (non enim semel tantũ dicã)
» Conuenit sapientes, quibus est uxor,

Ad

Ad domesticam uxorem accedere sinere. ee
Mulieres. ipsæ enim præceptores sunt malarum ee
rerum. ee
Illa quidem aliquid lucrifaciens, corrumpit matri- ee
monium. ee
Alia peccans, ut peccet cum ea cupit. ee
Multæ uerò, socordia. & inde domestica res ee
Laborat uirorum. aduersus hæc bene custodite ee
Claustris & uectibus domorum portas. ee
Sanum enim nihil, externi accessus ee
Patrant mulierum, uerum multa, & mala. ee
CHO. Nimiũ immisisti linguam in cognatũ genus.
Ignoscibilia quidem tibi hæc, uerum conueniebat ee
Adornare mulieres muliebres naturas. ee
OR. Scita quædam res, eius qui docuit homines, ee
Sermones audire à præsentibus. ee
Ego enim sciens huius perturbationem domus,
Contentionemq; tuam, & uxoris Hectoris,
Custodes habens manebam. Siue istic mansura esses,
Siue perterrita captiuæ metu
Mulieris, ab hisce ædibus discedere uelis:
Veni ergo, tuas epistolas non expectans.
Si uerò dixeris ex animo, ut modò dixisti sermones,
Ducam te ab ista domo. mea enim cum fueris antea,
Cum hoc habitas uiro, tui patris improbitate.
Qui antequam Troiæ ingrederetur fines,

Vxorem mihi cum dedisset, deinde pollicitus est
postea
Ei qui nunc te habet, Troianam si deuastarit ciui-
tatem.
Sed postquam Achillis huc redijt filius.
Tuo quidem ignoui patri. sed hunc orabam,
Nuptias ut mihi dimitteret tuas, mea dicens infor-
tunia,
» Et præsens fatum. Quoniam amicis
» Vxorem ducere à uiris, aliunde uerò non facile.
Exulans domo, in quo exilio ego sum.
Ille uerò erat petulans, inq; meæ matris cædem
Et cruentoculas deas exprobrans mihi.
Et ego humilis existens fortuna domestica
Dolebam certe, dolebam. calamitatibus enim ob-
strictus eram.
Tuis tamen orbatus abij inuitus nuptijs.
Nunc igitur quoniam contrariam habes fortunam,
Et in calamitatem hanc collapsa inops consilij es,
Abducam te à domo, & patris tradam manui.
» Nam affinitas ipsa præclara res est. inq; aduersis
rebus
» Non est quicquam melius domestico amico.
HER. Sponsaliorum quidem meorum pater meus
Curam habebit: neq; meum decernere hæc.
Sed quàm ocyssime ex hac me mittè domo,

Digitized by Google

Ne præueniat me accedens ad domum, & reuerſus maritus.
Aut filij domum me deſolantem ubi didicerit
Peleus, reuocet equeſtri perſequutione.
OR. Bono ſis animo. ſenis manum, & hunc Achillis
Nihil metuas filium, qui mihi iniurius fuit.
Talis enim ei machina nexa,
Laqueis non mobilibus eſt cædis
Ab hac manu, quam antea quidem non dicam.
Rebus uero peractis, Delphica ſciet petra.
Sed hic matricida, ſi militum meorum
Manſerint iuramenta in Pythica terra,
Oſtendet nuptias contraxiſſe ipſum, non quæ ad me pertinebant.
Amarulentè uero ob patrem, capitalis poſtulabit cauſæ
Regem Phœbum, neq; ipſum mutatio
Sententiæ iuuabit, deo dantem nunc pœnas.
Verum & ab illo calumnijſq; meis
Male peribit. compertam habebit inimicitiã meam.
Inimicorum enim uirorum fortunam per uices
Deus uertit, neq; ſinit ſuperbire.
CHO. O Apollo, qui extruxiſti turris in modũ, quæ eſt in Ilio
Bene muratum murum: & ô Neptune, ὦ πόλις
Cæruleis equis qui curru ueheris,

κυανέαις ἵπποις διφρεύων

Per marinum pelagus. ἅλιον πέλαγος.
Cuius gratia inhonoratam arti-
Ficialem manum architecturæ
Marti bellicoso attribuentes
Miseram conceditis miseram Troiam?
Plurimos uero in littore Simoentico
Bene equis instructos currus iunxistis,
Et cruenta uirorum certamina
Obijstis, non uictricia.
Perditæ uero abierunt
Iliacæ regimæ.
πῶς ἐπιβώ- Neq; amplius ignis aris impositus in Troia
μιον. Diis splendet fumo odorato.
Perijt uero Atridas uxoris manibus,
Et ipsa permutans cædem morte
A filio punita est.
Dei dei ipsum
Iussus impulit
Vatidicus. quando illum
Ab Argis profectus
Agamemnonis filius
Apud inaccessos adijt thesauros, matris interfector.
O dæmon, ô Phœbe, quomodo audio?
Multæ Græcorum utiq;
Conciones, choro carentes gemitus
Celebrarunt miserorum filiorum. uxores uero
Reliquerunt

Reliquerunt domus,
Ad alium condor-
Mitorem. non tibi soli
Graues acciderunt,
Non amicis, calamitates.
Morbum Græcia sustinuit, morbum.
Penetrauit uero etiam ad fructiferas terras Phrygũ
Furor, distillans Plutoni cædem.
PE. Phthioticæ mulieres, interroganti mihi
Indicate. sensi enim non certum sermonem,
Quod domos relinquens Menelai filia,
Euanida sit, has. adsum uerò pdiscẽdi studiũ habẽs,
An hæc uera sint. Absentium enim amicorum
Oportet illos qui domi sunt, curare sedulo fortunas.
CHO. O Peleu, certo audiuisti, neq; me decet
Occultare, in quibus ego existo malis.
Regina enim ab hisce abit fugitiua domibus.
PE. Quem metum habens? perfice mihi.
CHO. Maritum metuens, ne è domo ipsam eijceret.
PE. Num pro filij mortalibus consilijs?
CHO. Certe etiam mulieris captiuæ metu.
PE. Cum patre uero domos, aut cum quo reliquit?
CHOR. Agamemnonis ipsam filius abijt ducens è terra.
PE. Qualem habens spem, aut uxorẽ ducere cupiẽs?
CHO. Quin tui filij filio moliens mortem.

PE.

PE. Occultatus constitutus, aut ex aduerso congressus pugna.
CHO. Sacro in templo Apollinis cum Delphis.
PE. Eheu. hoc iam graue. non quàm primum
Abit quispiam ad Pythicos lares,
Et quæ hic geruntur, illis qui illic sunt dicet amicis,
Anceq̃ filius Achillis moriatur ab inimicis?
NVN. Heu me me.
Cuiusmodi ego miser nuncians uenio calamitates,
Tibiq; ô senex, & amicis domini mei.
PEL. Hei hei, prædiuinans animus, tanquam aliquid præsagiens.
NV. Non est tibi filius filij, ut breuiter scias, ô senex
Peleu, huiusmodi gladiorum uulnera habet
Delphis à uiris, & Mycenæo hospite.
CHO. Ah ah, quid ages ô senex? ne concidas.
Sustolle teipsum. PE. Nihil sum, perij.
Nulla est uox, delabuntur uero membra.
NVN. Audi, si modò à tuis amicis arcere
Vis factum facinus, tuum erigens corpus.
PE. O fortuna senectutis in ultimis finibus,
Qualis me infœlicem circumcomplexa contines.
Quomodo perijt mihi filius unicus filij unici?
Indica: audire, & non audire tamen cupio.
NVN. Postquam ad inclytum uenimus Phœbi solum,
Tres quidem splendidos solis transitus

Spec-

Spectaculis tribuentes oculos impleuimus.
Atq; hoc suspectum erat. Ad conuentus
Et orbes ibat populus, incola Dei.
Agamemnonis uero filius penetrans ciuitatem,
In autrē unicuiq; inimicos loquebatur sermones.
Videtis istum qui penetrat Dei
Auro referta ad penuaria, thesauros mortalium,
Altera uice adesse pro quibus etiam antea.
Huc uenit Phœbi templum deuastare uolens.
Et ex hoc increbruit fama in ciuitate mala.
Magistratusq; cogebantur, & ad curias
Seorsim qui Dei opibus præfecti erant
Præsidium collocarunt, in porticibus columnis suf-
fultis.
Nos uero poma arboris Parnasia
Ludicra, nihildum horum expertum habentes,
Accipientes eramus, focisq; assistebamus
Cum hospitibus & uatibus Pythicis.
Et quispiam hoc dixit, ô adolescens, quid tibi
Deo precabimur? cum quo munere uenis?
Sed is dixit, Phœbo anteacti peccati
Pœnas dare uolumus. postulaui enim
Patris olim ipsum cædis dare pœnam.
Et exinde Orestis oratio ualens multo
Videbatur, quod mentiretur dominus meus,
Veniens ob turpia. Vadit uero templi

Intra

Intra pauimentum, ut ante loca oraculi
Precaretur Phœbum. erat uero inter holocausta.
λόχος Hoc in loco ensibus armatæ constitutæ erãt insidiæ,
δόλιον στόμα Lauro obtectæ. quorum Clytemnæstræ filius
Vnus erat, horum omnium machinator.
Et hic quidem coràm stans, uota facit deo.
Illi uero acutis gladijs armati,
Pungunt inermem filium Achillis clam.
Cedit uero retro aduersus, non enim lætaliter ictus
Erat. uerum detrahit ex porticu
306. versu 1. Pensilia arma de clauis arripiens,
Constitit ante aram sæuus pugnator uisu.
Clamat uero Delphorum filios, quærens hæc:
307. versu 3. Cuius me gratia occiditis, pias uias
Venientem? qualem pereo ob causam?
Horum nihil quisquam, multis existentibus prope,
Dixit, sed feriebant eminus saxis.
Densa uero niuatione undiq; ictus,
Protendebat arma, & cauebat iactus,
Huc & illuc scutum extendens manu.
Sed nihil proficiebat. uerum multa simul tela,
Sagittæ, iacula, solutaq; missilia,
Et iugulantia cadebant uerua ante pedes.
Peritus autem uidisses saltationes, deuitante
Tela filio. cum uero ipsum circumquaq;
In orbem continerent, non dantes respirationes,

Ars

Aræ uacuans accipientem uictimas focum,
Troicum saltum saliens pedibus,
Perrexit contra eos. illi uero ueluti columbæ
Accipitrem uidentes, ad fugam terga uerterunt.
Multi uero cadebant permixti, & ex uulneribus.
Ipsiq; à seipsis angustos per exitus.
Clamor uero inauspicatis inauspicatus templis
Saxis resonuit. serenitas uero tanquam
Constitit, splendidis dominus splendicans armis.
Antequam quispiam aditis ex medijs insonuit,
Et graue & horrendum, impulit uero exercitum
Conuertens ad pugnam. ibi Achillis cadit
Filius, acuto in latus gladio cæsus,
Delpho à uiro, qui illum interemit
Multis cum alijs cum uero ad terram collapsus est,
Quis non ferrum attulit? quis non saxum
Iaciens, concutiens? totũ uero corpus cõsumptũ est,
Formosum illud, uulneribus à sæuis.
Mortuum iam ipsum iacentem prope aram,
Proiecerunt extra uictimas accipientes aditus.
Nos uero arripientes citius manibus,
Apportamus tibi ipsum ad deplorandum luctibus,
Et ad deflendum, ô senex, & ad ornandũ sepulchro.
Huiusmodi qui alijs iura dat rex,
Ille qui iuris omnibus hominibus iudex est,
Pœnas dantem in filum fecit Achillis.

Recordatus

Recordatus fuit, ueluti homo, illiberalis
Veteris contentionis. quî igitur fuerit sapiens?
CHO. Atqui hic dominus portatim ipse
Ex Delphica terra domum appropinquat.
Miser, qui passus est. infœlix uero senex
Et tu. accipis enim Achilleium
Catulum domum, non ut tu uis.
Ipseq; in malam cladem incidens,
In idem fatum coincidisti.
PE. Hei mihi, malum quale uideo
Hoc, & accipio manu domum meam?
Hei mihi, heu heu.
O ciuitas Thessalia, perijmus,
Occidimus. non amplius mihi genus, non amplius mihi liberi
Relicti sunt domi.
O misera passum me. in quem
Iam amicum oculos iaciens oblectabor?
O amicabile os, & genæ, & manus.
Vtinam te sub Ilio sustulisset dæmon,
Simoentis ad ripam.
CHO. Iste utiq; ex hisce honoraretur, ô senex,
Mortuus. tuæ uero partes essent sic fœliciores.
PE. O nuptiæ nuptiæ,
Quæ hasce domus, & ciuitatem meam
Perdidistis. Ah ah, ah ah, ô fili,

O Vtinam

O utinam per tuas nuptias inauſpicatum
Nunquam meum genus ad liberos domumq;
Amplexum eſſet
Hermiones malum genium in tuam pernicie, ô fili.
Verum fulmine utinam prius periiſſet, ἀλλ' ἐμοὶ πρόσθεν πτόθεν
Neq; ob ſagittationem lætalem patris ὀλέσθαι.
Sanguinem diuinam unquam
Phœbi mortalis in Deum retuliſſes.
CHO. Ottoti, Ottoti.
Mortuum herum luctibus
Modulatione quæ inferis conuenit deflere incipiam.
PEL. Ottoti, Ottoti.
Succeßiuè miſer ego
Senex, & infœlix lachrymo.
CHO. Ex Deo enim fatum, Deus perfecit clades.
PEL. O chare, domum deſeruiſti deſolatam, 309. uerſ. 13.
Hei me me,
Laborioſum me ſenem,
Orbum relinquens.
CHO. Mori te ô ſenex cõueniebat ante tuos liberos.
PEL. Non dilacerabo comam, 309. uerſ. 18.
Non addam
Meo capiti planctum manu miſerabilem.
O ciuitas, geminis liberis
Me priuauit Phœbus.
CHO. O mala paſſus, uidensq; infœlix ſenex,

Quam uitam in posterum habebis? (lorum,
PEL. Liberis carens, desolatus, non habens finē ma-
Perferam labores usq; ad mortem.
CHO. Frustra uerò te nuptijs bearunt dij.
PEL. Auolantia omnia euanida iacent,
Arrogantia sublimi antea.
CHO. Solus solis in domibus uersaris.
PEL. Non amplius mihi ciuitas, ciuitas.
Sceptráq; hæc ualeant supra terram.
Tuq; ô in antris obscuris Nereifilia,
Planè perditum me uidebis, collapsum ad terram.
CHO. Io, io.
Quid commotum est? quem uideo
Deum? puellæ, uidete, cernite.
Deus hic quispiam album ætherem
Traijciens, equos alentes
Phthiæ ad campos peruenit.
THE. O Peleu, propter tua iam anteacta connubia
Adsum Thetis, relinquens Nerei domus.
Et primum quidem te præsentibus malis
Ne quid nimium doleas, adhortor.
Nam ego quoq;, quam conueniebat indefletos pare
Amisi ex te filium uelocem pedibus (re liberos,
Achillem pariens, primum Græciæ.
Quorum gratia adsum dicam. tu uerò accipe.
Hunc quidem mortuum Achillis filium

Sepelito

Sepelito, traducens Pythicos ad focos,
Delphis ad opprobrium, ut indicet sepulchrum
Cædem per uim illatam Orestææ manus.
Mulierem uero captiuam, Andromachen dico,
Molossiam terram conuenit incolere, ô senex,
Heleno coniunctam legitimis nuptijs.
Et filium hunc, hunc ab Aeaco solum
Superstitem iam regem, & ex hoc conuenit
Alium post alium gubernare Molossiam,
Fœlices. non enim sic euersum
Genus esse conuenit tuum, & meum, ô senex,
Troiæq;. etenim dijs etiam illius cura est,
Quamuis collapsæ Palladis consilio.
Te uerò, ut planè scias, propter meum lectum,
Dea ego existens, & Dei patris filia,
A' malis liberans mortalibus,
Immortalem & incorruptibilem faciam deum.
Et deinde in domibus Nerei unà mecum
In posterum, iam etiam deus habitabis cum Deo.
Vnde deferens aridum ex ponto pedem,
Charissimum tibi filium, mihiq;, Achillem
Videbis, habitantem domos insulares,
Album iuxta littus intra Euxinum pontum.
Sed abi Delphorum in celeberrimam ciuitatem,
Mortuum deferens hunc, & sepeliens terra.
Reuersus inde ueteris rupis ad concauum recessum

Digitized by Google

Sepiadis sede. Mane uerò, usq; dum è mari
Accipiens quinquaginta Nereidarum chorum
» Venero, deductorem tui. Quod enim fatatum est,
» Conuenit te perferre. Ioui uerò uidentur ista.
» Desine tristari pro mortuis.
» Omnibus enim hominibus hæc à dijs
» Sors perfecta est, moriq; debetur.
PEL. O ueneranda, ô generosa coniunx,
Nerei soboles, salue. hæc uerò digna
Et te facis, & filijs tuis.
Omittam uerò tristitiam, te iubente, ô dea.
Et hoc sepulto, ibo Pelij ad conualles,
Vbi tuum cæpi manibus pulcherrimum corpus.
» Et proinde non nuptiæ cõtrahendæ ex probis sunt,
» Et dandæ bonis, quicunq; bono consilio utitur:
» Malarum uerò nuptiarum ne concupiscentiam quidem habere,
» Neq; si opulentissimas ferant dotes domum.
» Non enim unquam male, fauentibus dijs, habebunt.
CHO. Multæ species deorum.
» Multa citra spem perficiunt dij.
» Quæ in spe erant, non perfecta sunt.
» Insperatorum uerò exitum inuenit Deus.
Tale uerò abijt & hoc negocium.

ANDROMACHAE FINIS.

Digitized by Google

EVRIPIDIS
Supplices.

Scena quidem in Eleusine. Chorus uerò ex Argiuis mulieribus, quæ matres erant apud Thebas occisorum optimatium. Drama autem, encomium Athenarum.

PERSONAE.

Aethra	Præco
Chorus	Nuncius
Theseus	Euadne
Adrastus	Iphis.

AETHRA PRAEFATVR.



Ceres, tutelaris dea Eleusinæ terræ
Huius, & qui templa incolitis sacerdotes deæ,
Fœliciter me agere, Theseaq; filiæ meum
Ciuitatemq; Athenarum, & hanc Pithei terram.
In qua me altam diuite in domo
Aethram pater, elocat filio Pandionis
Aegeo uxorem, Apollinis ex uaticinijs.
Ad hasce cernens etenim, precata sum hæc,
Anus, quæ relinquentes domos Argiuæ terræ

ἰλικοπίτων χοροὶ.

Digitized by Google

Supplici germine aduoluuntur meis genubus,
Cladem paſſæ grauem. circa enim portas
Cadmi, occiſorum ſeptem generoſorum filiorum
Orbæ ſunt. Quos olim Argiuorum rex
Adraſtus duxit in militiam, Oedipi integræ heredi-
Partem obtinere exulanti Polynici cupiens (tatis
Genero. cadaueraq;, quæ perierum bello,
Sepelire uolunt horum matres humo.
Sed prohibent uictores, neq; ſublationem mortuorũ
Dare uolunt, iuſta uiolantes deorum. (meæ
Sed commune pondus cum illis habens neceßitatis
Adraſtus, oculos lachrymis rigans hiccine
Procumbit, & haſtam, illamq; miſerrimam
Deplorans multiam, quam duxit è domo.
Qui me impellit filium meum perſuadere precibus,
Mortuorum procuratorem, aut uerbis aut belli
Vi fieri, & ſepulturæ authorem.
Solum hoc opus iniungens meo filio,
Et ciuitati Athenarum. Forte uerò pro patria
Pro ſemente ſacra facio, ex regia mea profecta
Ad hoc phanum. Vbi primum apparet
Horrens ſupra hanc terram fructifera ſeges.
Coronam uerò illigatã hanc habens rami ſupplicũ,
Manebo ad ſacras aras geminarum dearum,
Proſerpinæ & Cereris. miſerans quidem
Canas careines haſce matres liberis,

Vene-

Digitized by Google

Venerans q; ſacros ramos. abijt uerò mihi
Præco ad urbem, huc Theſea uocans:
Vt aut harum moleſtiam amoueat ex terra,
Aut haſce neceſsitates ſupplices ſoluat, erga deos
Pium quid faciens. Omnia enim per mares
Mulieribus peragere cõuenit, quæ modò prudentes.
CHO. Rogo te ſenex ſenili ex ore,
Ad genua accidens tua,
Mihi liberos redimere occiſorum
Mortuorum, qui relinquunt membra,
Morte ſoluente membra,
Feris montanis eſcam.
Aſpiciens miſerandus quidem oculorum
Lachrymas circa palpebras,
Et laceras capitis
Dilaniationes manuum. Quid enim, quæ
Occiſos filios meos non domi meæ
Procuraui, neq; ſepulchrorum
Aggeres terræ aſpicio.
Peperiſti & tu olim ô uenerandæ filium,
Gratum efficiens coniugium marito tuo.
Concede nunc mihi tuas cogitationes.
Finge uerò quantum doleam miſera,
Propter occiſos quos peperi. Perſuade
Verò tuum quem rogamus ut ueniat
Filium Iſmenum, & in manus meas ponat

Mortuorũ iuuenum corpora, uel lapideũ sepulchrũ,
Sancte. an non cogente necessitate accidens,
Supplicans accessi frugum capaces dearum
Ad aras. habemus uerò iustam caussam. & tibi
Quædam adest facultas, ut fœlicitate sobolis
Infœlicitatem quæ penes me est demas.
Miseranda uerò passa supplico,
Meum filium misera in manum poni,
Mortua amplecti tristia membra filij mei.
Certamen hoc aliud adest luctuum, luctuum
Successor. resonant ministrorum manus.
Ite ô concentrices infœlices
Ite ô unà dolentes,
Ad chorum quem Pluto colit.
Per genas ungues albas
Cruentate, corpusq; cruentum.
» Hæc enim mortuorum à uiuentibus honori.
Inexpleta hæc me commouet gratia lamentationũ.
Laboriosa ueluti ex alta petra
Humida fluens gutta,
Incessabilis semper luctuum.
Hæc enim erga mortuos filios
Grauis quædam mulieribus
Ad luctus insita est affectio. he, he.
Mortua huius doloris utinam obliuiscerer.
THE. Quos luctus audiui? & pectoris planctum,

Mor-

Mortuorumq; lamentationes? hisce à templis,
Sono eunte. ut metus me suspendit?
Ne mihi quid mater, quam accedo pede,
Diu absentem è domo, habeat noui.
Ehem, quid rei? noua exordia aspicio sermonum,
Matrem senem ad aram sedentem,
Peregrinasq; simul mulieres, non seriem eandem
Malorum habentes. ex senilibus enim
Oculis agunt miseras in terram lachrymas.
Rasuræ præterea, & uestes non conueniunt festiui- 316.
Quid hæc, ô mater, tuum est indicare mihi. (tatib.
Nostrum est audire, expecto enim aliquid noui.
AETH. O fili, mulieres istæ, matres filiorum
Occisorum circa Cadmeas portas,
Septem ducum. Supplicibus uero ramis
Custodiunt me, ut uides, in orbem, ô fili.
THE. Quis uero deplorans miserabile in forib. hic?
AETH. Adrastus, ut narrant, Argiuorum rex.
THE. Pueri circa hunc, an huius filij?
AETH. Non, sed mortuorum occisorum filij.
THE. Quare ad nos uenerunt supplici manu?
AETH. Noui. uerum horum sermo ab hoc, ô fili.
THE. Te, istum contectum penula, interrogo.
Dic retecto capite, & omitte luctum.
Finis enim nullus, qui non per linguam fit.
AD. O glorioſe rex terræ Athenienſium

Theseu, tibi supplex, & ciuitati adsum tuæ.
THE. *Quam rem captans? & cuius rei usum habēs?*
AD. *Scin' quam militiam militaui pernicioſam?*
THE. *Minime enim tacite peragraſti Græciam.*
AD. *Illic amiſi uiros Argiuorum ſummos.*
THE. *Huiuſmodi infœlix bellum efficit.*
AD. *Iſtos mortuos acceſi depoſcens à ciuitate.*
THE. *Præconibus Mercurij fretus, ut ſepelires mortuos?*
AD. *Et deinde occiſores, non ſinunt me.*
THE. *Quid uero dicunt, pia poſtulante te?*
AD. *Ecquid re bene geſta? non nouerunt ferre.*
THE. *Cōſiliariū itaq; me acceßiſti, aut cuius gratia?*
AD. *Suſtollere te ô Theſeu filios Argiuorum uolēs.*
THE. *Illud uero Argos nobis ubi eſt? aut gloriatur fruſtra?*
AD. *Re male geſta perijmus, ad te uero uenimus.*
THE. *Priuatim decretū tibi hoc, aut uniuerſæ ciuitati?*
AD. *Omnes te rogant Danai, ſepelire mortuos.*
THE. *Ex qua uero cauſa ducis ſeptē ad Thebas curru?*
AD. *Geminis generis hāc præbens gratiā.*
THE. *Cui elocaſti filias, Argiuorum, tuas?*
AD. *Non gentilem contraxi affinitatem domi.*
THE. *Verum peregrinis dediſti Argiuas puellas?*
AD. *Tydeo, & Polynici Thebano.*
THE. *Quem in amorem huius affinitatis ueniens?*

AD.

Digitized by Google

AD. Phœbi me deceperunt obſcura uaticinia.
THE. Quid uero dixit Apollo, uirginibus perficiēs nuptias?
AD. Apro ut darem ego, & leoni, filias meas.
THE. Tu uero quomodo explicaſti Dei uaticinia?
AD. Venientes exules duo noctu ad meas portas.
THE. Quis & quis dic, duos enim loqueris ſimul.
AD. Tydeus pugnam commiſit, Polynices q; ſimul.
THE. Num iſtis dediſti, tanquam feris, filias tuas?
AD. Pugnam certe duarum beluarum aßimilans.
THE. Quomodo uero uenerunt patriæ relinquentes fines?
AD. Tydeus quidem, homicidium gentile fugiens ētus terræ.
THE. Sed filius Oedipi quomodo Thebas relinquēs?
AD. Diris paternis, ne fratrem interficeret.
THE. Sapiens dixiſti hoc uoluntariū exiliū. (bant.
AD. Verū illi q manſerant, abſentes iniuria afficie-
THE. Nimirū ipſum frater facultatibus defraudat?
AD. Iſtud ulturus profectus ſum, deinde perij.
THE. Vates uero acceßiſti, holocauſtorū etiam expertus es flammam? (ui.
AD. Eheu, urges me, qua parte maxime ego pecca-
THE. Non ueniſti, ut apparet, fauentibus Dijs.
AD Ecquid? coēgi Amphiaraum per uim.
THE. Sic utiq; Deus ipſe facile te in fugā conuertit.

AD.

ADR. Iuuenum enim uirorum tumultus perculerat me.

» THE. Alacritati nimirum ſtuduiſti potius quàm bonis conſilijs.

AD. Hoc ſanè multos perdidit imperatores.
Sed ô per Græciam fortiſſimum caput,
Rex Athenarum, turpe quidem duco
Procumbens ſolo, genua tua amplecti manu
» Canus uir, pari forſan in fœlicitate cõſtitutus prius.
Tamen neceſſe eſt calamitatibus cedere meis.
Serua mortuos mihi, mea miſeratus mala,
Et mortuorum haſce matres filiorum,
Quibus ſenectus uenit cana ad orbitatem.
Venire uero ſuſtinuerunt huc, & peregrinum pedẽ
Ponere, uix ſenilia mouentes membra.
Legationes, non Cereris ad ſacra obeunda,
Sed ut mortuos ſepeliant. ut ipſas oportebat
Illorum ſepultas manibus in flore exiſtentibus eſſe.
» Sapiens uero, & paupertatem aſpicere diuitem,
» Pauperemq; ad diuites reſpicere,
» Aemulantem, ut ſe quoq; diuitiarum amor inuadat,
» Miſerabiliaq; fœlices timeant,
» Et poëtam, ipſe ſi pariat carmina,
» Gaudentem parere. ſi uero hoc ei non accidat,
» Nequaquam poterit domi læſus
» Delectare alios. non enim officium habet.

Fortaſſe

Fortasse itaq; diceres, Peloponneso neglecto
Quomodo Athenienſibus hunc iniungis laborem?
Ego iuſtus ſum, exponere hæc.
Sparta quidē mea, etiam uarijs moribus prædita eſt:
Cæterum quoq; tenuis & imbecillis ciuitas uero tua
Sola poteſt hunc ſufferre laborem.
Hæc enim miſeranda uidit, & iuuenem
Habet te regem bonum, cuius inopia ciuitates
Multæ perierunt indigæ imperatoris.
CHO. Atq; ego eundem hūc cum hoc dico ſermonē,
O Theſeu, per miſericordiam meas ut ſuſcipias fortunas.
THE. Cum alijs contendi certans ſermone
Huiuſmodi. diceret enim quiſpiam, quod deteriora
Plura mortalibus ſunt quàm meliora.
Ego uero iſtis contrariam ſententiam habeo:
Plura bona eſſe mortalibus quàm mala ſint.
Si enim non eſſēt hoc, non eſſemus in luce.
Laudo uero quicunq; nobis uictum ex permixto
Et beluino deus per certum finem ſecreuit.
Primum quidem indens intelligentiam, deinde uero nunciam
Linguam ſermonum dans, ad cognoſcendam uocem,
Alimoniamq; fructuum, & alimoniæ è cælo
Guttas aquoſas, ut ea quæ ex terra proueniunt alat,
Irrigetq; ſolum. ad hæc hyemis

Veſtes

» Vestes calidas ad arcendum iniurias deæ.
» Marisq; nauigationem, ut permutationes
» Haberemus inter nos, earum quibus indiget terra.
» Quæ uero sunt obscura, & non manifesta, cognoscimus.
» In ignem uidentes, & per uiscera uitas
» Vates prædicunt, & ab augurijs.
» An uero non nutrimur, Deo seriem uitæ
» Dante, huiuscemodi? quibus non sufficerent hæc,
» Verum prudentia Deo ipso plus uelle
» Quærit. contumaciam uero in promptu habentes,
» Videmur esse diuis sapientiores.
Cuius tu quoq; esse uideris numeri, nõ sapiẽs existẽs,
Qui filias quidem uaticinijs Phœbi matrimonio copulans,
Peregrinis sic elocasti, tanquam uiuentibus dijs.
Splendidam uero turbidè domum cõmiscens tuam,
» Exulcerasti domũ. Conueniebat enim neq; homines
» Iniustos iustis prudentem commiscere:
» Sed fœlices contra metus comparare amicos.
» Communes enim Deus fortunas ducens,
» Ea quæ est ægrotantis clade perdidit
» Vna ægrotantem, & nihil peccantem.
Porro ad militiam omnes Argiuos ducens,
Vatibus interdicentibus, diuina tamẽ dicta negligẽs,
Vi, negligens Deos, perdidisti ciuitatem

Iuuenibus

Iuuenibus inductus. Qui in honore positi
Gaudent, & bella promouent absq; iusticia,
Perdentes ciues. hic quidem ut imperator sit,
Alter ut insoleſcat imperio in manus suſcepto.
Alius propter lucrum, non reſpiciens
Multitudinem, ſi quid lædatur patiens hæc.
Tres enim ciuium partes. partim quidē ſunt diuites,
Et inutiles, pluraq; affectant ſemper.
Alij pauperes, & egentes uictus,
Acres, trahentes ad inuidiam maiorem partem,
In diuites ſtimulos emittunt malos,
Linguis malorum præſidum gaudentes.
Triū uero partiū ea quæ in medio, ſeruat ciuitates.
Ornatum ſeruant, quem conſtituerit ciuitas.
Et tamen ego tibi auxiliator fiam?
Quid ad ciues meos dicens honeſtum?
Lætus abi. nequaquam enim conſuluiſti bene
Ipſe, urgere fortunam nos nimium.
CHO. Peccauit. In iuuenibus hominibus hoc
Situm eſt. ueniam huic dare conueniens eſt.
Sed ut ad medicum horum, ô rex, uenimus.
AD. Non certe iudicem elegi meorum malorum,
Neq; ſi quid peperam egiſſe deprehendar,
Horum inquiſitorem & cenſorem, ô rex,
Sed ut iuuer. Si uero non uis hæc,
Contentū eſſe me neceſſe eſt tuis dictis. qd enim agā?

Age

Age ô matres abite, ite glaucas frondes
Hoc in loco relinquentes, rami supplicum in re-
uersione
Deosq; et terram & hanc frumentiferam deam
Cererem ponentes testes, solisq; iubar,
Quod nihil nobis profuerunt preces Deorum.
Qui erat filius Pelopis, Peloponnesi quoq; nos
Eundem paternum sanguinem tecum possidemus.
Quid ages? deseres hæc, & eijcies è terra
Anus nihil adeptas, quæ ipsas oportebat?
» Nequaquã. habet enim confugiũ belua quidẽ petrã,
» Serui uero aras deorum: ciuitas uero ad ciuitatem
» Fugit, calamitatem passa. rerum enim humanarum
» Non est quicquam perpetuò beatum.
CHO. I misera, à sacro templo Proserpinæ.
I, & obuiato, genubus manum inijciens.
Liberorumq; mortuorum defer corpus (ô me miserã)
Quos sub mœnibus Thebanis perdidi filios,
Eheu, prehendite, ferte, mittite.
Diducite miseras manus aniles.
Per mentum ô chare, ô glorioßißime Græciæ
Rogo, accidens circa tua
Genua, & manum miseram,
Misereßce pro filijs me ßupplicem.
Aut aliquam lamentationem, miserabiles nenias, mi-
serabiles emittentem,

Neq;

Digitized by Google

Neq; insepultos ô fili in
Terra Cadmi ludibria beluarum
Filios, in tua ætate despicias rogo.
Respice mearum palpebrarum lachrymas, quæ ad tua
Genua sic accido, filijs sepulturam ut perficias.
THE. Mater quid fles? tenues oculis amictus
Inijciens tuis? num miseros luctus
Audiens harum? & me quoq; penetrauit quiddam.
Leua canum caput, ne lachrymes,
Venerandis Cereris aris assidens.
AE. Ae. æ. THE. Ista harum sunt non tibi lugenda.
AE. O miseræ mulieres. THE. Non tu harum existis.
AE. Dicam quippiam fili, tibiq; & ciuitati bonum.
THE. Quoniã multa sunt etiã à fœminis dicta sapiẽtia.
AE. Verum in desidiam mihi sermo, quem celo, cedit.
THE. Turpe dixisti, bona abscondere amicis.
AE. Non profectò silens, deinde incusabo unquam
Præsens silentium, quod tacitum sit male.
Neq; quod turpe sit mulieres bonum dicere
Metuens, dimittam metu meum officium honestum.
Ego uero te ô fili, primũ quidẽ ea quæ ad deos pertinent
Considerare iubeo, ne erres negligẽs.
Errat enim hac in re sola, aliàs uir sapiens.
Ad hæc, si quidẽ nõ cõueniebat illis qui iniuriã patiũtur
Audacem esse, ualde essem quieta.
Nunc uero tibiq; hoc honorem fert,

Et mihi, admonere te, non metum fert ô fili,
Viros uiolentos, & prohibentes mortuos
Sepulchri partes & exequiarum adipiſci,
Ad hanc neceſsitatem tua redigi manu,
Rituſq; totius confundentes Græciæ (ciuitates
» Quieſcere facere. Hoc etenim quod conſeruat hominũ
» Hoc eſt, quando quis leges ſeruarit pulchre.
Dicere uero poſſet iam quis, quod ex ignauia manuum,
Ciuitati cum potuiſſes coronam bonæ gloriæ adipiſci,
Metuens abſtiteris. & ſuis quidem agreſtis
Certamen ſubijſti, uilem certans laborem:
Vbi uero in galeam reſpicientem & haſtæ cuſpidem
Oporteret eniti, timidus inueniaris.
Ne quæſo meus exiſtens, ô fili, committas hæc.
Cernis? quàm inops conſiliorum, irriſa
Ab irriſoribus, ad Gorgona reſpectat
Tua patria? in laboribus enim augmentum capit.
» Verum quietæ, obſcurè degunt ciuitates,
» Ad obſcuraq; quæ minus cautæ ſunt, reſpiciunt.
Non es mortuis & mulieribus miſeris
Auxilium laturus, ô fili, rogantibus?
Quoniam non metuo cum iuſtitia te arma ſumentem,
Cadmiq; cernens populum fœliciter re geſta,
» Adhuc ipſum alios iactus per cubos iacturum
Spero. Deus enim omnia conuertit retro.

CHO.

Digitized by Google

CHO. O *charissima mihi, & huic dixisti bene;*
Et mihi, duplex uero gaudium erit hoc.
THE. *Mihi sermones quidem, ô mater, dicti*
Recte habent erga hunc. & confirmaui
Sententiam, quibus peccarim consilijs.
Video uero & ego hæc quæ me admones,
Quod meis non conueniens moribus
Fugere grauia. multa enim patrans egregia,
Consuetudinem hanc in Græcos introduxi,
Semper punitor malorum existere.
Non igitur detrectare possibile est mihi labores.
Quid enim de me dicent hostiles mortalium?
Quando tu mater, & metuens de me,
Prima iubes hunc subire laborem.
Facturus hæc sum, & mortuos redimam,
Sermonibus persuasurus: sin minus, ui belli.
Iam hoc erit neq; cum inuidia deorum.
Probari uero cupio etiam ciuitati toti hæc.
Approbabit uero me uolente. Sed oratione
Proponens, habebo populum benigniorem.
Etenim constituit ipsum in monarchiam,
In libertatem asserēs hanc ciuitatē parem in suffragijs.
Capiens uero Adrasti exemplum meorum sermonum,
Ad multitudinem eorum eo. & persuadens hæc,
Electos colligens huc Athenensium iuuenes
Redibo, & armatus sedens mittam sermones

Digitized by Google

Creonti, mortuorum corpora reposcens.
Sed ô anus, uenerandas demitte coronas
Matri, ad domos ut ipsam Aegei ducam,
» Charam attingens manum. Parentibus enim,
323. » Infœlix est quicunq; non uicißim inseruit ex liberis.
» Pulcherrimũ munus enim cum didicit, uicißim capiet
» A liberis suis talia, quæ utiq; parentibus dederit.
CHO. O equos pascens Argos, ô mea patria,
Audistis ista, audistis regis
Sancta circa deos, & magna
Pelasgia & uicinia Argis.
Vtinam enim ad finem & ultra meorum malorum
Perueniens, insuper matris imaginem
Cruentam adimat, terram uero amicam
Inachi faciat adiuuans.
» Pulchrum uero insigne est ciuitatibus, pius labor.
» Gratiam uero habet perpetuam
» Ciuitatis cultor. perficiet ne tandem quæ grata
Mihi, & liberis sepulturas accipiemus?
Succurre matri, Palladis succurre ciuitas,
Leges mortalium ni polliceantur.
Tu certè colis iustitiam. quod deterius est, iniustitiæ
Attribuis semper. infœlicem quemlibet seruas.
THE. Artem quidem semper hanc habens in seruis,
Et ciuitati, & mihi perferens præconia.
Profectus ergo & ultra Asopum, Ismeniq; aquas,

Superbo

Superbo tyranno dic Thebanorum hæc.
Theseus à te depoſcit cum benignitate ſepelire mortuos,
Vicinam habitans terram, cupiens conſequi,
Amicumq; fieri omnem Erechthidarum populum.
Et ſiquidem uelint approbare, retro iter faciens
Abi. Si uero non parucrint, hi ſint ſecundi ſermones,
Iuuentutem ut expectent meam armatam.
Exercitus uero ſedet, & auctoratur præſens
Theatrum circa uenerabile, pulchre ornatus hiccine.
Atqui & uolens et lubens ſuſcepit
Ciuitas laborem hunc, ut uolentem me ſenſit.
Ehem. inter loquendum quis hic accedit?
Cadmeus ut uidetur. non ſatis ſcio an
Præco. contine, ſi te ſubleuet labore,
Veniens uero occurrit meis conſilijs.
PRAE. Quis terræ tyrannus, ad quem annunciare conuenit me
Sermones Creontis, qui imperat Thebanæ terræ,
Eteocle occiſo circa ſeptem oſtia habentes
Portas, ſub manu fratris Polynices.
THE. Primũ quidem orſus es orationem falſo, ô hoſpes,
Quærens tyrannum hic. non enim regitur
Vno à uiro, ſed libera eſt hæc ciuitas.
Populus autem imperat ſucceſſionibus uiciſſim
Annuis, non diuitibus exhibens
Summã poteſtatẽ, uerũ etiã pauper habens parem.

Digitized by Google

PRAE. Vnũ quidẽ nobis hoc, quemadmodũ in ludo talo
Melius. Ciuitas enim, à qua ego adsum, (rum, das
Vno à uiro, non turba moderatur,
Neq; est ipsam qui blande persuadens uerbis
Propter lucrum priuatum alius aliò uertat.
Hic quidẽ à principio gratus, et exhibẽs multa officia,
Quoties læsit: deinde delationibus nouis
» Occultans priora peccata, elabitur ex iudicio.
» Et præterea, quomodo non studens eloquentiæ
» Recte queat populus gubernare Rempublicam?
» Diuturnitas enim tẽporis, disciplinam, pro festinatione
» Meliorẽ reddit terræ. labori uero intẽtus est uir pauper.
» Quod si labori sit intentus, et imperitus propter opera,
» Non queat ad Rempub. respicere.
» Præterea uicio sum hoc inter præstantiores,
» Quando rusticus dignitatem habuerit,
» Lingua detinens populum, nihil existens prius.
THE. Argutus hic præco, & perperam operosus in loquendo.
Quoniam uero certamen & tu hoc certasti,
Audi. Certamen enim tu proposuisti sermonum,
» Nihil tyranno hostilius Reipublicæ.
» Vbi primum quidem, non sunt leges
» Communes, imperium obtinet unus legem possidens
» Ipse in suo arbitrio. atq; hoc non amplius est tibi.
» Scriptis uero legibus & imbecillis

Et

Et dives, ius æquale habet.
Licet uero in ius uocare imbecillioribus
Fœlicem, hæc quando audierit male.
Vincit uero minor maiorem, si uis habuerit.
Libertas uero illa, si quis uult Reipublicæ
Vtile aliquod consilium in medium ferre, potest.
Et hæc qui cupit, præclare licet: qui non uult,
Tacet. Quid hisce est æquabilius Reipublicæ?
Porro ubi populus dominus est terræ,
Qui adsunt ciuibus gaudet iuuenibus.
Vir uero rex inimicum existimat hoc.
Et optimos, quos existimet sapere,
Interficit, metuens de tyrannide.
Qui igitur posthac fieret ualida ciuitas,
Quando quispiam, ucluti prati uernalis segetem,
Vires auferat, & sustollat iuuenes?
Comparare uero diuitias & uictū quid oportet liberis,
Vt tyranno maiorem elaboret uictum?
Aut quid pulchre educare uirgines domi honeste,
Iucundas tyrannis uoluptates, si quando uelit?
Lachrymas uero comparabunt. non uiuam amplius,
Si meæ filiæ per uim nuptum dentur.
Atq; hæc quidem hactenus ad istæc iaculatus sum.
Venis uero iam, quem huius terræ usum habens?
Flens sanè ueniſſes, si te non misisset ciuitas,
Superuacua loquens. Nancium enim conuenit

Digitized by Google

„ Dicentẽ quæcunq; qs imperauerit, q̃ primũ à ciuitate
„ Abire. in posterum uero in meam ciuitatem Creon
Minus garrulum te mittat aliquem nuncium.
„ CHO. Heu, malis ut quando deus dederit
„ Bene, insolentes ut semper sunt, dum fœlices sunt.
PRAE. Dicam iam. controuersorum uero
Tibi quidem placent ista, mihi autem contraria.
Ego uero interdico, omnis q̃; Thebanus populus,
Adrastum ad terram hanc non accedere.
Si uero est in hac, antequam iubar occidat dei,
Soluentem ueneranda coronarum initia
Ab hac exigere, neq; sustollere mortuos
Per uim, attinentem nihil Argiuorum ciuitatem.
Et si pares mihi, absq; fluctibus ciuitatem
Tuam gubernabis: si secus, ingens tempestas
Et nobis & tibi socijsq; erit belli.
Considera porro, & non meis concitatus
Dictis, utpote ciuitatem liberam habens, (breuiter,
Et iuuenili ardore incandescẽs uicißim dicas sermonem
„ Spes enim est res peßima, quæ multas ciuitates
„ Commisit, ducens animum ad excessus.
„ Cum enim uenerit bellum ad suffragium ciuitatis,
„ Nullus amplius suam mortem reputat,
„ Incommodum uero istud in alium conuertit.
„ Si uero fuerit mors ob oculis in suffragio ferendo,
„ Nunquam Græcia belli cupida periret.

Digitized by Google

Et ex duobus omnes homines sermonibus
Potiorem scimus, & bona & mala.
Et quanto est bello potior pax hominibus?
Quæ primum quidem Musis gratissima,
Pœnis uero inimica, delectatur etiam fœlice sobole,
Præterea gaudet diuitijs. hæc negligentes nos mali,
Bella suscipimus ultrò, & minus fortem
Subigimus uiri uirum, & ciuitas ciuitatem.
Tu uero uiros hostes, & qui oppetierunt, adiuuas,
Sepeliens & sustollens, quas iniuria perdidit.
Neq; iam recte Cappanei fulmine percussum
Corpus fumat scalis erectis,
Quas admouens portis iurauit, ciuitatem
Populaturum, deo uolente, & si nolit.
Neq; absorpsit Charybdis aruspicem, ἥρπασεν χάρυβδις ἀοιδοτόκον
Quadrijugum currum circumcomplexa hiatu terræ.
Alijq; iacent ad portas duces,
Saxis confractis ossium iuncturis.
Aut nunc sapere melius gloriare Ioue:
Aut Deos iure improbos perdidisse.
Amare itaq; conuenit sapientes primum liberos,
Deinde parentes, et patriam, quam augere conuenit,
Et non confringere. Periculosa res est, dux audax.
Nauis etiam nauta quietus tempore, sapiens.
Et hæc mihi recta uidetur fortitudo, prouidentia.
Sufficiens fuerit Iupiter uindex.

Vos itaq; inferre non conuenit huiusmodi iniuriam.
AD. O pessime. TH. Tace Adraste, contine os.
Et non ante meos, tuos sermones
Ponas, non enim uenit ad te mandata ferens hic,
Verum ad me, & nos respondere conuenit.
Et primum quidem tibi ad prima respondeo.
Non noui ego Creontem dominum meum,
Neq; potentiorem me, ut cogat
Facere Athenas haec. sursum enim fluerent
Res sic, si ditioni eius subditi essemus tam cito.
Bellum uero hoc ego non constituo,
Qui neq; cum hisce ueni in Cadmi terram.
Cadauera uero mortua, non lædens ciuitatem,
Neq; quæ interimant uiros adferens certamina,
Sepelire dignor, omnium Græcorum legem
Seruans. quid ex istis est quod non honestum sit?
Nam si quid etiam pœnæ estis ab Argiuis,
Mortui sunt. ulti estis hostes uestro commodo,
Turpiterq; illis ultio cessit.
Simite iam terra occultari cadauera.
Nam unde unaquæq; pars ad corpus uenit,
» Illuc rediit. spiritus quidem ad æthera, (demus
» Corpus uero ad terrā. nequaquā enim nostro iure posſi-
» Nostrum illud, nisi quoad incolimus uitam.
» Et postea ipsam nutricem, idipsum conuenit accipere.
Existimas lædere Argos, non sepeliens mortuos.

Minime

Digitized by Google

Minime. totius Græciæ publicum hoc,
Si mortuos defraudas ea quæ oportet consequi.
Insepultos quis sustinebit? timiditatem enim infert
Fortibus, hæc si rogetur lex.
Et mihi quidem uenisti grauia minitans uerba.
Mortuos uero timetis, si absondantur terræ? ὑπὲρ δὲ θαφθέντ', ἢ προδόντας χθονί;
Quid ni fiat? ne suffodiant terram
Sepulti uestram? aut liberos in sinu terræ
Procreent, ex quibus ueniat aliqua ultio?
Sinistra iactura linguæ hæc sanè,
Metus ineptos & inanes metuere.
Quare, ô stulti, cognoscite hominum mala.
Et uita nostra, certamen scelices uero sunt,
Qui mox, alij postea, alij iam nunc hominum.
Deliciatur uero fortuna. namq; ab infœlice,
Qui mox fœlix erit, uenerãda colitur.
Fortunatus uero ipsam, spiritũ metuens relinquere,
In sublime tollit. qui nocuerint ergo hæc, conueniens est
Inuriam cum passi fuerint, non moleste ferre animo:
Imò ulcisci talia, ut ne lædant ciuitatem.
Quomodo igitur possibile sit, mortuos qui pericrunt,
Sepelire? da nobis, uolentibus inspiccre.
Aut conspicuum iam nunc erit. abeo, et sepeliã per uim.
Nunquam enim in Græcos euulgabitur,
Quod ad me ueniens, & ciuitatem Pandionis
Lex antiqua deorum perierit.

CHO.

Digitized by Google

» CHO. Macte animo. Etenim iustitiæ seruans lucem,
» Multos effugies hominum sermones.
PRAE. Vis colloquar breuiter tecum?
THE. Dic si quid uis. etenim non taciturnus es.
PRAE. Nunquam ex terra filios Argiuorum capies.
THE. Et me nunc uicißim audi, si uis iterum.
PRAE. Audiam. namq; danda est uicißitudo.
THE. Sepeliam mortuos è terra educens Asopica.
PRAE. In armis tibi primum periclitandum.
THE. Multos exhausi iam etiam alios labores. (ter?
PRAE. An omnibus itaq; te procreauit, ut sufficias, pa-
» THE. Quotcunq; sunt iniurij. Bona uero nō punimus.
PRAE. Curiose agere tu multa soles, atq; tua ciuitas.
THE. Profecto laborans multa, multum fœlix est.
PRAE. Veni, ut te hasta Thebanus in ciuitate lædat.
THE. Ecquid ex dracone impetuosus fieri queat Mars!
» PRAE. Nosces tu, experiens. nunc uero es iuuenis.
THE. Nequicquam me incitas ut iraſcar animo,
Tuis glorioſis uerbis. sed facesse hinc,
Sermones uanos quos attulisti auferens.
Perficimus enim nihil. concitari decet
Omnes milites pedites, curruumq; ascensorem,
Emissariorumq; equorum ascensores phaleras uertere ore,
Spuma rigantes, ad Thebanam terram.
Ibo enim septem ad Cadmi portas

Ipse

Ipſe præco tibi uero impero manere,
Ipſe ferrum acutum in manibus habens
Adraſte, & mihi non immiſcere fortunas
Tuas. ego enim genio cum meo
Dux ero inclytus, inclyta haſta.
Vnum opus mihi ſolum, deos habere, quicunq;
Iuſtitiam colunt. Hæc enim cum præſto ſunt ſimul,
Victoriam dant. Nam fortitudo nihil prodeſt
Hominibus, niſi deum opitulantem habuerit.
AE. O infœlices infœlicium matres ducum,
Vt mihi ſub epate metus pallidus commouet.
CHO. Quam uocem hanc profers nouam?
AE. Exercitus quidem Palladis dijudicabitur.
CHO. Per arma putas, aut uerborum reconciliationes?
AE. Vtinam fiat hoc lucrum. hæ uero martiales
Cædes, prælia, uerberantes pectora ultro citroq;
Iterum ſtrepitus apparebunt.
CHO. Me miſeram, quem ſermonem,
Quam horum cauſam accipiam?
AE. Quin fœlicem ſermonem, ſplendidum aliqua eliget
Parca iterum. hæc mihi fiducia inſidet.
CHO. Iuſtos deos tu narras?
AE. Qui enim alij diſtribuunt caſus?
CHO. Diſſidia multa deorum erga homines aſpicio.
AE. Metu certe priſtino perdita es.
CHO. Vltio ultionem euocauit, & cædes

Cædem.

» Cædem malum uero per animas
» Dij mortalibus distribuunt,
» Omnium rerum finem habentes ipsi.
CHO. Ad cãpos pulchras turres habentes quomodo ue-
Pulchram deæ aquam relinquentes? (niemus,
AE. Alatam si te quis deorum faciat. (redeam.
» CHO. Quæ intra duo flumina sita est, ut ad ciuitatem
AE. Vtinam uideas amicorum, utinam uideas animas,
Adhuc fas est. Quod nam fatum
Manet fortem
Huius terræ regem?
» CHO. Vocatos inuocabimus denuo deos.
» Nam metus fiducia hæc primá.
Io Iupiter, antiquæ nostræ matris
Procreator, liberorum filiæ Inachi,
Ciuitati mihi auxiliator fias huic benignus.
Hoc tuum idolum, hanc tuam imaginem
Ex ciuitate porto,
Ad aras irrisam.
NVN. O mulieres, adsum multa qui possũ dicere grata,
Ipsęq; seruatus (captus enim sum in prælio,
Vbi mortui septem dominorum cohortes
Certarunt, fluentum Dircæum iuxta)
Et uictoriam Thesei annuncians. Sermone uero te
Longo leuabo. Capanei enim seruus fui,
Quem Iupiter fulmine candenti combusit.

CHO.

Digitized by Google

CHO. O charißime, bene quidem reditum annuncias.
Et Theſei ſtatum. ſi quoq; exercitus (tuum,
Saluus eſt Athenarum, omnia annuncias grata.
NVN. Saluus eſt, & peracta ſunt ut Adraſtus debuerat
Egiſſe cum Argiuis, ut ab Inacho
Cum expeditione profectus obſedit Cadmeorũ ciuitatẽ.
CHO. Quomodo enim trophea Iouis Aegei filius
Statuit, & participes belli?
Dic. præſens enim abſentes exhilarabis.
NVN. Clari quidem radij, orbis ſolis clarus
Illuſtrabat diem. iuxta Electræ portas
Conſtiti ſpectator, turrim ſacram nactus.
Video ucro genera tria trium exercituum.
Armatum quidem populũ producentes ordines ſurſum
Iſmẽni ad ripas, ut quidem erat rumor,
Ipſumq; regem filium inclitum Aegei,
Et illos cum eo ad dextrum in acie conſtitutos
Cornu antiquæ Cecropiæ incolas.
Ipſumq; Paralum armatum haſta,
Fontem ad ipſum Martis equeſtre agmen
Ad latus exercitus conſtitutum.
Pares numero. curruum uero uehicula
Infra ueneranda ſepulchra Amphionis.
Cadmi ucro exercitus ſedebat ante mœnia,
Mortuos poſt ſe habens, pro quibus erat certamen.
Equitibusq; equites erant contra armati,

Quadriju-

Quadrijugisq; oppositi erant currus curribus.
Præco uero Theseidixit ad omnes hæc.
Silete populi,tacite Thebanorum ordines
Audite.nos aduenimus,mortuos
Sepelire uolentes,omnium Græcorum legem
Conseruantes,nihil cupientes intendere cædem.
Et nihil Creon hisce contrà respondit sermonibus,
Sed sedebat in armis tacite. Duces uero uehiculorum
Quadrijugorum,inceperunt inde pugnam.
Vltra uero agentes inuicem currus,
Milites currules constituerunt in statum belli.
Et hi quidem ferro pugnabant.alij conuertebant
Equos ad ultionem,iterum in alios milites.
Videns uero Phorbas, qui equorum emissariorũ dux
Erat,apud Athenienses currule prælium,
Et qui quoq; Cadmi obseruabant equitatum
Contulerunt ires,& uincebant,uincebanturq;.
Cernens uero hæc,& non audiens,illic enim eram
Vbi currus decertabant,& milites currules,
Ea quæ illic aderant multa mala, nescio
Quid primum dicam. utrum ad cœlum
Puluerem erumpentẽ, quoniã plurimus excitabatur,
Aut sursum & deorsum fluentes
Loris sanguinis lætalis fluxus,
Horum quidẽ cadentium, aliorũ uero fractis curribus
In caput ad terram præceps ruentium ui,

Adq;

Adq; currum fracturas relinquentium uitam.
Vincentem uerò equitatu ut animaduertit excerci-
Creon, exinde scutum accipiens manu (tum
Pergit, antequã ueniret suis socijs ægritudo animi.
Atqui res Thesei non pigritia peribant,
Sed contendebat statim splendida arripiens arma,
Et concultantes medium totum exercitum
Occidebant, occidebantur. & edebant
Adhortationem, se mutuò cum magna uociferatione
Ferire. & obnitebatur Atticis hasta,
Sed exercitus ex dentibus serpentis excretus
Vehemens luctator erat. in fugam enim inclinare se-
Sinistrum nostrum, dextrum uerò uictũ (cit cornu
Fugiebat illorum. erat uerò prælium æquo Marte.
Et in hoc discrimine, ducem laudare licet.
Non enim hoc uincens conseruabat solum,
Sed abijt ad laborantem partem sui exercitus.
Rupit uerò uocem, ut subsonaret terra.
O filij, nisi contenderitis firmam hastam
Spartorũ hanc utrorũ, actum est de rebus Palladis.
Audaciam uerò immisit omni Danaidarũ exercitui.
Ipseq; armaturam Epidauriam accipiens,
Graui clava insignis, huc & illuc se iactabat,
Simul colla & impositum caput
Galeæ metens, & decutiens fustigando fuste,
Vix tandem uertit ad fugam pedem.

Ego uerò exclamaui, & tripudiaui,
Et plausi manibus. illi uerò contendebant ad portas.
Vociferatio uerò & eiulatus erat per ciuitatem
Iuuenum, senum, sacraq; impleuerunt
Metu. cum liceret uerò intra mœnia ire,
Theseus continuit. nõ enim ut depopularetur ciuita-
Venire dicebat, sed ut reposceret mortuos. (tem,
» Huiusmodi ducem eligere conuenit,
» Qui in rebus asperis sit fortis,
» Oditq; iniurium populum. qui agens bene,
» Ad summos ascendere scalarum gradus
» Quærens, amisit fœlicitatem, qua uti licebat.
CHO. Nunc hanc insperatam diem cum uidi ego,
Deos existimo esse, & existimo calamitates
Leuius ferre, cum ij dederint supplicium.
» AD. O Iuppiter, cur nam miseros homines
» Sapere dicunt, ex te enim pendemus,
» Agimusq; ea quæ tu uolueris.
Nobis enim erat tunc dolor non tolerabilis,
Ipsiq; eramus multi & iuuenes brachijs,
Eteocle & de pace agitante,
Et moderata cupiente, noluimus admittere,
Et deinde perijmus. Ille uerò iterum tunc fœlix,
Nactus pauper ueluti recentes diuitias,
Iniurius fuit, iniuriusq; iterum uicißim perijt
» Cadmi insipiens populus. O nihili homines
» Qui arcum extendentes tanquam ultra articulum,

Et

Et iure utiq; multa patientes mala, «
Amicis nõ quidem creditis, sed ipsis rerũ euentibus. «
Et ciuitates quæ possunt per sermones deflectere ma «
Cæde sustollitis, non sermone res ipsas. (la, «
Sed quid hæc? illud uolo scire,
Quomodo saluus euaseris, deinde alia interrogabo.
NVN. Postq; trepidatio ciuitatem commouit bello,
Per portas exiui, ubi ingressus erat exercitus. (stulit?
CHO. Quorũ uerò gratia certamẽ erat, mortuos su
NV. Postq; illi inclitis septem conditi erant loculis.
CHO. Quid ais, ubi uerò alia occisorum turba?
NV. Sepulturæ traditi sunt in Cytheronis uallibus.
CHO. Hinc aut illinc? quis sepeliuit ipsam?
NV. Theseus, umbrosa ubi Eleutheris petra.
CHO. Quos uerò non sepeliuit, ubi mortuos prose-
ctus est linquens? (tur.
NV. Prope. præsto enim est, quodcunq; sedulo agi- «
CHO. An non acerbe ipsum serui duxerũt ex cæde?
NV. Nullus præfuit huic seruus existens labori.
Dixisses, si adfuisses, quod dilexisset mortuos.
CHO. Lauit ipsorum miserorum cadauera?
NV. Quin etiã strauit thoros, & obtexit corpora.
CHO. Molesta quidẽ erat baiulatio, & turpitudinẽ
Sed qd turpia sunt hominib. mutua mala? (habebat. «
NV. Eheu, quanto cum illis mortuum me uellem.
CHO. Frustra lachrymaris. illis uerò utiq; elicis la-
chrymas.

Digitized by Google

NV. Existimo quidē, ipsæ quidē sunt præceptores.
Sed esto. sustollo manus obuiam ueniens mortuis,
Plutonisq; carmina effundam lachrymabilia
Amicos alloquens, à quibus relictus miser,
» Desolationem fleo. hanc enim solam mortalibus
» Non licet iacturam factam recipere,
» Vitam humanam. Sed opum sunt acceßiones.
CHO. Partim quidem bene, partim uero infœlicia
Ciuitati quidem bona gloria, (sunt.
Et militibus belli
Duplicatur honor.
Mihi uero filiorum quidem aspicere membra
Acerbum. sed pulchrū spectaculū tamen, si uideam.
Insperatam diem,
Cernens omnium maximum dolorem.
Innuptam me ad hanc
Longæuus senex pater
Debuerat diem habere.
Quid enim mihi opus liberis?
Hunc enim non timuissem pati
Dolorem eximium, si non nuptijs copulata fuissem.
Nunc uerò uideo certißimum
Malum, liberis charißimis orbari.
Sed hæc iam corpora uideo
Interfectorum liberorum, misera
Quomodo perire queam cum hisce meis filijs,

Com-

Digitized by Google

Communem ad Plutonem descendens?
Lamentationem ô matres
Illorum qui mortui sunt,
Clamate, resonate, responsum meæ
Lamentationis audientes.
CHO. O filij, ô tristis charorum
Compellatio matrum,
Appello te mortuum.
AD. Io io meæ propter mala.
CHO. Ah ah, passæ sumus ô
Grauissimos labores malorum.
AD. O ciuitas Argiua,
Meum fatum non aspicitis?
CHO. Cernunt & me certe miseram,
Liberis orbam.
AD. Adducite ô infœlici mihi corpora sanguine ma (dentia
Et occisa indigne, & ab indignis, (denia
Penes quos certamen peractum est. CHO. Date ut
Manus adaptans meis, (complexibus
In ulnis liberos ponam.
CHO. Habes, habes. AD. Dolorum satis pondus.
CHO. Ae, æ. matribus uerò nõ dicis. AD. Audite me.
CHO. Ingemiscis pro ambobus dolores. (pulueribus
AD. O utinã Thebanorũ occidissent me ordines in
CHO. Meumq; nunquam copulatum fuisset corpus
Ad aliquod uiri cubile.

Digitized by Google

AD. Videtis malorum pelagus, ô matres
Miseræ liberorum. CHO. Vnguibus quidem
Dilaniatæ sumus, circumq; pulueremur
Caput fundimus.
AD. Eheu me me,
Me solum terræ detrahat,
Turbo uerò me differat,
Ignisq; flamma
Iouis, in caput concidat.
CHO. Infœlices aspexisti nuptias,
Secundum Phœbi amarum oraculum
Nuptum collocasti, auctor multorum luctuum
Oedipodi domum
Relinquens uenit Erynnis.
THE. Interrogaturus te eram, quando effundebas
Luctus omittam, istos quidē relinquens (exercitui,
Tibi sermones. nunc uerò Adrastum interrogabo,
Vnde nam hi insignes fortitudine
Mortalium extiterunt? dic, quoniam sapientior
Iuuenibus ciuium horum, peritus enim es.
Vidi enim ipsorū maiora quàm dici sermone queant
Facinora, quibus sperabant se posse capere ciuitatem.
Vnum uerà non interrogabo te, ne ridiculus fiam,
Cui congressus sit horum quilibet in prælio,
Aut uulnus hastæ hostium acceperit.

Com-

Communes enim hi sermones & audientibus,
Et dicenti, qui pugnam iniens
Iusta eunte ante oculos frequenti ««
Pro certo dicit qui nam sit strenuus. ««
Non queam ne interrogare quidem hæc, ««
Neq; auscultare ijs qui auderent dicere. ««
Vix enim quispiam ea quæ necessaria sunt uidere ««
Queat, stans hostibus aduersarius. ««
AD. Quin audi nunc. etenim non inuito mihi
Das laudem, quæ ego uolo
De amicis uera & iusta dicere.
Vides illum mærcidum, per quem telum uolauit?
Cappaneus hic est. cui facultas uiuendi erat abundans.
Minime uerò diuitijs insolens erat. magnitudinem uerò animi
Non maiorem habebat quàm pauper uir, (mis-
Fugiens splendido uictu quicunq; intumescere ni-
Sufficientia uili pendens. Non enim in pastu uentris ««
Virtutem esse, mediocria uerò sufficere dicebat. ««
Et amicus certus erat, amicus & præsentibus
Et absentibus, quorum numerus non magnus ««
est.
Sincerum ingenium, facile ad salutandum os,
Immodestum nihil neq; erga domesticos habens
Neq; erga ciues. Secundum dico

Digitized by Google

Eteoclum, alium frugalitate præditum.
Iuuenis erat, facultate quidem egenus,
Sed plurimos honores consequutus erat in Argiua terra.
Amicis uerò aurum sæpe offerentibus,
Non recepit in domum, tanquam mores
Seruiles exhiberet, ab opibus obstrictus,
Et peccantes, non rempublicam,
» Odio habebat. Quoniam nihil culpanda ciuitas,
» Male audiens propter gubernatorem malum.
Ille porrò tertius horum Hippomedon, talis fuit.
Puer existens, ausus est statim non ad uoluptates
Musarum uertere se, ad molliciem uitæ,
Agros potius habitans, dura naturæ exhibens,
Gaudebat fortitudine: uenatum iens,
Equisq; gaudens, arcusq; extendens manibus,
Ciuitati exhibere corpus utile uolens.
Hic uenatricis alius Atalantæ filius,
Iuuenis Parthenopæus, forma præstantissimus,
Arcas quidem fuit, ueniens uerò ad Inachi fluenta
Disciplinis imbuitur apud Argos. enutritus uerò ut-
Primum quidč, ut oportet inquilinos hospites, (lic,
Molestus non erat, neq; inuidiosus ciuitati,
Neq; contentiosus in uerbis, unde grauis
Maxime fuerit popularisq; & peregrinus:
Sed agminibus addictus, perinde ac si Argiuus esset,
Defendebat patriam. et quoties bene ageret ciuitas,

Gaude-

Gaudebat. moleſte uero ferebat, ſi quo modo infœlix
eſſet.
Multos amatores, & à fœminis mirum quàm multas
Habens, cuſtodiebat ne quid peccaret.
Tydei porro laudem in breui oratione ponã magnã.
Non in loquendo erat clarus, ſed in armis
Acer ſophiſta, & ad multa inuenienda ſcita.
Prudentia uero fratre Meleagro inferior,
Aequale exhibuit nomen per artem haſtæ,
Nactus exactam muſicam in re bellica:
Ambitioſum ingenium, diuitem animi magnitudine
In rerum efficacia, non tamen in ſermone parem.
Ex his ne admireris dictis
Theſeu, ante mœnia hos auſos fuiſſe mori.
Bona enim educatio uerecundiam affert. "
Veretur enim in rebus bonis exercitatus uir, "
Malus fieri, quiuis. Nam fortitudo "
Diſci poteſt per diſciplinam, ſiquidem puer diſcit. "
Loqui, & audire, quorum peritiam non habet. "
Quæcunque uero didicerit aliquis, eadem ſeruare "
ſolet
Ad ſenium uſq;. Itaq; filios bene inſtituite. "
CHO. Eheu fili, infœlicem te educaui.
Portaui ſub epate,
Labores perferens in partu.
Et nunc Pluto meum

Habet laborem miseræ.
Ego uero, qui me alat in senectute, non habeo,
Quæ peperi miserâ filium.
AD. Porro Ioclis generosum filium,
Dij uiuentem abripientes ad intima terræ,
Ipsis cum quadrigis, satis laudant manifeste.
Oedipodisq; filium, Polynicem nempe dico,
Nos collaudantes, non mentiemur certe.
Hospes enim erat mihi, antequam relinqueret Cadmi ciuitatem,
Exilio ad Argos ut traijceret ultroneus.
Sed scin quid fieri uelim de istis?
THE. Nescio, nisi unum, tuis morem gerere dictis.
AD. Iouis quidem percussum Cappaneũ fulmine,
THE. Num seorsum, sacrum tanq; cadauer, sepelire
AD. Certe. cæteros omnes in uno rogo. (uis?
THE. Vbi nam facies monumentum huic segregans?
AD. Hoc in loco, pone miserabiles istos compingẽs sepulchrum.
THE. Ipse quidem iam famulis curæ sit labor,
Nobis uero illi. fiant dolores mortuorum.
AD. Ite ô miseræ matres ad filios propè.
THE. Minime Adraste hoc commodum iubes.
AD. Quî? ipsas matres nõ conueniens est attrectare
THE. Perirẽt, uidentes istos trasformatos. (filios?
Tristes enim aspectus etiã in ipsis exeqis mortuorũ.

Cur

Cur igitur triſtitiam hiſce addere uelles?
AD. Vincis. manendū eſt patiēter: narrat enim bene
Theſeus. quando uero hos procurauerimus igne,
Oſſa accipietis. O miſeri mortales
Quid accipitis haſtas, & mutuas cædes
Editis? quieſcite. quin deſinentes laborum
Oppida cuſtodite, pacifici cum pacificis.
Puſilla res eſt uita. hanc uero conuenit
Quàm facilime, & non cum laboribus tranſigere.
CHO. Nō amplius fortunata ſum liberis, nō poſthac
Neq; fœlicitas ad me pertinet (filijs fœlix,
In puerperis Argiuis.
Neq; Diana puerperis fauens
Alloqueretur iſtas nos quæ caremus filijs.
Infœlix uero hæc uita.
Percuſſa uero uelut quædam nebula,
A' uentis turbidis feror tremula.
Nos ſeptem matres, ſeptem filios
Peperimus miſeræ,
Inclitiſſimos inter Argiuos.
Et nunc abſq; abſq; liberis
Seneſco infœliciſſima,
Neq; inter mortuos
Neq; inter uiuos numeranda.
Seorſum uero quoddam ab his habens fatum.
Relictæ mihi lachrymæ

341.

Miſeræ.

Digitized by Google

Miserę. mei filij domi
Sunt monumenta, lugubres
Tonsurę, & coronę comę
Significatrices, quas auricomus
Apollo non capit.
Sed luctibus agitata,
Lachrymis humidum semper peplorum
Ad pectus sinum rigabo.
Atqui thalamos hos aspicio
Cappanei iam, tumulumq; sacrum
Atriaq; extra
Thesei monumenta mortuis,
Inclitamq; uxorem eius qui occisus est
Fulmine, propè Euadnen,
Quam Iphis excellens uir filiam plantauit.
Quid nam in sublimi constitit petra?
Quę istas domos rupe superat,
Hanc ingressa uiam?
EVAD. Quo lumine, quo splendore
Currum direxit inauspicatus?
Et luna per ætherą
Quę lampade, ubi celeres nymphę
Equitant per obscuram noctem,
Quando nuptiarum
Mearum ciuitas Argiua
Cantiones fœlices

Excunu

Excumulauit, & mariti
Armati Cappanei:
Adueni fugitiua ex mea
Domo furibunda,
Rogum occupatura, sepulchrumq;
Ascensura idem ad Plutonem,
Finiens calamitosam uitam,
Aeui labores.
Gratissima etenim mors est, ἡδίστου γὰρ ὁ θάνατος. "
Commori cum morientibus amicis, "
Si deus hæc modò conficiat. "
CHO. Atqui uides hanc, cuius insistis portæ,
Pyram, Iouis thesaurum. ibi est tum
Maritus domitus lampade fulminea.
EVA. Video certe mortem, ad quam constiti. fortuna uero mihi
Attingit pedem. sed
Famam bonam propter
Hinc ruam
Ab hac petra
Saliens in ignem,
Corpusq; ardente flamma
Marito commiscens charum,
Corpus corpori prope ponens
Ad Proserpinæ ueniam thalamos,
Te mortuum nunquam mea

Deferens

Digitized by Google

Deserens uita ſuper terra, ualeat lux & nuptiæ.
Vtinam aliquæ coniugia iuſtorum hymenæorum
In Argo dicant ſuis liberis,
Ille tuus legitimus maritus,
Contabuit amore ſyncero generoſi cũ uxore animi.
CHO. Atqui ipſe tuus pater uenit propè
Senex Iphis, ad nouos ſermones,
Quos non ſciens prius, dolebit audiens.
IPH. O infœlicem. infœlix uero ego ſenex
Adſum, duplicem luctum à dijs habens.
Mortuum quidem filium Thebanorum haſta
Eteoclum in patriam uecturus cadauer.
Quærens etiã meã filiam, quæ ex domibus euanida
Abijt ſaliens, Cappanei uxor,
Mori cupida cum marito. Tempore quidem
Priori cuſtodiebatur domi meæ. poſtquã uero ego
Cuſtodias omiſi, propter præſentia mala
Abijt. uerum in hac terra ipſam exiſtimamus
Maxime eſſe. dicite, ſi nouiſtis.
EVAD. Quid haſce interrogas? hæccine ego ſupra
petram,
Auis quædam ueluti Cappanei ſupra pyram,
Infœlici libramine ſuſtollo me pater.
IPH. Filia, ecquæ aura? quæ nauigatio? cuius gratia
Domum tranſiliens uenisti in hanc terram?
EVA. Intentionem acciperes meorum conſiliorum,

Si

Si audires. audire uero te non uolo pater.
IPH. Quid uero, non æquum est patrem tuum scire?
EVA. Iudex esses non sapiens meæ uoluntatis.
IPH. Apparatu uero hoc cuius gratia ornas corpus?
EVA. Vult aliquid eximium hic ornatus pater.
IPH. Quoniam non iuxta uirum funebrem conuenit te cernere.
EVA. Ad quandā enim rem nouam ornatæ sumus.
IPH. Et deinde iuxta tumulum & pyram appares?
EVA. Huc etenim iam victrix uado.
IPH. Vincens qua victoria? scire cupio ex te.
EVA. Omnes mulieres, quas uidit sol.
IPH. Operib. Mineruæ, aut mentis prudentia?
EVA. Virtute. cum marito enim mortua iacebo.
IPH. Quid ais? quod hoc ænigma indicas illepidum?
EVA. Deferar mortui Capanei hanc in pyram.
IPH. Mea filia, ne sermonem ad multitudinē dixeris.
EVA. Hoc ipsum cupio cunctos Argiuos scire.
IPH. Atqui non tibi assentiar facienti hæc.
EVA. Verisimile est. non enim apprehendes me arripiens manu.
Quin iam demittitur corpus, tibi quidē non gratū,
Nobis uero, & unà qui comburitur marito.
CHO. O mulier, dirum facinus patrasti.
IPH. Perij infœlix, ô Argiuæ mulieres.
CHO. E, e. miseranda hæc passus.

Audaciſ-

Audaciſsimum opus aſpicies, ô miſer.
IPH. Non inueneritis alium quendam miſeriorem.
CHO. O miſer, nactus es
Fortunæ Oedipi, ô ſenex,
Patrem, & tu ciuitas mea infœlix.
» IPH. Heu mihi. cur nam mortalibus non datur hoc?
» Iuuenes bis fieri, & ſenes deinde iterum?
» Verum in re domeſtica ſi quid perperam fit,
» Cura poſteriore corrigimus,
» Vitam uero non licet. quod ſi fieremus iuuenes
» Bis, & ſenes, ſi quis peccaſſet
» Duplicem uitam adepti corrigeremus.
Ego enim alios aſpiciens procreantes liberos,
Liberorum qdem amator erã, deſiderio uero perij.
Quod ſi ad hoc ueniſſem, & periculum feciſſem liberorum,
Quale orbari patrem fieret liberis,
Nunquã ad hoc ueniſſem ad quod nunc ueni malũ.
Qui plantans & adoleſcentem progenui
Optimum, deinde hoc nunc priuor.
Eſto. Quid iam conuenit infœlicem me facere?
Ire domum? deinde ſolitudinem uidebo
Multorum atriorum, & egeſtatem meæ uitæ?
Aut ad atria huius Cappanei eam?
Suauiſsima antea, dum adhuc hæc filia mihi erat:
Sed non amplius eſt. Quæ meum mentum

Admouebat

Admonebat semper ori, & caput oc
Demulcebat manu. Nam patri nihil suauius
Seni filia. masculorum quidem maiores
Animi, suaues uerò minus ad blanditias. "
Non quàm primum scilicet me ducetis in domum ?
Tenebris uerò mandabitis ? ubi media meum
Corpus senile contabescere faciens perdam ?
Quid me iuuabit filij ossa attingere.
O meluctabile senium, ut odi te habens. "
Odi porro, quicunq; quærunt producere uitam "
Scapulis, & lectis, & uaticinijs "
Impedientes uitæ fluorem quo minus moriantur. "
Quos conueniebat ex quo nihil iuuabant ciuitatē, "
Morientes udere, & locum dare iunioribus. "
SEM. Io. hæc iam filiorum & iam concrematorum
Ossa ferte, accipite ancillæ
Anum imbecillem. Non enim adest
Robur, propter filiorum luctum.
Ad longum tempus seruas iam,
Et pereuntes uos multis doloribus.
Quem enim maiorem hoc inter homines "
Dolorem inuenies, "
Quàm liberos mortuos aspicere ? "
PVER. Fero fero
Infœlix mater, exigue patris membrum.
Pondus quidem nullo graue, propter dolores,

BIBLIOTECA

Digitized by Google

In paruo loculo summa mearũ rerum componis.
SEM. Io, io.
Quò lachrymas fers charas
Matri, de ijs qui perierunt?
Cineriq; copiam paruam pro corporibus
Laudatißimis iam olim apud Mycenas?
PV. Ego uerò orbus, miseri patris miser,
Desertam domum orbus degam, accipiens
Non patris in manibus, eius qui genuit.
SEM. Io, io. quò uerò labor meorum filiorum?
Vbi pernoctationum gratia?
Et educationes matris, somnoq; carentia oculorum
Et charæ applicationes ultuũ? (ministeria?
PV. Abierunt, non amplius sunt tibi, ô mater, filij.
Perierunt. æther habet ipsos iam,
Ignis absumptos cinere.
Volatiles uerò præterierunt Plutonem.
EVA. Pater tu quidem qui tuorũ est audis liberorũ
Num armigera adhuc aliquãdo ulciscar (sermonem,
Tuam cædem? IPH. Vtinam hoc fieret filia,
Quando uolente deo, ueniret mihi ultio
Paterna, nondum malum hoc dormit.
PV. Ae, æ. Luctuum satis ob fortunam,
Satis dolorum adest mihi.
Consistam, ubi me suscipiet militia
Ferreis armis Græcorum imperatorum,

Digitized by Google

Occisi patris uindicem.
EVA. Adhuc aspicere te pater coram puto,
Charum osculum ad genas tuas figentem.
Sermonum uerò adhortatio tuorum
Vento lata perijt.
Duorum uerò dolores matri reliquisti,
Teq; nunquam dolores relinquent.
IPH. Habeo tantum pondus quantum me perdidit,
Age circa mammam subijciam rogum.
EVA. Luxi, hoc audiens dictum
Tristißimum, attigit mihi præcordia.
IPH. O filia, perijsti. non amplius iucundißimam
Imaginem uidebo tuæ matris.
THE. Adraste, & mulieres Argiuæ genere,
Videte pueros istos, habentes in manibus
Patrum optimorum ossa, quorum corpora sustuli.
Istis ego te & ciuitas donamus.
Vos uerò horum conuenit gratiam memores
Seruare, uidentes, quæ adepti estis ex me.
Omnibusq; indico hosce sermones eosdem,
Colere ciuitatem istam ex liberis, semper liberis
Reminiscentiã annunciantes eorũ quæ adepti estis.
Iupiter uerò testis est, cœlites q; dij,
Qualibus è nobis abitis donati.
AD. Theseu, scimus omnia quanta in Argiuorũ ter-
Feceris bona, egentem benefactorum. (ram

» Et gratiam non seneſcentem habituri ſumus. gene-
roſa officia enim
» Cum acceperimus, uos uiciſsim afficere beneficijs
debemus.
THE. Quid nam uobis aliud inſeruire me conuenit?
AD. Niſi ut ualeas. dignus enim tu, & ciuitas tua.
THE. Sint hæc. ſed tu eadem aſſequaris.
MIN. Audi Theſeu hoſce Mineruæ ſermones,
Quæ cõuenit te facere, facientẽ uerò creſcere hec.
Ne dederis hæc oſſa hiſce in Argiuam terram
Pueris deferenda, facile ita dimittens.
Verum pro tuis & ciuium laboribus (nit
Primum cape iuramentum. hunc uerò iurare conue-
Adraſtum. hic ſummæ poteſtatis tyrannus exiſtens,
Pro uniuerſa terra Danaidorum iurabit.
Hoc uerò iuramentum erit, nunquam Argiuos terrã
In hanc illaturos hoſtilem armaturam,
Alijsq; pergentibus impedimento fore armis.
Si uerò iuramento neglecto uenerint ad ciuitatem,
Male peritura cõceptis uerbis uoue Argiuorũ terrã.
In quo uerò loco mactare oporteat uictimas te, audi
Eſt tripes tibi æreis pedibus intra domũ, (me.
Quem Ilij olim reuellens fundamenta
Ad opus aliud Hercules contendens,
Locaturum ſe uouit Pythicam ad aram.
In hoc guttura tria trium ouium iugulans,

Scribe

Scribe iuramenta tripodis in cauo fundo,
Et deinde seruanda da cui Delphi curæ sunt,
Et monumenta fœderum, testificationes Græciæ.
Qua uerò iugulaueris uictimas, & perfeceris cædē,
Acuminatam machæram in terræ profunda
Absconde, apud ipsas septem pyras mortuorum.
Metum enim ipsis, si quando uenerint ad hanc ciui-
Ostensa faciet, & malum reditum retro. (tatem
Peractis istis mitte extra tuam terram mortuos.
Lucos uerò, ubi ipsorum corpora purificata fuerint
Liberos sine, iuxta ipsum triuiū Isthmiæ deæ. (igne,
Hæc quidem dixi. filijs uerò Argiuorum dico,
Populamini excreti Ismeni ciuitatem,
Patrum mortuorum ulciscentes cædem.
Tuq; pro patre Aegialeu imperator
Iuuenis creatus, filiusq; ab Aetolis ueniens
Tydei, quem nominauit Diomedem pater.
Verum non inuidere conuenit obumbrantes genas,
Et amatum Danaidorum ruere exercitum
Septempliciter ornatam ad Thebanorum turrifica-
Acres enim ipsis uenietis, educati (tionem.
Catuli leonum, ciuitatis deuastatores.
Et aliter non est. postgeniti uerò per Græciam
Vocati, carmina posteris facietis,
Talem exercitum fauente deo ducetis.
THE. *O domina Minerua, parebo dictis tuis.*

Tu enim me suscitas, ut non peccem.
Et hunc per fœdera coniungam. tantum tu me
In rectum constitue. te enim propitia ciuitati
Existente, in posterum secure habitabimus.
CHO. Eamus ô Adraste, iuramenta demus
Huic uiro & ciuitati. digna uerò sunt nobis,
Qui antea male habuimus, uenerari.

SVPPLICVM FINIS.

EVRIPIDIS IPHIgenia in Aulide.

PERSONAE.

Agamemnon	Iphigenia
Senex	Achilles
Chorus	Famulus
Menelaus	Nuncius
Clytemnæstra.	

PRAEFATVR AGAMEMNON.



Senex, ante has ædes
Prodi. SEN. Prodeo. (nõ rex?
Quid uerò noui moliris Agamem-
AG. Audies. SEN. Festino.
Valde senecta hæc mea insomnis
Et in oculis acumen adest. (est,
AGA. Quod igitur astrum istud cursum suũ perfi-
SEN. Sirius canicula, iuxta septemgradam (cit?
Pleiadẽ

Digitized by Google

Pleiadem ruens adhuc medius.
AGA. Non igitur strepitus neq; auium,
Neq; maris: silentia uerò uentorum
Hunc Euripum continent.
SEN. Cur uerò tu extra tentorium prodis,
Agamemnon rex?
Adhuc uerò tranquillitas hic est in uniuersa Aulide,
Et immotæ excubiæ murorum.
Egnus intro. AGA. Beatum te iudico, ô senex.
Beatum iudico, uirorum quicunq; non periculosam "
Vitam transegit ignotus, inglorius, "
Eos uerò qui in honore uersantur, minus beatos iudi "
SEN. Atqui decus est ibi uitæ. (co. "
AGA. Istud uerò est decus lubricum. "
Et ipse honor "
Dulcis quidem, tristificat uerò additus. "
Interdum quidem res deorum non recte peractæ "
Subuerterunt uitam. "
Interdum uerò hominum sententiæ uariæ, "
Et quibus satisfieri non potest, pupugerunt. "
SEN. Non laudo hæc in uiro principe. "
Non ad omnia te genuit bona, "
O Agamemnon, Atreus "
Oportet uerò te gaudere & tristari. "
Mortalis enim es, etsi tu nolis. "
Deorum sic decreta erunt. "

Tu uerò faculæ lumen explicans,
Tabulamq; scribis
Hanc, quam in manibus etiamnum portas.
Et has iterum literas confundis.
Et obsignas, solusq; denuò.
Iacisq; ad solum piceam, liquidas
Lachrymas fundens.
Et perplexitatis nullius indigus
Quin insanias, quid laboras? quid laboras?
Quid nouum quid nouum tibi adest, ô rex?
Age communicato seruorum nobis.
Ad uirum bonum & fidum dices.
Tuæ enim me uxori olim Tyndareus
Misit dotem, comitem et ornatorem sponsæ iustum.
AGA. Fuerunt Ledæ Thestiadæ tres uirgines,
Phœbe, & Clytemnæstra mea uxor,
Et Helena. Huius præcipue beati
Proci aduenerunt, Græciæ iuuenes.
Atroces uerò minæ & mutuæ cædes
Extiterunt, quicunq; non accepisset hanc uirginē.
Hæc uerò res difficultatē præbebat Tindareo patri,
Dare, & non dare, fortunam ut (nerunt hæc,
Apprehenderet quam optime. & ei in meuem ue-
Percutere fœdera, dextrasq; iungere
Procos inter se ipsos, & per holocausta
Libamina facere, et precari hæc.

Cui-

Cuicunq; uxor obtigiſſet Tindaris filia,
Huic ſimul ferre auxilium, ſi quis ex domo abrepta
Aufugeret, poßidentem depellere à lecto,
Et ut ſubirent militiam, & ſubuerterent ciuitatem,
Græcam ſimulq; & barbaram cum armis.
Poſtquam uero fœdere adacti, commode admodum
ſenex
Subijt eos Tyndareus prudenti animo,
Ius facit deligere filiæ procorum unum,
Cuicunq; gratæ ferrem Veneris auræ.
Ipſa uero elegit (utinam nunquam accepiſſet)
Menelaum. ueniens uero à Phrygibus, qui deas
Dijudicauit hic, ut fama hominum habet,
Lacedæmona, floribus quidem ornatu ueſtium,
Auroq; ſplendidus, Barbaris delicijs,
Amans amantem aufugit abripiens
Helenam, ad Idæ bubilia peregrinam accipiens.
Menelaus itaq; per Græciam œſtro concitatus ſolus,
Fœdera uetuſta Tyndarei teſtatur,
Quod æquum ſit auxiliari iniuriam paſſis.
Hinc ergo Græci ruentes in arma,
Armis ſumptis in arctos Aulidis ſinus
Venerunt huius, nauibus ſcutisq; ſimul,
Equisq;, multisq; curribus inſtructi.
Et me imperatorem eſſe, nimirum Menelai gratia,
Elegerunt, utpote fratrem. dignitatem uero iſtam

Alius quispiam debuerat pro me accepisse.
Coacto uero & conscripto exercitu
Sedemus, nulla nauigandi facultate utentes, in Aulide.
Calchas uero uates usus hæsitatione,
Respondit, Iphigeniam, quam genui ego,
Dianæ sacrificandam esse, hoc inhabitanti solum,
Atq; nauigationem fore, & subuersionem Phrygum,
Sacrificantibus: non sacrificantibus, non fore.
Audiens uero ego hæc, recta uoce
Talthybiumiussi omnem dimittere exercitum,
Tanquam nunquam sanè passurus, filiam ut interficerem meam.
Vbi tum me frater omnes admouens sermones
Persuasit, facere dira. & in plicis tabulæ
Cum scripsissem, misi ad uxorem meam,
Vt mitteret Achilli filiam tanquam nupturam,
Dignitatem uiri exaggerans.
Nauigare unà cum Græcis quod nolit dicens,
Nisi à nobis ueniret Phthiam uxor.
Persuasionem enim habui istam erga uxorem meam,
Falsas nuptias obtexens pro uirgine.
Soli uerò Græcorum scimus, ut hæc se habeant,
Calchas, Vlysses, & Menelaus. Quæ uero non recte
Statui, iterum transcribo bene denuo
In hanc tabulam, quam per umbram noctis

Soluentem

Soluentem & colligentem me uidisti ô senex.
Sed eia, i, has epistolas accipiens,
Ad Argos, quæ uero occultat tabula in plicis,
Sermone dicam tibi omnia quæ inscripta sunt.
Fidus enim uxori meæq; domui es.
Mitto tibi, ad priores
Tabulas, ô Ledæ germen.
SE. Dic, & indicato, ut & lingua
Consentanea tuis literis dicam.
AGA. Ne mittas tuam filiam,
Ad sinuosam rupem Eubœæ,
Aulidem tranquillam.
Ad aliud tempus etenim iam
Filiæ differemus nuptias.
SE. Et quomodo Achilles coniugio frustratus,
Non magnum spirans iram extollit,
Tibi tuæq; uxori?
Hoc etiam graue dic quid ais?
AGA. Nomen, non rem exhibens Achilles,
Nescit nuptias, neq; quodcunq; agimus,
Neq; quod illi filiam condixi
Ad nuptiales amplexuum
Thalamos daturum ad coniugium.
SE. Dira audes Agamemnon rex,
Sic deæ tuam filiam uxorem
Dicens, adducis uictimam in gratiam Danaorum.

AGA.

Digitized by Google

AGA. Bheu mente errabam,
Væ uæ incido in noxam.
Verum abi remigans tuum pedem, senectæ
Nihil concedas.
SE. Festino ô rex. AGA. Ne nunc neq; ad opacos sedens
Fontes, neq; somno capiaris. SE. Auspicata loquere.
AGA. Vndiq; uero sectam uiam reciprocans
Respice, obseruans no quid te lateat
Volubili uehiculo præteriens,
Filiam deferens huc
Græcorum ad naues.
SE. Erit. AGA. Septis prorue.
Nam si ei obuiaueris in uectura,
Retro reflectes frena,
Ad Cyclopum mittens mœnia.
SE. Fidē dicens uero hæc, quomodo habiturus sum,
Dic, filiæq; tuæ, & uxori tuæ?
AGA. Sigillum seruato, quod in tabulæ
Hac fers.
Abi. albescere facit hoc lumen iam
Splendens aurora,
Et ignis quadrigarum Solis.
Opitulare laboribus.
Mortalium uero beatus ad finem nemo,
Neq; felix.

Nondum

Nondum enim aliquis natus est absq; dolore.
CHO. Profecta iuxta circum littoralem,
Arenam Aulidis maritimæ,
Euripi per fluctus,
Nauigans arcto freto inclusam
Chalcidem, ciuitatem meam relinquens
Mari propinquarum aquarum altricem,
Illius insignis fontis Arethusæ,
Achiuorum exercitum ut uiderem,
Achiuorum & palmas nauigradas
Ducum, quoniam ad Troiam
Abietibus mille nauium
Flauum Menelaum
Nostri mariti
Dicunt, Agamemnonemq; inclitum
Nauigare ad Helenam,
Ab Eurota arundinosa
Paris bubulcus quam accepit,
Donum ipsius Veneris,
Quando ad fontanas aspergines
Cum Iunone & Pallade litem
Formæ Venus habuit.
Multis uictimis celebrem uero per lucum Dia-
Nè aduenì, quæ conspiciebatur
Purpurissans genas meas
Pudore iuuenili.

Scuti

Scuti propugnaculum & castra
Armata Danaorum uolens
Equorumq; turmam uidere.
Aspexi uero duos Aiaces in una sede sedentes,
Vnum filium Oilei, Telamonisq; filium,
Ciuibus Salaminis coronam.
Protesilaumq; in sedibus
Tesserarum oblectatos
Formis uariè tortis.
Et Palamedem, quem genuit filius Neptu-
Ni, Diomedemq;, uo-
Luptate discigaudentem.
Iuxtà etiam Merionem Martis
Ramum, miraculum mortalibus.
Et ab insularibus montibus
Lacertæ filium. Simul porro
Nirea, pulcherrimum Græcorum.
Et parem ueneis pedibus,
Celerem cursorem Achillem,
Quem ipsa Thetis peperit, &
Chiron educauit,
Vidi in littoribus,
Et in calculis
Cursum habentem in armis.
Certamen uero elaborabat cursu pedestri,
Ad currum quadrijugum,

Curres

Currens pro uictoria.
Sed ipse auriga clamabat,
Eumelus Pheretiades,
Cui pulcherrimos uidi
Auro uarie ornatos frenis equos
Stimulo incitatos. hos
Quidem medios iugales
Albis maculis notata seta uarios,
Alios extrà catenatos
Elatos flexibus cursum
Rufis pilis ornatas, un-
Gulatis uero sub talis
Variegatas pelles habentes.
Quibus assiliebat
Pelides armatus iuxta canthum,
Et fistulas currules.
Nauium uero ad numerum ueni,
Et spectaculum inenarrabile,
Muliebrem uisum oculorum,
Vt satiarem blanda uoluptate.
Et cornu quidem erat
Dextrum remos habens
Phthioticos Mirmydonum Mars,
Quinquaginta nauibus pernicibus.
Aureis uero simulachris
In summitate Nereides constitutæ erant deæ,

In puppibus insigne Achillei exercitus.
Argiuorum autem istis æqualibus remis instructæ
Naues, collocatæ erant proxime.
Quarum Meciſtei imperator
Filius erat, Talaus, quem nutrit pater,
Capaneiq; filius
Sthenelus. Atticæ uero regionis ducens
Sexaginta naues Theſei
Filius, ex ordine ſtationem tenebat. deam
Palladem in equis ungulatis qui uehebantur
Habens curribus alatis certum
Et auſpicatum ſignum nautis.
Bœotorum uero armaturam marinam
Quinquaginta naues uidi,
Inſignibus ornatas.
Illis Cadmus erat
Aureum draconem habens
Circa nauium roſtra.
Deinde Leitus terrigena
Præerat claſsico exercitui,
Phocidis à terra.
Locrenſibus uero pone illas æquales agens
Naues Oilei filius, inclytam
Throniacam relinquens urbem.
Ex Mycenis uero Cyclopijs
Filius Atrei ducebat nautas

Nauium

Nauium centum coactos.
Vnà uerò Adraſtus erat
Ductor, nempe amicus amico,
Eius quæ fugerat domum
Barbaras propter nuptias
Vindictam Græcia ut caperet.
Ex Pylo uerò Neſtoris
Gerenij uidi
Puppes, inſigne taurino multu ſculptum
Cernere erat incolam Alpheum.
Aenianorum uerò duodecim claſſes
Nauium erant, quibus rex Iuneus
Imperabat. Prope iſtas
Elidis optimates,
Quos Epeas uocabat omnis populus.
Eurytus autem imperabat iſtis.
Albis uerò remis inſtructam bellicoſam cohortem
Taphiorum ducebat, quibus Meges
Imperauit Philei filius,
Echidnas relinquens
Inſulas nautis inacceſſas.
Porro Aiax Salaminis alumnus,
Dextrum cornu
Ad ſiniſtrum coniungebat.
Prope quos ſtationem tenebat remis
Vltimis conſerens ordinem

Digitized by Google

Duodecim agillimis
Nauibus, ut audiui. certe nauticum
Vidi populum,
Cui si quis commiserit
Barbaras machinas,
Reditum non auferet.
Nam ibi audiui, uidi
Nauale expeditionem.
Eadem domi audiens conuocari,
Memoriam seruo exercitus.
SEN. Menelaë, audes grauia, quæ te audere non con
MEN. Abi. nimis heris fidelis es. (ueniens est.
SEN. Honestum sanè mihi obprobriũ exprobrasti.
MEN. Plorabis, si agis quæ non agere te conuenit.
SE. Non cõueniebat te aperire tabulã, quã ego fero.
ME. Neq; te ferre conuenit omnibus Græcis mala.
SE. Frustra contendis hæc, remitte uerò hanc mihi.
MEN. Non dimittam. SEN. Neq; ego dimittam.
MEN. Sceptro mox utiq; tuum cruentabo caput.
SEN. Sed enim glorioſum, pro heris mori. (nes.
MEN. Omitte, longos seruus cum sis loqueris sermo
SE. O domine, iniuriã patimur, tuas uerò epistolas
Eripiens hic ex manibus meis per uim
Agamemnon, nihil iustitiæ uti uult.
AG. Ehem, quis nam in portis tumultus, & sermonum indecentia?

SEN.

SE. Meus, nõ huius sermo, propitius magis dicere.
AG. Cæterum tu cur cum hoc ad contentionem ueniſti Menelaẽ, & per uim abducis?
MEN. Aſpice in nos, ut exordia ſermonum iſta ca-
AG. Num timidus, non aperiam (piam:
Oculos, ex Atreo genitus? (rum famulam?
MEN. Hanc uerò cernis tabulam, poßimarũ litera-
AG. Aſpicio, et primũ hãc ex tuis depone manibus.
MEN. Non, donec oſtendã Græcis omnibus ea quæ inſcripta ſunt. (gilla aperiens?
AG. An uerò ſcis quæ te iam opportunũ neſcire, ſi-
ME. Vt te pigeat ſcilicet, aperiens quæ tu mala patraſti clam.
AG. Vbi uerò & accepiſti ipſam? O Dij, tui impudentis animi. (niret.
ME. Expectans tuã filiã ab Argis, ſi ad exercitũ ue-
AG. Quid uerò ad te attinet res meas obſeruare? an non impudentis iſtuc?
ME. Quoniam ipſa uoluntas me duxit. tuus namq; ſeruus non ſum.
AG. An non indignum? non meam adminiſtrari domum permittor?
ME. Diuerſa enim ſentis, alia quidem nunc,
Alia dudum, alia mox.
AG. Iactabunde loquutus es. Malum lingua ingens & docta.

» ME. Quin mens inſtabilis iniqua res eſt, & non cer
ta amicis.
Volo uerò te redarguere. & tu neq; præ ira
Auerſare uerum. nequaquam laudabo nimis te ego.
Meminiſti, quãdo ſtudebas imperare Græcis ad Ilii
Exiſtimatione quidem non cupiens, uoluntate uerò
uolens. (ſans,
Quàm ſubmiſſus eras, quamlibet dexteram præben
Et fores habens patentes uolenti ex populariibus,
Et exhibens alloquendi facultatem ordine omnibus,
& ſi quis noluiſſet.
Iſtis moribus quærẽs emere ipſum honorẽ ex medio
» Et deinde ubi nactus es imperiũ, cõmutatus in alios
mores,
» Amicis nõ amplius fuiſti prioribus, ut antea, amicus.
Aditu difficilis, intraq; clauſtra rarus apparens.
» Virum uerò non conuenit
» Probum, auctum rebus magnis,
» Mores commutare.
» Verum uel ſtabilem eſſe tunc maxime amicis,
» Quando iuuare maxime potis eſt in fœlicitate exi
Hæc quidem tibi primum obieci, cum te (ſtens.
Primum inuenio malum.
Vt uerò ad Aulidem ueniſti poſtea, & omnium Gre
corum exercitus,
Nullus eras, ſed cõſternatus eras fortuna miſſa à dijs,

Pro-

Prosperi uenti egens. Græci uerò dimittendam
Classem annunciabant, frustra uerò non laborandũ
in Aulide.
Quàm tum infœlix habuisti nomen, & consternatio
Mille imperans, Priamiq; (uem, non naiubus
Solum impleuisses armis.
Et me consulebas. quid agam? quam
Vitam inueniam alicunde?
Ne tu abdicatus imperio amitteres inclitã gloriam.
Et deinde postquam Calchas intra sacra dixit tuam
immolandam filiam
Dianæ, & nauigationem fore Græcis:
Gauisus animo, (ultro,
Lubens immolaturum pollicitus es filiam. & mittis
Non ui, ne hoc dixeris, tuæ uxori, filiam tuam
Huc ut mittat, Achilli sub prætextu tanq̃ nupturam.
Mox uersus fefelliſti, submittens alia scripta,
Vt occisor non sis filiæ tuæ maxime.
Heus tu, hiccine est æther qui audiuit hæc à te?
Plurimi certe patiuntur idẽ, in capessendis negocijs. ee
Elaborant ut habeant, deinde loco cedunt turpiter. ee
Partim propter iudiciũ ciuiũ imprudẽs, partim iure ee
Impossibiles facti cũ sint ipsi ad cõseruãdã ciuitatẽ. ee
Propter Græciam maxime ego infœlicem lugeo.
Quæ cũ uoluit designare aliquid glorioſum in Bar-
baros, nihili homines,

Vt irrideant emittet propter te, & tuam puellam.
» Nullum utiq; necessitudinis gratia imperatorē crea-
rim terræ, (habere
» Neq; armorū principem. mentem conuenit præfectū
» Ciuitatis, quoniam ad munia imperatoria idoneum
uir qui iuuis, prudentiam si habuerit.
» CHO Res grauis, fratribus fieri sermones,
» Et pugnas, quando inciderint in contentionem.
AG Volo tibi dicere male bona ratione, breuibus ne
nimis,
Supercilia ad impudentiam ducens, sed modestior
» Ad fratrem existentem. Vir enim turpis, uerecundia
moueri non solet.
Dic mihi, quid grauia spiras cruētos oculos habēs?
Quis lædit te, quid deest tibi? connubium
Concupiscis frugi accipere?
Non queā tibi præstare. quæ enim acquisiuisti male,
Author es. deinde ego pœnam dabo malorum, qui
non peccaui?
Aut mordet te honor meus? uerum in ulnis
Decoram uxorē cupis, rationabili ratione neglecta
» Et honestate, habere. Mali uiri uoluptates malæ.
Quod uerò ego cum sciuissem antea, non bene per-
pendi per consilia,
» Insanio? Imo tu magis, qui cum amiseris malum cō-
iugium,

Recu-

Digitized by Google

Recuperare cupis, Deo tibi hanc fortunam probe dante.
Iurarunt Tyndareum iusiurandum improbi
Nuptiarum auidi proci ipsa Spes, ut existimo, dea
Confecit hoc potius, quàm tu, & tuum robur.
Quos ubi assumpseris, milita. existimo uero cognosces stultitia animi,
Male icta fœdera, & ui coacta.
Meos certe non interficiam ego liberos, & tuo qui-
Vltra fas erit pessimæ uxoris ultio. (dem commodo
Me uero contabescere facient noctes diesq; lachrymis,
Iniusta patrantẽ, et non æqua in liberos quos genui.
Hæc tibi dicta sint breuiter, & manifeste, & libere.
Quòd si tu non uis sapere recte, res tamen meas ego «
statuam bene.
CHO. Hiccine iam diuersi ab ante dictis (beris.
Sermonibus: bene uerò admonent, parcendũ esse li- «
ME. Proh dolor. amicos sanè nullos habeo miser.
AG. Siquidem amicos nolis subuertere.
ME. Ostendes uerò ubi mihi, patre ex eodem quod sis natus?
AG. Vnà sapere tecum uolo, sed non unà insanire. «
ME. Mutuum dolere cum amicis conuenit amicos. «
AG. Benefaciens aduoca me, non uerò tristificans. «
ME An nõ uidentur tibi hæc laboranda esse, unà cũ

Digitized by Google

AGA. Imò Græcia unà tecum secundum deum ipsa nit quendam.
ME. Sceptro nunc tumescis, tuum fratrem deserens.
Sed ego ad alias me uerto artes quaspiam,
Et ad amicos alios. NVN. Omniũ Græcorũ rex,
Agamemnon, adsum filiam tibi tuam adducens,
Quam Iphigeniam nominasti olim domi.
Mater uerò unà sequitur, tuæ Clytemnæstræ corpus:
Et filius Oreſtes, ut oblectēris uidens,
Iam diu à domo peregre existens.
Sed quod longam peregerint, iuxta Eurytum
Fontem reficiunt fœmineam profectionem,
Ipsæ quoq; equæ. in pratorum uerò pascua
Dimisimus eas, ut pabula degustent.
Ego uerò præcursor tuæ præparationis gratia
Adsum. resciuit enim exercitus. nam uelox
Dissipauit fama, filiam tuam aduenisse.
Tota uerò ad spectaculum turba prorui cursu,
» Tuam filiam ut aspiciant. Nam diutes (bus.
» In omnibus rebus incliti sunt, & spectabiles homini
Dicunt uerò, num quæ nuptiæ? aut quid agitur?
Aut desiderium tenens filiæ Agamemnon rex,
Adducere iussit filiam. Alios audiuisses hæc dicere,
Dianæ initiantur ante nuptias hanc iuuenculam
Aulidensi reginæ, quis eam ducet tandem?
Sed age, ob tua omnia delibato canistra.

Coro-

Coronate capita, & tu Menelaẽ rex
Hymenæum præpara, & in domo
Tibia clauset, & pedum fiat strepitus.
Dies enim hæc adest fausta huic uirgini.
AGA. Collaudo. sed i domum intro,
Cætera procedente fortuna succedent bene.
Eheu, quid dicam infœlix? exordiar abs te.
In quale necessitatis iugum incidimus?
Subijt me ipsa fortuna, ut sophismatis
Longe sit meis callidior..
Sed ipsa ignobilitas ut habet aliquid commodum? ¶¶
Nanq; lachrymare ipsis liberum est, ¶¶
Miseraq; loqui. Sed nobili natura ¶¶
Omnia hæc non licent. arbitrum nempe uitæ ¶¶
Populum habemus, & multitudini seruimus. ¶¶
Ego etenim eijcere uereor lachrymas.
Porro non lachrymare, uicißim pudet miserum,
Ad maximas calamitates qui redactus sum.
Esto, quid dicam ad uxorem meam?
Quomodo excipiam eam? quo uultu congrediar?
Etenim me perdidit malis, quæ mihi adsunt,
Veniens non uocata. sed conuenienter comitata est.
Filiam, ut nuptias celebret, & res charißimas
Elocet, ubi nos esse deprehendet malos.
Hanc porro miseram uirginem, quid uirginem?
Pluto ipsam, ut constat, ducet statim.

Vt miseratus sum? existimo enim supplicatur hæc.
O pater, interimes me? huiusmodi nuptias
Celebres ipse, & quicunq; est tibi charus.
Præsens uero Orestes exclamabit,
Non scita scite. adhuc enim est infans.
Eheu, ipsius Helenes quàm me perdidit nuptias
Capiens Priami filius Paris, qui me patrauit hec.
» CHO. Et ego miserata sum, quatenus mulierem con
uenit peregrinam
» Pro regum calamitate lugere.
» ME. Prater, da mihi ut dextram tuam tangam.
» AG. Do, tua enim est uictoria: miser uero ego sum.
» ME. Per Pelopem iuro, qui pater mei patris
» Tuiq; dictus fuit, perq; genitorem Atrea,
» Certò dicturum tibi quæ in animo sunt aperte.
Neq; fictum de industria quicquam, sed ut ut sentio,
Ego te ab oculis emittentem cum uidi lachrymas,
Misertus sum, & ego emisi unà tecum uicissim,
Et à priori prorsus cedo sententia.
Non in te acerbus. sum uero, ubi tu nunc es.
Et te admoneo, neq; interficiendam filiam,
» Neq; præferendũ meũ commodũ. non enim iustũ est
» Te qdẽ ingemiscere, res uero meas suauiter habere:
Et mori tuos, meos uero cernere lucem.
Quid mihi uellem enim? an non nuptias eximias
Alias recuperare potero, si nuptiarũ desiderio tãgar.

Verum

Verum perdens fratrem, quem me minime cõuenit,
Helenam caperem, malum pro bono?
Imprudens & iuuenis fui antea: res uero propius
Inspiciens, uidi quale sit interficere liberos.
Aliàs quoq; me m seratio infœlicis huius uirginis
Subiit, consanguinitatem dum reputo,
Quæ meas propter immolanda nuptias
Erat. Quid uero Helenæ tuæ uirgini interest?
Abeat exercitus dimissus ex Aulide.
Tu uero oculos desine lachrymis rigans tuos,
Frater, me quoq; aduocans ad lachrymas.
Si uero quid de filia tua uaticinia ad te pertinent,
Non me mouerint: tibi attribuo meam partem.
Sed quod ad cõmutationem ueni à graui sententia,
Conuenienter accidit. simul natum fratrem
Amans, commutaui. Viri non improbi mores "
Isti sunt, uti optimis semper. "
CHO. Generosa dixisti, & Tantalo filio Iouis
Conuenientia, progenitores non dedecoras tuos.
AGA. Laudo te Menelae, quod præter opinionem meam
Apposuisti rectè sermones, & te dignè.
ME. Tumultus sanè fratrum quispiam propter amorem fit,
Et auaritiã domorum, ego execratus sum "
Huiusmodi consanguinitatem inuicem acerbam. "

AGA.

AGA. Sed uenimus enim in necessarias fortunas,
Filiæ cruentam perficere cædem.
ME. Quis quis uero coget te tuam interimere?
AGA. Tota Græcorum congregatio exercitu.
ME. Non, si ipsam ad Argos remittas retro.
AGA. Fefellero hic utiq;, sed illic haud fefellero.
ME. Quale hoc? non conuenit nimium timere multitudinem.
AGA. Calchas dicet uaticinia Græcorum exercitu.
ME. Non, si moriatur antea: hoc uero facile.
AGA. Vatidicum omne genus, ambitiosum malũ est.
ME. At neq; inutile, neq; utile præsens.
AGA. Illud uero nõ times, quod mihi in mentẽ uenit?
ME. Quem tu non dicis, quomodo suspicabimur sermonem?
AGA. Sisyphi genus omnia nouit hæc.
ME. Non est, quod Vlysses aliqua in re te & me le-
AG. Varius semper existit, & in multitudine. (dat.
ME. Ambitioni quidem obnoxius est, graui malo.
AGA. Igitur finge nunc stantẽ Argiuorũ in medio,
Dicere quæ Calchas uaticinia pronunciauit,
Et me quod pollicitus sim uictimã, et deinde mentior
Dianæ immolatam. qui ubi concitauerit exercitum,
Te & me qui interfecerint Argiuos, filiam
Iugulare iubebit. & si ad Argos fugiam,
Venientes cum ipsis mœnibus Cyclopijs

Diripient,

Digitized by Google

Diripient, & ſubuertent ſolum.
Huiuſmodi mea infortunia. me miſerum,
Vt perplexus ſum per deos in iſtis præſentibus.
Vnum mihi caue, Menelai per exercitum
Profectus, ne Clytemnæſtra hæc
Reſciſcat, antequàm ad Plutonem filiam meam addi
dero accipiens,
Vt quàm pauciſſimis lachrymis miſer ſim:
Vosq; ſilentium, ô hoſpitæ, ſeruate.
CHO. Fœlices, qui modeſte deæ
Et cum caſtitate adepti ſunt "
Lectos Veneris. "
Tranquillitate utentes, "
Perciti œſtris, ubi iam "
Geminos amor auricomus
Arcus intenderit Gratiarum.
Hoc quidem ad amabilem ſortem,
Alterum ad confuſionem uitæ.
Deprecor ipſum à noſtris,
O Venus pulcherrima, thalamis.
Sit uero mihi modeſta quidem
Gratia, amores uero ſancti. "
Et particeps fiam Veneris, "
Ingentem uero reiecero.
Sed diuerſæ ſunt naturæ mortalium, "
Diuerſi porro ſunt moribus. ſed qui rectus eſt, "

Bonum

» Bonum certum ſemper eſt.
» Et educationes, quæ inſtituunt,
» Magnum momentum ferunt ad uirtutem.
» Verecundiam enim ſapienter,
» Et alternantem habet
» Gratiam, cum iudicio dijudicandi res,
» Ipſum decorum ibi gloriam fert,
» Decus nunquam ſeneſcens, diuitias.
» Magna quædam res eſt ſectari uirtutem,
» Mulieribus quidem ſecundum Venerem
» Occultam. porro inter uiros
» Decentia intus mille modis aucta,
» Ad maius Rempublicam auget.
Profectus es ô Paris, ubi tu
Paſtor candida educatus fuiſti
Idæa apud armenta,
Barbaras modulationes fiſtulam Phrygio
Modo, Olympi calamis
Imitationes adglutinans.
Obœſi uero alebantur boues,
Quando te iudicium manebat Dearum,
Quod te ad Græciam deduxit
Eburneas ante
Domos, qui Helenæ
In obtuentes oculos
Amorem dediſti.

Amore

Amore quoq; ipſe perculſus es.
Vnde contentio illa inſignis Græciam cum armis
Et nauibus ducit
In Troiæ Pergama.
CHO. Io, io.
Magnæ magnorum fœlicitates.
Filiam regis
Aſpicite Iphigeniam, regiam meam,
Filiamq; Tyndarei Clytemneſtram,
Vt ex magnis germinarunt,
Et ad ſummam uenerunt fortunam.
Dij uero potentiores ſunt, quiq; diuitias tribuunt
Non fœlicibus mortalium.
Conſiſtamus ex Chalcide nati greges,
Reginam ut excipiamus à turba
Procul, ne offendat ad terram.
Comiter uero manibus hilari animo,
Ne trepidet, recens mihi aduenienſ
Inclita filia Agamemnonis.
Neq; tumultum, neq; ſtuporem
Argiuis hoſpitæ hoſpitis exhibeamus.
CLY. Augurium quidem hoc auſpicatũ æſtimamus,
Tuamq; comitatem, & uerborũ bonã ominationẽ.
Spem quandam habeo, quod ad fœlices nuptias
Adſim pronuba. ſed ex uehiculis
Deducite, quas uero comites dotales filiæ,

Et

Et deducite in atrium, caute ac decenter agentes.
Tu uero ô filia, mihi relinque equestres currus,
Molles ponens pedes atq; imbecilles.
Vos uero puellares in ulnas
Excipite, & traducite è uehiculis.
Et mihi quispiam mantas det fulcimenta,
E' sede uehiculi, ut deferam pulchre.
Aliæ ante state iuga equestria.
Terribilis enim res est ferox oculus equi.
Et puerum hunc Agamemnonis filium
Accipite, Orestem. adhuc enim est infans.
Mi fili, dormis equestri sopitus curru?
Expergiscere, tuæ sororis ad nuptias fœliciter.
Viri enim boni affinitatem, ipse ingenuus existens,
Sortieris: Nereidis filij, par ipsis dijs genus.
Ex ordine sede huc ad meos pedes, ô filia,
Ad matrem Iphigenia. beatam me
Hospitis istis propè constituta fac,
Et inde iam patrem saluta tuum charum.
IPH. O mea mater, subiens certe, ne uero irascaris,
Ad pectora patris pectora mea applicabo.
CLY. O reuerentia mihi maxima, Agamemnon rex
Adsumus, præceptis non immorigeræ tuis.
IPH. Ego uero uolo tua pectora, ô pectora,
Subiens, amplecti diu.
Desidero enim aspectum tuum, ne uero irascaris.

AG. Quin ô filia fruere. amãs patris enim semper es.
Maxime inter liberos hos quotquot ego genui.
IPHI. O pater, aspexi te lubens longo tempore post.
AG. Et enim pater te. hoc pari modo dicis de ambobus.
IPHI. Salue: bene, me quod adduxisti ad te, fecisti mi pater.
AG. Haud noui quomodo dicam hoc, & non dicam, ô filia.
IPHI. Hem, ut non aspicis me placide, qui lubens me acceperis?
AG. Multæ res regi & imperatori curæ sunt.
IPHI. Accede nunc ad me, & ne ad curas te uertas.
AG. Quin sum apud te nunc totus, nec aliubi.
IPHI. Remitte ergo supercilium, uultumq; exporrige amicum.
AG. Ecce lætus sum, hactenus lætor te aspiciens, mea filia.
IPHI. Et tamen stillas lachrymas ab oculis tuis?
AG. Longa enim futura est nobis imminens absentia.
IPH. Non intelligo quid dicas, non intelligo, charissime mihi pater.
AG. Cor data respondens, magis ad commiserationem ducis.
IPHI. Inepta utiq; dicemus modò, ut te exhilarem.
AG. Papæ, non silere possum, te uero laudo.

Digitized by Google

IPHI. Mane ô pater domi apud liberos tuos.

AG. Cuperem, ipsam uoluntatem uero non habens excrucior.

IPHI. Pereant hastæ, & Menelai infortunia.

AG. Alios perdent antea, quæ me perditum occupant.

IPHIG. Quàm longo abfuisti tempore in Aulidis secessu?

AG. Quin nunc me impedit quiddam, quo minus deducam exercitum.

IPHI. Vbi Phrygas narrant habitare, pater?

AG. Illic, ubi utinam nunquam habitasset filius Priami Paris.

IPHI. Longam uiam discedis, ô pater, me deserens?

AG. Eodem ô filia tu quoq; uenis, cum tuo patre.

IPHI. Eheu,

Vtinam esset commodum mihi tib. q;, ducere unà comitem nauigationis me.

AG. Quid postulas? Et tibi nauigatio, ubi memineris patris.

IPHI. Cum matre nauigans, uel sola proficiscar?

AG. Sola, segregrata à patre & matre.

IPHI. Nimirum me in alias domos locabis, pater?

,, AG. Omitte sane hæc. Non fas est hæc scire uirgines.

IPHI. Festinato mihi ex Phrygibus, bene ordinatis rebus illic pater.

AG.

Digitized by Google

AG. Immolare me uictimã antea oportet quandã hic.
IPHI. Verum cum sacris conuenit hoc pium spectare?
AG. Cognosces tu. lauacra enim stabis prope.
IPHI. Num ducemus circum aram, ô pater, chorum?
AG. Beatam iudico te magis quàm me, quod nihil intelligas.
Sed abi in atria intus, ut conspiciaris à uirginibus,
Triste osculum exhibens & dextram mihi,
Quæ es longo à patre abfutura tempore.
O pectora, & ô genæ, ô flauæ comæ,
Vt pondus nobis facta est Phrygum ciuitas,
Et Helena. desino loqui. repentinus enim
Humor oculorum persequitur me, tangentem te.
Ite in atria. te uero deprecor hæc,
O Ledæ sobolem, quod commotus sum miseratio-
Achilli filiam elocaturus meam. (ne nimis
Dimissiones enim laudabiles quidem, sed tamen
Mordet parentes, quando in aliam familiam
Liberos elocauerit qui multum laborauit pater.
CLY. Non adeò insipiens sum. suasuram uero me
Ipsam existima hæc, itaq; non te opus fuit admonere,
Quando ad nuptias eloco filiam.
Nam ipse mos ea cum tempore postulat.
Porro ipsum nomen filiam noui cui despondisti,

Digitized by Google

Genere uero quali, & unde, discere cupio.
AG. Aegina filia nata est, ex Asoto patre.
CLY. Hanc uero mortalium, an deorũ coniunxit quispiam?
AG. Iupiter. Aeacum uero progenuit, Oenones patrem.
CLY. Aeaci uero filius quis obtinuit domum?
AG. Peleus, Peleus uero habuit Nerei filiam.
CLY. Deo dante, aut inuitis dijs accipiens?
AG. Iupiter despondet, & locat ipse dominus pater.
CLY. Ducit uero ubi locorum ipsam, an in fluctibus marinis?
AG. Chiron ubi habitat uenerandas Pelei sedes.
CLY. Vbi dicunt Centauricum sedem habere genus?
AG. Illic celebrarunt Pelei nuptias dij.
CLY. Thetis uero aluit, aut pater filium?
AG. Chiron, ne mores disceret malorum hominum.
CLY. Papæ,
Sapiens sanè educator, & qui tradidit sapientior.
AG. Talis filiæ tuæ utr erit maritus.
CLY. Non reprehendendus. habitat uero urbem quã Græciæ?
AG. Apidanum iuxta fluuium in Phthiæ terminis.
CLY. Illuc abducet tuam meamq; filiam?
AG. Et curæ erunt hæc, qui dominus est.
CLY. Verũ fœlices sint ambo. quo uero in die ducet?

AG.

Digitized by Google

AG Quamprimum lunæ auspicatus aduenerit orbis.
CLY. Præparatorias uictimas iam pro filia num macta-
sti deæ?
AG. Futurus sum in hac constituti sumus fortuna.
CLY Et deinde celebrabis nuptias postridie?
AG Vbi immolauero uictimas, quas me conuenit peragere dijs.
CLY. Nos uero epulum ubi mulieribus exhibebimus?
AG. Hic apud bonas puppes habentes Argiuorum naues.
CLY. Commodum fanè, & necessariò communicauero simul.
AG. Scin igitur quid facies, ô mulier? pareto uero mihi.
CLY. Quid rei? parêre enim soleo tibi.
AG. Nos quidem hic, ubi est sponsus.
CLY. Absq; matre quid agetis, quæ me facere conue-
AG. Elocabimus tuam filiam cum Græcis. (nit?
CLY. Nos uero ubi conuenit interim immorari?
AG. Abi ad Argos, & uirgines curato.
CLY. Deserens filiam? quis uero sustollet facem?
AG. Ego exhibebo lucem, quæ sponsis conuenit.
CLY. Non hic est ritus, & tu perperam censes hæc.
AG. Non decet in turba te uersari exercitus.
CLY. Honestum, me parentem meos elocare libe-
ros.

Digitized by Google

AG. Et quæ sunt domi non solas esse uirgines.
CLY. Munitis gynæceis custodiuntur adprobè.
AG. Pareto. CLY. Non per reginam Argiuam deam.
Quin tu profectus, ea quæ foris sunt perfice, domi ue
Quæ conuenit adesse nubentibus uirginibus. (ro ego
AG. Bheu frustra conatus sum, spe uero frustratus,
Ab oculis uxorem ablegare cupiens.
Astu utor, & in eos qui sunt mihi charissimi
Artes excogito, undecunq; tamen uincor.
Attamen cum Calchante uate
Hoc quod deæ gratũ, mihi uero non auspicatum,
Interrogaturus uado, calamitatem Græciæ.
» Conuenit uero domi uirum sapientem enutrire,
» Vxorem frugi, & probam, aut non nutrire.
CHO. Iam iam ueniet ad Simoënta, &
Vortices argenteos
Congregatio Græcorum exercitus,
Et cum classe, & cum armis,
Ad Ilium Troiæ
Phœbeum oppidum.
Cassandram ubi audio
Agitare flauos cincinnos.
Viridante serto lauri
Ornatam, quando dei
Omniscia flauerint necessitates.
Stationem uero habebunt in Pergamis

Troiæ,

Digitized by Google

Troiæ, & circum mœnia
Troiani, quando æreis scutis horridus Mars
Marinus uelocibus naubus
Remigatione appellet
Simoëntica ad ostia,
Sororem geminorum filiorum Iouis
Qui sunt in æthere, Helenam
A Priamo deportare uolens
In terram Græcanicam, bellicosis
Clypeis & hastis Græcorum.
Pergamum uero Phrygum ciuitatem
Lapideas circa turres
Vbi cinxerit Marte cruento,
A ceruice abscisis capitibus
Diuellens ciues Troiæ,
Depopulatus funditus ciuitatem,
Ponet mulieres luctuosas,
Et uxorem Priami.
Ipsa uero Iouis Helena
Filia, luctuosa erit,
Maritum deserens.
Neq; mihi,
Neq; meis liberorum liberis
Spes ista unquam ueniat,
Qualem diuites Lydæ
Et Phrygum uxores

Digitized by Google

Habebunt, iuxta telas
Loquentes hæc inuicem.
Quis nam mihi bene comptas comas,
Propugnaculum lachrymis plenum audiens
Patriæ percutis, deturbabit?
Propter te Cycni longum collum habentis filiam,
Si modo fama uera est,
Quod commercium habuerit Læda in auem uolanti
Cum Ioue quando commutatus fuit corpore,
Siue in libris poëticis
Fabulæ hæc in homines.
Diuulgarunt absurdè, uanè.
ACHIL. Vbi Græcorum hic dux exercitus?
Quis dicat è ministris, Pelei
Quærere ipsum filium pro foribus Achillem?
Non enim ex æquo moramur Euripi uada.
Alij etenim nostrûm non copulati existentes nuptijs,
Domos deserias relinquentes hic,
Sedent ad littora. Alij habentes coniuges,
Carentes liberis. adeò uehemens incidit amor
Huius expeditionis Græciæ, non absq; dijs.
Quod ad me igitur iure pertinet, me ipsum exposti-
lare conuenit.
Alius porro qui uelit, ipse pro se loquatur.
Terram enim relinquens Pharsalum, atq; Pelea,
Maneo ad tenues istos Euripi flatus,

Mirmydo-

Digitized by Google

Mirmydones detinens, qui me semper urgentes
Dicunt, ô Achilles, quid manemus? ad quod tempus
Adhuc emetiri conuenit ad Ilium traiectionem?
Facito, si quid facturus es, aut abduc domum exercitum,
Atridarum non expectans cunctamina.
CLY. O fili deæ Nereidis, intus sermones
Tuos audiens, egressa sum ante domum.
ACH. O sancta reuerentia, hanc quam nam aspicio
Mulierem, formam uenustam habentem?
CLY. Non mirum te nos non agnoscere, quos non antea
Vidisti. laudo uero, quod colis modestiam.
ACH. Quæ uero es? quid uenisti Græcorum ad congregationem,
Mulier ad uiros scutis armatos?
CLY. Lædæ quidem sum filia, Clytemnæstra uero mihi est
Nomen, maritus mihi est Rex Agamemnon.
ACH. Probe dixisti, breuiter quæ opportuna sunt.
Sed turpe mihi cum mulieribus colloqui.
CLY. Graue est. quid fugis? dextram meæ dextræ
Coniunge, principium beatum nuptiarum.
ACH. Quid ais? ego tibi dextram? uereamur utiq;
Agamemnonem, si tangam quarum mihi non ius est.
CLY. Fas est maxime: meam quoniam duces

Digitized by Google

Filiam, ô fili deæ marinæ Nereidis.
ACH. Quales nuptias dixisti? loquendi perplexitas me habet ô mulier:
Nisi quid delirans, nouum dicis sermonem.
» CLY. Omnibus hoc insitum est, ut pudore capiantur, amicos
» Nouos uidentibus, & nuptiarum recordantibus.
ACHIL. Nunquam expetiui per ambitionem filiam tuam, ô mulier,
Neq; ab Atridis uenit mihi sermo nuptiarum.
CLY. Quid nam hoc rei fuerit? tu uicissim sermones meos
Admirare. mihi enim admirationes sunt, quæ à te dicuntur.
» ACHIL. Coniecturam facito. commune est coniectare hæc.
Ambo enim non mentimur in nostris dictis fortasse.
CLY. Nimirum passa sum indigna. concilio nuptias
Non existentes, ut uidetur. horum me pudet.
ACH. Fortasse derisit & me, & te quispiam.
Verum negligentiæ da ista, & leuiter fer.
CLY. Vale. non enim rectis oculis te amplius aspicio,
Mendax facta, & passa indigna.
ACHIL. Et tibi istud sit à me. maritum uero tuum
Abeo ut quæram, in hanc domum intrò.

FA.

Digitized by Google

FA. O hospes Aeacigenus, mane, nam te appello,
Filium à dea natum, & te Lædæ filiam.
ACH. Quis uocat, portis apertis? quàm tumultuosè uocat?
FA. Seruus. non gloriar hac in re: fortuna enim non finit.
ACHIL. Cuius? nequaquam enim meus. separatæ sunt res meæ & Agamemnonis.
FA. Harum ante quas sto ædium, Tyndareo dante patre.
ACHIL. Stamus. dic si quid uis, quorum me detinuisti gratia?
FA. An soli pro utiq; uos filij consistitis foribus?
CLY. Tanquam solis dicere potes, extra uerò egrede re regiam domum.
FA. O fortuna, prouidentiáq; mea. serua quos ego uolo.
ACH. Hic sermo in futurum differetur tempus, habet uero fastum quendam.
CLY. De dextra ne cura, si quid mihi uis dicere.
FA. Nouisti ne quicunq; fuerim, tibi & liberis benevolus quod fui?
CLY. Scio te existentem ego, antiquum domus meæ famulum.
FA. Et quod sanè me ad tuam dotem accepit Agamemnon Rex?

CLY.

CLY. Veniſti ad Argos nobiſcum, & meus fuiſti, iam olim.

FA. Sic ſe habet. & tibi quidem beneuolus ſum, tu uero minus marito.

CLY. Retege nunc tandem nobis, quos nam narras ſermones?

FA. Filiam tuã pater is qui genuit, propria manu interfecturus eſt.

CLY. Quomodo? abominor ô ſenex ſermonem: nõ enim bene ſapis.

FA. Enſe albam mactans miſeræ puellæ ceruicem.

CLY. Me miſeram. inſanus ne maritus exiſtit?

FA Bene conſtans ſibi, niſi in te & tuam filiam: in hoc non ſanus eſt.

CLY. Ex qua ratione? quis ipſum inſtigat dæmonum?

FA. Oracula, ut ait Calchas,
Vt pergat exercitus.

CLY. Quó? me miſeram. miſeræ lucro
Ea, quam pater interimet.

FA. Dardani ad domos Helenam
Menelaus ut recuperet.

CLY. Num ad interitum Iphigeniæ, Helenæ reditus ex fato erat conſtitutus?

FA. Omnia habes. Dianæ immolaturus
Filiam tuam eſt pater.

CLY. Sed nuptiæ, quem habent prætextum,

Qui

Qui me adduxit è domo?

FA. Vt lubens Achilli filiam adduceres nuptum datura tuam.

CLY. O filia, aduenisti ad interitum, & tu,

Et mater tua.

FA. Miseranda sertis utræq;, dira uero Agamemno au sus fuit.

CLY. Perco misera, lachrymam oculi nõ amplius continent.

FA. Siquidem graue est, liberis orbatam lachrymas effundere.

CLY. Tu uero hæc, ô senex, unde ais te scire audiens?

FA. Tabulam ibam ferens tibi,

Ad ea quæ antea scripta erant.

CLY. Non sinens? aut cohortans filiam adducere interimendam?

FA. Imò non adducere. sapiebat enim

Tuus maritus tunc bene.

CLY. Et deinde quomodo ferens tabulam non mihi dedisti, ut acciperem?

FA. Menelaus abstulit nobis, qui malorum horum autor.

CLY. O fili Nereidis, ô fili Pelei, audis hæc?

ACHIL. Audiui esse miseram te. sed uices meas non leuiter fero.

CLY.

CLY. Filium meum interficient per dolum, decipientes tuis nuptijs?

ACH. Succenſco & ego marito tuo, neq; ſimpliciter ſic fero.

CLY. Non erubeſcam ſanè accidere ad tua genua,

» Mortalis ego ex dea ad natum. quid enim ego ſuperbiam?

» Ob quam rem allaborandum magis eſt, quàm de filia ſalute?

Quare ſer opem, ô deæ fili, me eq; infœlicitati,

Et ci quæ dicta fuit uxori tuæ. fruſtra quidem, ſed tamen

Tibi coronans ego ipſam adduxi, tanquam nupturam.

Sed nunc ad uictimas adduco, tibi uero infamia erit,

Qui non tuleris opem. ſi etenim non nuptijs copulatus fuiſti,

Nihilominus dictus es miſeræ uirginis charus maritus.

Per mentum, per tuam dextram, per que tuam matrem.

Nomen enim tuum me perdidit, cui te opitulari conuenit.

Non poſſum ad aram confugere aliam, quàm ad tua genua.

Neq;

Neque amicus quisquam arridet mihi. facta uero
Agamemnonis ipse tu audis,
Atrocia & audacia. Veni uero, ut cernis, mulier
Ad nauticum exercitum effrenem, & ad mala au- "
dacem:
Vtilem uero, cum ipsi uoluerint. Si uero audebis "
tu me
Defendere, saluæ sumus. sin minus, perijmus.
CHO. Res uehemens est párere, & fert amoris uim "
magnam,
Ommbusq; commonem, ut laborent pro filijs. "
ACHIL. Sublimis mihi animus tollitur ultra,
Nouit tamen & in asperis indignari, "
Et moderatè gaudere in rebus prosperis. "
CHO. Ratione enim tales utuntur homines "
Vt recte traducant uitam cum sapientia. "
ACH. Imò est, ubi dulce, non nimium sapere: "
Est uerò, ubi utile est sapere. "
Sed ego in domo uiri pijssimi educatus,
Chironis, didici mores simplices habere.
Et ipsis Atridis, si imperitauerint recte,
Parebimus: quando uero non recte, non parebimus.
Sed hic & in Troia liberam indolem
Præ me ferens, Marti pro uirili decus adferam re bel-
lica.
Te uero, ô quæ indigna pateris à tuis inimis,

Quatenus

Quatenus per uirum fiunt iuuenem,
Tantam miserationem amplectens, tutò deducam.
Neq; unquam filia tua à patre mactabitur,
Quæ mea dicta est. non enim, ut inuoluat dolis,
Ego exhibebo tuo marito meum corpus.
Nomen enim & si non ferrum sustulit
Meum, interimet filiam tuam. sed actor
Maritus tuus. purum uero posthac non est corpus meum,
Si per me pereat. & per meas nuptias,
Quæ grauia sustinet & non toleranda, uirgo.
Miranda uero quàm indigne mulctata.
» Ego peßimus essem sanè Argiuorum uir,
» Ego nihili homo, Menelaus uero inter uiros,
» Tanquam non ex Peleo, sed ex dæmone natus,
» Siquidem inseruiat ad cædem meum nomen tuo marito.
Non per in humidis fluctibus uiuentem
Nerea, satorem Thetidis, quæ me peperit:
Non attinget tuam filiam Agamemnon Rex,
Neq; summa manu ut attingat peplis.
Aut Sypilus ciuitas erit terminus barbarorum,
Vnde ducunt imperatores genus.
Phthia uero mea patria nusquam nominabitur.
Acerba uero labamina, & manuum lotionem auferet

Augur

Augur Calchas. quis uerò eſt augur,
Qui pauca uera, multa uerò falſa dicat "
Sortem nactus. ſi uerò non aſſequitur, labitur. "
Aut nubentium gratia innumeræ uirgines
Captabunt meum coniugium. dictum ſit hoc.
Nam contumeliam in nos contulit Agamemnon rex.
Oportebat eum rogare meum nomen à me,
Captionem uirginis. ibi ipſa Clytemnæſtra
Maxime fidem habuiſſet, filiam elocare marito.
Dediſſemq; Græcis, ſi ad Ilium
In hoc laborabat traiectus. non negaſſemus fortaſſe "
Publicum augere, cum quibus militabam. "
Nunc uerò nihil ſum apud ipſos ductores,
Et in leui momento faciendi & non faciendi bene.
Mox ſciet enſis, quem antequam ad Phrygas
Perueniam, cædis maculis ſanguine polluam,
Si quis à me tuam filiam auferet.
Verum quieſce. Deus ego apparui tibi "
Maximus, non exiſtens, ſed tamen fiam. "
CHO. Dixiſti ô fili Pelei, teq; digna,
Et marino dæmone ueneranda dea.
CLYT. Papæ.
Quomodo te collaudauero non nimis uerbis,
Neq; nimis tenuiter, neq; amittam gratiam?
Dum laudantur enim probi, aliquo modo "
Odio habent laudantes, ſi laudent nimium. "

Erubesco uerò proferens miserabiles sermones,
Peculiariter ægrota: tu uerò expers meorũ malorũ.
» Sed tamen habet quendam prætextũ, etsi alienus sit,
» Vir bonus infœliciter agentes ut adiuuet.
Miserere uerò nostri, miseranda enim patimur.
Quæ primum quidem te generũ arbitrata habere,
Vanam habui spem: deinde tibi fortasse
Omen fuerit ad futuras nuptias,
Moriens mea filia, quod te cauere conuenit.
Sed bene dixisti initium, bene etiam finem.
Te enim uolente, filia mea seruabitur.
Vis ipsam supplicem tua amplecti genua?
» Non conuenunt uirginibus hæc quidem: sed si tibi uidetur,
Aderit cum pudore, oculum habens ingenuum.
Aut non præsente, eadem impetraro à te.
» ACH. Maneat domi. Pudibunda enim, pudore afficitur.
» CLY. Sed tamen quantum possibile est, pudore affici conuenit.
ACH. Tu neq; tuam filiam educ in conspectũ meum,
Neq; in probrũ per insciti am ueniamq;, ô mulier.
» Exercitus enim congregatus, ociosus existens à rebus domesticis,
» Fabulas malas & maledicas amat.
Porro omnino mihi supplicantes tantundem efficeritis,

Sine

Siue non ſupplicans fueris. mihi enim eſt conatus
Maximus, uos liberare à malis. «
Itaq; unum hoc audiens, ſcias non falſò me dicere.
Falſa uerò loquens, & fruſtra illudens, «
Moriar. non moriar uerò, ſi ſeruaro filiam.
CLY. Bene ſit tibi, continue infœlices adiuuans. «
ACH. Audi iam nunc, ut hæc res bene ſe habeat.
CLY. Cur hoc dixiſti? nam audiendus tu es.
ACH. Perſuadeamus rurſum patrem, melius ſapere.
CLY. Timidus quiſpiam eſt, & nimis trepidat exercitum.
ACH. Verum alij ſermones expugnant alios ſermones. «
CLY. Frigida quidem ſpes. ſed quid me facere conuenit? dicito.
ACH. Roga illum primum, ne interficiat filiam,
Si uerò recuſet, ad me tibi eundum eſt.
Si enim ſecundum hoc quod cupis perſuaſus fuerit,
non ad meas partes conuenit
Accedere. habet enim hæc res in ſe ſalutem: «
Et ego melior erga amicum ero:
Et exercitus non me incuſauerit, ſi res
Cum ratione geſſero magis quàm uiribus.
Bene autem peractis rebus, cum uoluptate amicis «
Tibiq; tranſigentur abſq; me hæc. (bi uidentur. «
CLY. Quàm prudentia dixiſti? agenda ſunt quæ ti-

Si uerò ea non efficerimus, quæ ego uolo:
Vbi te denuo aſpiciemus? ubi conuenit me miſeram
Venientem inuenire tuam manum auxiliatricem in malis?

ACH. Nos te cuſtodes, quatenus conuenit, obſeruabimus,
Ne quis te aſpiciat euntem attonitam
Græcorum per turbam. ne uerò paternam domum
» Dedecores. namq; ipſe Tyndareus non dignus
» Male audire. inter Græcos enim magnus eſt.

CLYT. Erunt hæc. præi, tibi me ſeruire conuenit.
» Quod ſi ſunt dij, iuſtus exiſtens uir tu
» Digna bona aſſequêre. ſi uero non, quid oportet laborare?

CHO. Quis nam Hymenæus per tibiam Libycam,
Et cum grata choris cithara,
Et cum fiſtulis, & cum organica
Erat cantilena,
Quando in Pelio pulchros cincinnos habentes
Pierides in conuiuio deorum
Aureos calceos habentem pedem
Ad terram pulſantes,
Pelei ad nuptias uenerunt
Cantatrices. Thetim iubi-
Lationibus & Aeacidam
Centaurorum in montibus uocantes,

Peliacam

Peliacam per ſyluam.
Sed Dardanides Iouis
Lectorum delicias gratas
Aureis hauriebat potum
Ex craterum cyathis,
Phrygius ille Ganymedes.
In albicante uerò
Arena rotantes ſe
In orbem quinquaginta filiæ
Nerei, nuptias ſaltando celebrabant.
Cum ab ietibus uerò, & coronaria herba
Cœtus uenit equeſtris
Centaurorum, ad conuiuium deorum,
Et ad pocula Bacchi.
Magna uerò uoce exclamabant, ô Nerei filia,
Puellæ uerò Theſſalæ, inclyta lux.
Vates Phœbus, Muſarum
Et peritus myſtica ſacra
Chiron, nomine nuncupauit
Qui uenturus erat ad terram, cum
Haſtatis Mirmydonum
Militibus ſcutatis, Priami inclytam
Terram incendio depopulaturus,
Corpore aureis
Armis à Vulcano elaboratis
Armatus, apta ad induendum à dea

Digitized by Google

Matre donaria habens
Thetide, quæ ipsum peperit
Fœlicem. tum dij
Nobilißimæ
Nuptias Nereidis celebrarunt
Primariæ, & Pelei hymenæos.
Te uerò circa caput coronabunt pulchricomis
Cincinnis Argiui, marinis
Veluti petricosis antris profectam
Montium iuuencam indomitam,
Humanum cruentantes guttur,
Non fistula alitam, neq;
Sibilatione pastorum:
Sed apud matrem, ad excultas
Argiuis puellis nuptias.
» Vbi pudoris,
» Aut ipsius uirtutis potentiam habet
» Valere aliquid facies,
» Quando impietas occupat
» Imperium. Ipsa uerò uirtus à tergo
» Mortalibus negligitur.
» Licentia uerò legibus dominatur,
» Et commune periculum est hominibus,
» Ne qua deorum ira ingruat.
CLY. Egressa sum è domo, ut aspiciam maritum
Diu absentem, & qui deseruit tectum.

Digitized by Google

In lachrymis uerò infœlix filia mea,
Multas emittens uices lamentationum,
Mortem ubi reſciuit quam pater ſtatuit.
Sed certe mentionem habui propinqui iam
Agamemnonis iſtius, qui in ſuos ipſius liberos
Improba faciens mox deprehendetur.
AG. O Ledæ ſoboles, commode te extra domum
Inueni, ut dicam à uirgine ſeorſim ſermones,
Quos non audire nupturas conuenit.
CLY. Quid nam eſt? ubi ipſa opportunitas tibi ex aduerſo deprehenditur?
AG. Emitte filiam è domo unà cum patre.
Quoniam piamina adſunt recte parata,
Et fruges ut iaciantur in ignem luſtralem ex manibus.
Et iuuencæ, ante nuptias quas deæ cadere conuenit
Dianæ, nigri ſanguinis ſcaturigines.
CLY. Verbis quidem bene loqueris, ſed opera tua
Haud noui, quomodo conueniat me nominantem bene dicere.
Veni ô fili extrà. nouiſti enim patris
Prorſus quæ facturus eſt, & ſub ueſtibus duc
Accipiens Oreſtem tuum fratrem, ô filia.
Ecce adeſt hæc morigera tibi.
Alia ego dicam pro hac, & pro me ipſa.

Digitized by Google

AGA. Filia quid ploras? neq; hilari aſpectu es prædita.
Ad terram uerò inclinans uultum, obtendis peplos.
IPH. Eheu.
» Quod nam capiam meorum initium malorum?
» Omnibus enim primis uti adeſt,
» Et utiq; nouiſſimis, & utiq; medijs ubiq;.
AG. Quid rei eſt, quod mihi omnes ad idē uenitis,
Confuſionem habentes, & perturbationē oculorū?
CLY. Dic, quæ interrogauero te, ingenuè, marite.
AG. Nihil prorſus adhortatione opus eſt, interrogari cupio.
CLY. Filiam tuam & meam interfecturus es?
AG. Ehem,
Miſera dixiſti, & ſuſpicaris quæ te non conuenit.
CLY. Et illud mihi primum reſponde denuò.
» AG. Tu uerò ſi interrogas ea quæ conueniunt, conuenientia audies.
CLY. Non alia interrogo, & tu ne dicas alia mihi.
AGA. O ueneranda fortuna, & fatum, & Genius meus.
CLY. Et meus, & huius, unus trium infœlicium.
AGA. Quomodo læſa es? CLYT. Iſtud à me interrogas?
» Aſtus certe ipſe aſtutiam continens, ſucceſſum non habet.

AGA.

AGA. Perijmus, prodita ſunt ſecreta mea.
CLY. Omnia noui, & audiui, quæ tu facturus es in me.
Sed ipſum ſilentium, eſt confitentis tui: "
Et ingemiſcere crebro, ne labores loquendo. "
AGA. Ecce conticeſco. ipſam enim impudentiam me oportet
Falſa loquentem adiungere calamitati meæ.
CLY. Audi iam nunc: retegam enim ſermones,
Neq; amplius alludentibus utemur ænigmatis.
Primum quidem, ut tibi primum hoc exprobrem,
Duxiſti inuitam me, & rapuiſti per uim,
Priorem uirum Tantalum interficiens.
Infantemq; meum tuæ uendicaſti ſorti,
A mammis per uim meis auellens.
Ibi Iouis filij, meiq; germani fratres,
Equis incliti, bellum intulerunt.
Pater uero ſenex Tyndareus te liberauit,
Supplicem factum: meum obtinuiſti tum cõiugium.
Vbi tibi reconciliata, circa te & domum,
Ipſe teſtaberis quàm inculpata fuerim mulier,
In Venerem uero modeſta, & tuam
Rem familiarem augens, ut ſiue ingredereris
Gauderes, foràsq; egrediens beatus eſſes.
Rarus eſt captus, uiro huiuſmodi nanciſci "
Vxorem: malam uero non rarum eſt uxorẽ habere. "

Pario uero ſupra tres filias, filium tibi
Hunc. quarum una tu miſerabiliter me priuas.
Et ſi quis te roget, cuius rei gratia ipſam interficies?
Dic, quid dicturus eſſes? an conuenit me dicere ea
quæ tu deberes?
» Helenam Menelaus ut recipiat. Honeſtũ ſcilicet, nos
» Improbæ mulieris mercedem perſoluere, liberos:
» Ea quæ ſũt inuiſa, cũ ijs quæ chariſſima, redimenus.
Age, ſi militabis, relinquens me domi,
Et illic futurus es diutina abſentia,
Quid cordis domi me habituram exiſtimas,
Quando ſedes huius aſpiciam omnes uacuas,
Vacua uero uirginum conclauia? in lachrymis uero
Sola ſedeo, hanc lamentans uſq;:
Interemit te, ô filia, ipſe qui genuit pater,
Ipſe interficiens, non alius, neq; alia manu,
Huiuſmodi præmium relinquens erga familiam.
Quoniam leui occaſione opus fuerit tantum,
Quã ego & ſuperſtites filiæ te
Excipiemus exceptione, qua te excipi dignum eſt.
Ne quæſo fiat per deos, neq; cogas me
Malam fieri in te, neq; tu ipſe fias.
Eſto.
Immolabis uero filiam, ibi quæ uota dices?
Quid tibi imprecaberis boni, mactans filiam?
Reditum malum, é domo turpiter profectus?

Verum

Verum me iustum bonum tibi precari aliquid?
Non sane stultos esse deos existimamus, cc
Si ipsis parricidis bene uoluerimus. cc
Reuersus autem Argos, accides liberis tuis?
Sed non fas tibi. Quis aspiciet uero
Liberorum te, si horum ultro proponens occidis quempiam?
Hæc uenerunt iam ad rationes. aut sceptra ad te
Solum pertinere, & imperatorem esse te conuenit,
Quĕ æquũ erat iustũ sermonĕ inter Argiuos loqui.
Vultis uos Græci nauigare Phrygum ad terram?
Sortem ducite filiam, cui mori conueniat.
Ex æquo enim hoc fuerit. uerum non te eximium
Victimam præbere Græcis filiam tuam.
Aut Menelaum, propter matrĕ, Hermionĕ occidere:
Cuius negocium fuit. nunc uero ego quidem, quæ tuum
Seruo coniugium, filia orbabor.
Illa uero, quæ fidem fregit, reducem puellulam
Ad Spartam deferens, fœlix erit.
Horum responde mihi, si quid non recte dicam.
Si uero bene dictum est nobis, ne interficias
Tuam & meam filiam, & sapiens eris.
CHO. Pareto. etenim liberos unà seruare honestum, cc
Agamemnon. nemo his contradixerit mortalium. cc
IPH. Siquidĕ Orphei habérem, ô pater, facundiam,

Persuadendo

Persuadendo incantans ut sequantur me saxa,
Et delinire quos uellem dictis,
In hoc uersarer. nunc autẽ pro mea uirili, sapientes
Lachrymas præstabo. hæc enim possumus.
Supplicationem uero genubus admoueo tuis,
Corpus meum, quod peperit hæc tibi,
» Ne me perdas immaturam. Dulce enim, lucem
» Aspicere. ea quæ sub terra, ne me uidere cogas.
Prima te uocaui patrem, & tu filiam me.
Prima uero tuis genubus corpus dans meum,
Gratas gratias exhibui, & uicissim accepi.
Sermo uero tuus erat hic. num te, ô filia,
Locupletis uiri in domo aspiciam
Viuentem, & florentem pro dignitate mea?
Meus uero hic uicissim erat, de tua pendentis
Mente. quod nunc uicissim apprehendo manum.
Quid uero num ego te senem? num excipiam
Meæ domus gratis hospitijs pater,
Laborum nutricias exhibens tibi alimonias?
Horum ego quidem sermonum reminiscor.
Tu uero oblitus es, & me interficere uis.
Ne per Pelopem, & Atreum patrem,
Et huius matrem, quæ prius pariens me per dolores,
Nunc secundos dolores istos accipit.
Quid rei mihi est cum Alexandri nuptijs,
Et Helenæ? unde uenerũt ad exitium meum, ô pater?

Respice

Respice ad nos, oculum da, & basium,
Vt saltem hoc moriens habeam tui
Monumentum, si non meis persuasus fueris dictis.
Frater, pusillus quidem tu auxiliator amicis,
Sed tamen cum lachrymis supplex fias patri,
Tua soror ne moriatur. Sensus quidam ‹‹
Etiam in infantibus quidem malorum inditus est. ‹‹
Ecce, quamuis tacens, rogat te hic, ô pater.
Quare reuerere me, & miserere meæ uitæ.
Certe per mentum te obsecramus duo amici.
Hic quidem pullus est, altera adulta iam.
In unum conscindens totam persuadebo oratione.
Hoc lumen mortalibus gratissimum uidere. ‹‹
Ea quæ infra sunt, nemo. imò insanit, qui optat ‹‹
Mori. male uiuere melius, quàm mori bene. ‹‹
CHO. *O infœlix Helena, per te & tuas nuptias*
Discrimen Atridis & liberis adest magnum.
AGA. *Ego quatenus miserescere conuenit, peritus*
sum, & quatenus non,
Amans meos liberos. insaniam enim utiq;.
Arduum uero mihi est hæc patrare, ô uxor.
Arduum uero, & non. hoc enim peragere me neces-
se est.
Videtis quantus exercitus classicus hic,
Cum æreis armis principes Græcorum quot:
Quibus profectio non est Ilij ad turres,

Nisi

Nisi te macłauero, uates ut Calchas dicit.
Neq; licet Troiæ excindere noua fundamenta.
Perculit uero cupiditas quædam Græcorũ exercitũ,
Nauigare quàm primum Barbarorum ad terram,
Et prohibere coniugum priuationes Græcanicas,
Qui Argis filias interficient meas,
Vosq; & me, uaticinium si soluero deæ.
Non Menelaus me sibi subegit, ô filia:
Neq; in illius uoluntatem conceßi:
Sed Græcia, per quam oportet, si uolo, & si nolo,
Immolare te. huius inferiores sumus.
Liberam enim oportet ipsam, quatenus in te situm
est ô filia,
Et in me, fieri: neq; sub barbaris
Græcos existentes, coniugijs spoliari per uim.
CLY. O filia, ô hospitæ,
Hei me, propter mortem tuam, miseram.
Fugit te pater, Plutoni obijciens.
IPH. Hei me mater mater. eadem enim
Cantio in utramq; cecidit fortunæ.
Non amplius mihi uita,
Neq; solis hæc lux.
Io, io. sublimis
Phrygum rupes,
Et Idæ montes, Priamus ubi quondam
Infantem tenerum exposuit,

A matre

A matre procul segregans,
Ad fatum mortiferum,
Parim, qui Idæus Idæus
Dictus dictus est in Phrygum ciuitate.
Vtinam nunquam euenisset inter
Boues pastorem nutritum
Alexandrum habitasse,
Iuxta pellucidam aquam, ubi fontes
Nympharum sunt,
Et pratum floribus
Florens uiridantibus,
Et rosei flores & hyacinthini
Deabus ad demetendum.
Quò olim Pallas deuenit, &
Fraudulenta Venus,
Et Iuno, & Mercurius Iouis nuncius.
Propter amorem quidem superbiens Venus,
Sed hasta Pallas,
Et Iuno Iouis regis
Coniugio regio,
Iudicium ad triste,
Et ad litem pulchritudinis.
Mihi mortem, sed gloriam
Quod fert quidem Græcis, ô uirgines.
CHO. Primitias te delegit Diana ad Ilium.
IPH. Sed is qui genuit me, me miseram,
O mater,

Digitized by Google

O mater, ô mater,
Abut deserens desertam.
O me miserrimam, acerbam
Acerbam videns inauspicatam Helenam,
Necor, conficior
Cædibus impijs,
Impij patris.
Non mihi nauium æreas rostra habentium
Puppes Aulis accepissēt
In hos portus, in Troiam
Vtinam nauigationi prosperam,
Neq; contrariam Euripo spirassēt nauigationem,
Iuppiter placans auram alijs
Aliam mortalium uelis ut gaudeant,
His quidem tristitiam, alijs necessitatem.
Alijs ut soluant, alijs ut rectà nauigent.
Alij uero ut moram trahant.
An non calamitosum erat genus,
An non calamitosum mortalium?
Opus uero quid erat
Infœlicitatem uiris inuenire?
CHO. Io io, magnas calamitates, magnos etiam dolores
Græcis exhibet Tyndarei filia.
Ego quidem misereor tui, calamitatem malam
Quæ adepta es, qualem nunquã debueras adipisci.

IPH.

IPH. O *quæ me peperisti mater, uirorum turbam*
aspicio comminus.
CLY. *Et deæ filium, ô filia, cui huc uenisti.*
IPH. *Aperite mihi atria*
Famuli, ut celem corpus.
CLY. *Cur uerò fugis me a filia?*
IPH. *Achillem hunc aspicere pudet me.*
CLY. *Vt quid istuc?*
IPH. *Infœlicitates mihi nuptiarũ pudorem ferunt.*
CLY. *Non delicatã te age ad ea quæ nunc aguntur,*
Sed mane, non uerecundiæ opus est, si queamus. ea
ACH. O *mulier infœlix, Ledæ filia.*
CLY. *Non falsa loqueris.*
ACH. *Grauiter inter Græcos clamatur.*
CLY. *Qua uociferatione? indica mihi.*
ACH. *Super tua filia.* CLY. *Malum dixisti omen,*
sermonem.
ACH. *Quod conueniat iugulare ipsam.*
CLY. *Et nemo istis contraria dicit?*
ACH. *In tumultum ego sanè & ipse ueni.*
CLY. *Ad quod periculum, ô hospes?*
ACH. *Corpus lapidari saxis.*
CLY. *Num filiam ut seruares meam?*
ACH. *Isthuc ipsum.*
CLY. *Quis ausus fuit corpus tuum attingere?*
ACH. *Omnes Græci.*

Digitized by Google

CLY. Exercitus uerò Myrmydonum non tibi adfuit?
ACH. Primus fuit ille aduersarius.
CLY. Num perijmus. ô filia?
ACH. Qui me nuptijs nominabant deteriorem.
CLY. Sed quid respondisti?
ACH. Meam futuram coniugem, non interficiendi.
CLY. Iure enim.
ACH. Quam pater per famam addixisset mihi.
CLY. Et ab Argis accersiuit.
ACH. Sed uincebar uociferatione.
CLY. Multitudo enim graue malum.
ACH. Sed tamen defendemus te.
CLY. Et pugnabis cum multis unus?
ACH. Vides arma afferentes istos?
CLY. Constes animo.
ACH. Imò fruemur. CLY. Filia mea nimirum posthac non interficietur.
ACH. Non, me uolente. CLY. Veniet uerò aliquis qui attinget filiam?
ACH. Innumeri. ducet uerò Vlysses.
CLY. Num Sisyphi propago?
ACH. Ille ipse.
CLY. Priuatim peragens, aut ab exercitu constitutus?
ACH. Electus uolens.
CLY. Mala electione, ut cæde polluatur.
ACH. Verum ego prohibebo ipsum. CLY. Abducet uerò inuitã abripiens?

ACH.

Digitized by Google

ACH. Scilicet flaua coma.
CLY. Me uerò quid oportet agere tum?
ACH. Vicißim retine filiam. CLY. Tanquam propter hoc non interficietur?
ACH. Atqui iſthuc loci res ueniet. IPH. Mater, audite
Meos ſermones. fruſtra enim uideo iratam te
Tuo marito. Quæ impoßibilia ſunt nobis, ſuſtinere « difficile.
Hunc igitur hoſpitem iuſtum eſt laudare, propter a- « nimi promptitudinem.
Verum etiam te hoc uidere conuenit, ne calumnie- « ris apud exercitum,
Et nihil proficiamus, iſte uerò in calamitatem in- « cidat.
Qualia uerò in animum uenerunt, audi mater, mihi cogitanti. (uolo
Mori quidem mihi decretum eſt. iſthuc uerò ipſum
Glorioſe perficere, relegans procul maleuolentiam.
Huc iam conſidera nobiſcũ mater, quàm recte dicã.
Ad me Græcia hæc maxima tota nunc reſpicit,
Et in me & traiectio nauium,
Et Phrygum ſubuerſio.
Et in poſteras mulieres ſi quid peregerint Barbari,
In poſterum rapere non ſinere diuites ex Græcia,
Propter Helenam ſi dederint pœnam,

Digitized by Google

Quam rapuit Paris.
Hæc omnia moriens liberabo, & mea gloria
Græciam quod liberaui, beata erit.
» Etenim non utiq; nimis mihi uitam amare conuenit.
» Omnibus enim me Græcis communem peperisti, non
tibi soli.
Sed enim innumerabiles uiri scutis muniti,
Infiniti quoq; remis instructi patria læsa
Patrare aliquid audebunt in hostes,
Et pro Græcia mori.
» Mea uerò uita unica existēs, omnia prohibebit hæc.
» Quid iustius hoc? num habemus contradicere uer-
bum?
Nunc & ad illa uenimus. non conuenit hunc pu-
gnare
» Cum omnibus Græcis propter mulierem, neq; mori.
» Vnicus enim uir dignior mulieribus multis cernere
lucem.
Quod si uelit meum corpus Diana accipere,
Impedimento ero ego mortalis existens deæ?
Verū impoßibile. dedo corpus hoc meum Græcis.
Immolate, depopulamini Troiam. hæc enim monu-
menta mei
Per longum tempus, & filij isti, & meæ nuptiæ, &
gloria mea. (non Barbaros,
Barbaris uerò Græcos conueniens est imperare: sed
O mater

Digitized by Google

O mater, Græcis. Barbarum enim genus seruile est, ee
alterum liberum.
CHO. Quod ad te quidem attinet, ô puellula, generose se habet,
Sed quod ad fortunam, & quod ad deam attinet, male.
ACH. O Agamemnonis filia, beatum me quis deorum
Facturus erat, si assequerer tuas nuptias.
Beatam uerò iudico tui gratia Græciam, Græciæ uerò te.
Bene enim hoc dixisti, & pro dignitate patriæ.
Luctari cum dijs enim relinquens, quod dominatur ee
tibi,
Perpendisti quæ usui sunt, & quæ necessaria. ee
Magis uerò coniugij tui desiderium me inuadit,
Ad naturam respicientem. generosa enim es.
Sed uide. ego enim uolo de te bene mereri,
Et ducere domum. & doleo, sciat Thetis,
Nisi te seruauero cum Græcis pugna
Congressus. circumspice, mors ipsa graue malũ est. ee
IPH. Dico hæc, non quenquam respiciens,
Tyndaris filia puella specie præstat, prælia
Virorum faciens, & cædes. tu uerò ô hospes,
Ne morere propter me, neq; interficias aliquem.
Quin sine seruare me Græciam, si queamus.

Digitized by Google

ACH. O animũ egregiũ, non possum ad hoc amplius
Dicere. quoniam hæc tibi uidentur. generosa enim
Sentis. Cur enim uerum non diceret quis?
Attamen fortasse pœnitebit te horum.
Vt itaq; scias ea quæ à me dicta sunt,
Profectus, hæc arma ponam prope aram,
Tanquam non permissurus, sed prohibiturus mori.
Vtêris uerò & tu meis dictis mox,
Vbi iuxta tuam ensem ceruicem uideris.
Proinde non sinam te inconsiderantia tua mori.
Profectus igitur cum armis hisce ad templum deæ,
Opperiar tuam ibi præsentiam.
IPH. Mater, quid tacite lachrymis irrigas oculos?
CLY. Habeo misera causſam, ut doleam animo.
IPH. Veta tu me, ne timidam reddas. in ijs uerò mihi pareto.
CLY. Dic, quoniã à nobis nihil frustrabere, ô filia.
IPH. Ne igitur tuam comam abscindas crinium,
Neq; circa corpus nigros induas peplos.
CLY. Cur nam hoc iubes, ô filia, cum ego amittã te?
IPH. Non tu quidem. salua sum, per me uerò gloriosa eris.
CLY. Quomodo dixisti, non lugere me tuam uitam conuenit?
IPH. Minime. quoniam mihi tumulus non exaggerabitur.

CLY.

Digitized by Google

CLY. Cur̃ nam. mori, an non sepulchrum existimabitur?

IPH. Ara deæ mihi monumentum, Iouis filiæ.

CLY. Verũ ô filia, tibi parebo. loqueris enim bene.

IPH. Vtpote beata, & Græciæ benefica.

CLY. Quid uerò sororibus annunciabo tuis?

IPH. Neq; appendas illis nigras ueſtes.

CLY. Dicã uerò à te gratũ aliquod dictũ uirginibus?

IPH. Vt ualeant. Oreſtem uerò hunc educato mihi muirum.

CLY. Attrahe ipſum ultimo uidens.

IPH. O chariſſime, auxilium attuliſti quantum potuiſti amicis.

CLY. Eſt quod Argis faciens, tibi gratiam feram?

IPH. Patrem meum nolis odiſſe, & maritum tuũ.

CLY. Grauia certamina propter te illum oportet ſubire.

IPH. Inuitus me pro terra Græcia perdidit.

CLY. Quod ſi dolo, in generoſe, & non Atrei progenit a te.

IPH. Quis me abducere uult, antequam dilanier capillis?

CLY. Ego unà tecum.

IPH. Ne tu. non bene dicis.

CLY. Peplis adhærẽs tuis. IPH. Mihi mater pareto. Mane. quoniam mihiq; tibiq; honeſtius hoc.

Patris uerò ex famulis istis aliquis me deducat
Dianæ ad prata, ubi immolabor.
CLY. O filia, discedis. IPH. Et iterum nequaquam, discedo.
CLY. Deserens matrem. IPH. Vt uides, indignè.
CLY. Siste gradum, ne me deseras. IPH. Non sinam fundere lachrymas.
Vos autem bene ominantes canite, ô puellæ,
Pæana propter meam calamitatem, Iouis filiam
Dianam. eat uerò Græcis bona precatio.
Canistra auspicetur ferre quis nam? ardeat porro
Oblationibus purgatiuis, & pater meus (ignis
Dextra prehendat aram: quoniam salutem
Græcis datura uenio uictoriosam.
IPH. Ducite me Ilij
Et Phrygum deuastatricem.
Serta cingentia date, ferte.
Crinis hic coronandus est,
Et libationum irrigationibus.
Deuocate ad templum
Ad aram Dianam,
Reginam Dianam
Beatam illam,
Vt meo si fas est
Sanguine & sacrificio
Oraculis satisfaciam.

CHO.

Digitized by Google

CHO. O *veneranda, veneranda mater,*
Quomodo lachrymis tibi
Interciemus noſtras?
In ſacris enim non conuenit.
IPH. O *puellæ*
Concelebrate Dianam,
Chalcidis aduerſi gradam.
Et ubi trabes
Feruent bellicæ propter meum nomen,
Huiuſce Aulidis in anguſtis
Portubus. O tellus patria,
O Pelaſgia,
Mycenæq; noſtræ famulæ.
CHO. *Vocas ciuitatem Perſei,*
Cyclopicarum laborem manuum.
IPH. *Aluiſti Græciæ magnum lumen.*
Moriens enim non renuo.
CHO. *Gloria enim te nequaquam deſeret.*
IPH. *Io io, luciſera dies,*
Aetheriſq; lumen alterum,
Alterum æuum
Et fatum habitabimus.
Vale mihi charum lumen.
CHO. *Io io, uidete Ilij*
Et Phrygum deuaſtatricem
Diſcedentem, in caput ſerta

Cui inijcientur, libaminum irrigationibus
Ad aram dæmonis deæ
Guttis sanguifluis
Morituram, pulchra corporis
Ceruice quæ mox cædetur, rorantes irrigationes
Paternæ manent te, & libationes:
Et exercitus Achiuorum cupiens
Ilij ad ciuitatem proficiſci.
Quare Iouis filiam
Inuocemus Dianam, deorum præcipuam,
Vt fœlici fato.
O ueneranda, uictimis humanis
Delectata, mitte ad Phrygum
Terram Græcorum exercitum,
Et fraudulentas Troiæ ad ſedes.
Et Agamemnona haſtis
Græciæ inclitiſſimam coronam
Concede tuo capiti,
Gloriam uſq; duraturam imponere.
NVN. O Clytemnæſtra Tyndari filia, domum
Extra prodi, ut audias meos ſermones.
CLY. Vocem audiens huc tuam ueni,
Timens miſera, & perculſa metu,
Ne mihi quandam aliam calamitatem adſis ferens,
Ad præſentem. NVN. Imò de tua filia
Mira tibi & portentuoſa indicare uolo.

CLY.

CLY. Ne protrahas igitur, sed dic quàm celerrime.
NVN. Verũ ô chara regina, totũ audies manifeste.
Dicam uero à principio, nisi aberrans quidã meus
Animus, perturbarit linguam in dicendo meam.
Vt igitur peruenimus filiæ Iouis
Dianæ in lucum, & prata florifera,
Vbi erat Græcorum congregatio exercitus,
Tuam filiam ducentes, statim Græcorum exercitus
Congregabatur. ut aspexit uero Agamemnon Rex
Ad cædem euntem in lucum filiam,
Ingemiscebat, & retro conuertens caput
Lachrymas profudit, oculis uestem prætendens.
Sed ipsa assistens patri proxime,
Dixit hæc. O pater, adsum tibi,
Hoc mẽum corpus pro mea patria,
Et pro uniuersa Græciæ terra
Immolandum trado ultro ad aram deæ,
Vt ducatis, si quidem est oraculum hoc.
Et quod p me est precor sitis fœlices, et uictoriosum
Donũ assequamini, & ad patriã reuertamini terrã.
Prætereà ne attingat quis Græcorum me
Clanculum, porrigam enim ceruicem animosè.
Tantundem dixit. quiuis obstupuit audiens,
Et animositatem & uirtutem uirginis.
Astãs uero in medio Talthybius, cui hoc curæ erat,
Bonã ominationẽ denunciat & silentiũ exercitui.

Calchas

Calchas autem uates in caniſtrum auratum
Poſuit acutum gladium, manu exerens
E' uaginis, & caput coronauit puellæ.
Sed filius Pelei per orbem aram deæ
Accipiens caniſtrum circumibat, lotionesq; ſimul.
Dixit uero: Interfectrix ferarum Diana filia Ionis,
Illud clarum circumagens in nocte lumen,
Suſcipe uictimam hanccine, quam tibi offerimus,
Et exercitus Græcorũ & Agamemnon Rex ſimul,
Impollutum ſanguinem pulcherrimæ uirginis è cer-
uice,
Et da fieri nauigationem nauium proſperam,
Et Troiæ Pergama excindere nos bello.
In terram ibi Atridæ, & omnis exercitus cernebat,
Sacerdos uerò cultro accepto uota fecit.
Iugulumq; conſiderabat, ubi ferire poſſet.
Mihi uero dolor non mediocris ſubibat animum,
Et conſtiti in terram defixus. ibi miraculum erat de
repente cernere.
Ipſius ictus ſtrepitũ. quiuis enim ſentiebat manifeſte,
Sed uirginem neſcio quò terrarum ſubintrarit.
Exclamat ſacerdos, totus acclamauit exercitus,
Inſperatum aſpicientes ex deo quopiam
Spectaculum, cui ne dum cerneretur, fides dabatur.
Cerua enim palpitans procubuit in terra,
Maxima uiſu, & inſignis ſpectaculo,

Cuius

Digitized by Google

Cuius sanguine ara irrigabatur affatim deæ. (xit,
Atq; interim Calchas (quomodo putas?) gaudens di-
O huius Græcorum principes communis exercitus,
Videtis hanc uictimam, quam ipsa Dea
Supposuit ad aram, ceruam montiuagam.
Hanc potius quàm uirginem amplectitur,
Ne polluat aram nobili cæde.
Et libenter hoc susceptit, & nauigationē prosperam
Dat nobis, & ad Ilium accessus.
Ad hæc quilibet fiduciam tolle, qui nauem conscen-
surus es.
Et iad nauem, quoniam die hoc conuenit
Relinquentes nos Aulidis cauos secessus
Aegeum mare traijcere. sed postquam tota
Exusta est uictima in Vulcani flamma,
Commoda precatus est, ut consequeretur reditum
exercitus.
Mittit porro Agamemnon me, ut tibi indicem hæc,
Et ducam, qualem à dijs sortem nactus sit,
Et gloriam habeat immortalem per Græciam.
Ego autem præsens existens, & rem ipsam cernens
dico,
Filia manifestè tibi ad deos auolauit.
Tristitiam utiq; tolle, & marito omitte iram.
Inexpectatæ enim euenium mortalibus res deorum.
Et seruant quos amant, dies enim hæc

Mortuam

Mortuam uidit, & uiuentem filiam tuam.
CHO. Vt certe gaudeo, hæc audiens nuncij.
Viuam uero apud deos tuam manere dicit filiam.
CLY. O filia, cuius deorum furtum facta es?
Quomodo te compellabo? quid uero dicam?
Fictos esse ad consolationem hosce frustra sermones?
Vt à luctu tristi tui desinam?
CHO. Atqui Agamemnon rex accedit,
Eosdem qui potest dicere sermones.
AG. Vxor, propter filiam beati esse possumus.
Habet enim reuera apud deos contubernium.
Conuenit uero te recipientẽ hũc puellũ nuper natã,
Abire domum, quoniam exercitus ad nauigationem respicit.
Et uale. in longum protracta mea tibi colloquia
E' Troia erunt. & sit tibi bene.
CHO. Fœlix Atride ad terram uenias Phrygiam,
Fœlix redito,
Pulcherrima mihi spolia è Troia reportans.

IPHIGENIAE IN AVLI-
DE FINIS.

Digitized by Google

EVRIPIDIS IPHIgenia in Tauris.

ARGVMENTVM.

ORestes secundum oraculũ profectus ad Tauros Scythiæ cũ Pylade, commotus opinione falsa, quod apud illos colebatur Dianæ simulachrũ, clam subducere consiliũ cæpit. Progressus uero à naui, & proditus ab incolis, simul cũ amico cõprehensus, ductus est pro illorũ cõsuetudine, ut Dianæ in sacrificio uictimæ fierent. hospites enim, qui appulissent, mactabãt. Scena quidẽ fabulæ, subiacet in Tauris Scythiæ. Chorus autem constat ex Græcanicis mulieribus, famulabus Iphigeniæ.

PERSONAE.

Iphigenia	Bubulcus
Orestes	Thoas
Pylades	Nuncius
Chorus	Minerua.

PRAEFATVR IPHIGENIA.

PElops Tantali filius Pisam profectus
Velocibus equis, Oenomai ducit filiam,
Ex qua Atreus prognatus est. Atrei uero filius

Menelaus

Digitized by Google

Menelaus & Agamemnon. huius nata sum ego,
Tyndareæ filiæ Iphigenia filia.
Quam iuxta uortices, quos crebro Euripus frequentibus
Auris rotans, cæruleum mare intorquet,
Mactauit Helenæ gratia, ut ipse existimat, pater,
Dianæ inclitis in sinubus Aulidis.
Illic enim olim mille nauium classem
Græcanicarum coëgit Agamemnon rex,
Præclaram coronam ex Ilio cupiens
Capere Græcos, & uiolatas nuptias
Helenæ ulcisci, Menelao gratiam ferens.
Inq; difficultatem nauigandi, & non secundos uentos incidens,
Ad sacra se contulit. dixitq; Calchas hæc,
O huic imperans Græcanico exercitui
Agamemnon, nequaquam naues deduces de terra,
Antequam filiam tuam Iphigeniam Diana
Acceperit mactatam. quodcunq; enim annuus prouentus produxerit
Pulcherrimum, uouisti luciferæ immolaturum deæ.
Filiam igitur domi tuæ tua Clytemnæstra uxor
Parit, munus pulchritudinis ad me referens,
Quam te conuenit immolare. & me Vlyssis artibus
A matre abduxerunt, ad nuptias Achillis.
Cũ uenissem uero ad Aulidẽ ego misera, supra rogũ

Sublimis

Sublimis ducta, iugulabat gladio.
Sed clam subtraxit, ceruam exhibens in uicem mei
Diana Achiuis, perq; purum ætherem
Deducens me, in hanc posuit Taurorum terram,
Vbi terrarum imperat Barbaris Barbarus
Thoas, qui pedem celerem ponens, parem alis,
Nominis hoc assequutus est uelocitatis gratia.
Templis uerò in istis sacerdotem constituit me,
Vbi gaudet legibus certis Dea
Diana festiuitatis. nomen cuius laudabile solum.
Cetera obticeo, deam ipsam metuens.
Immolo enim (cum lex fuerit etiam ante ciuitatẽ)
Quicunq; uir Græcus appulerit ad hanc terram.
Imbuo quidem, uictimæ autem alijs curæ sunt
Nefandæ, intra hæc atria deæ.
Quæ uerò noua ostenta præsens nox attulit,
Dicam ad ætherem, si quod remedium consequar.
Visa sum in somno ab hac remota terra
Esse Argis, in medioq; uirginum
Dormire, superficiem uerò terræ concuti motu.
Fugere porro, & foris consistens, fastigium aspicere
Domus corruere. Totum ucrò contignatum tectum
Illisum solo ex summis compagibus.
Vnica autẽ columna supererat, ut mihi uidebatur,
Domus paternæ. & ex capitellis comas
Flauas submittere, & accipere humanam uocem.

Digitized by Google

Et ego artem iſtam, quam habeo, interficiendi hoſpites
Exercens, aqua ipſam abluebam, tanquam moriturã,
Flens: Somnium uerò hoc ſic interpretor.
Mortuus eſt Oreſtes, quem initiaui ego.
Filij enim mares ſunt columnæ familiæ.
Moriuntur autẽ, cum attigerint me ſacra lauacra.
Neq; porro poſſum hoc ſomniũ referre ad amicos.
Strophio enim nullus fuit filius, cum perij ego.
Nunc igitur uolo exhibere inferias fratri,
Ego præſto exiſtẽs omnino. hæc enim præſtare poſ-
Cum ancillis, quas dedit mihi rex (ſumus
Græcanicas mulieres. Verum ex cauſſa
Quadam nondum aduenium ad me in domos,
In quibus habito horum templorum deæ.
OR. Vide obſerua, ne quis mortalium in uia ſit.
PY. Video. ſpeculor uerò undiquaque flectens oculos.
OR. Pylade, uidentur tibi hæc eſſe atria deæ,
Cuius gratia nauigauimus ab Argis?
PY. O Oreſtes, mihi uidentur, tibiq; opus uideri.
OR. Et hæc ara, ubi Græcanica cædes madeſcit?
PYL. Propter ſanguinẽ nimirũ habet ruſos crines.
OR. Vides uerò ſub ipſis pinnis ſpolia ſuſpenſa?
PY. Exuuias interfectorum hoſpitum.

OR.

Digitized by Google

OR. *Verum bene ſpeculandum eſt, in orbem circum*
acto oculo.
O Phœbe, quò me rurſus in hos caſſes perduxiſti?
Oraculum reddens, poſtquam patris cædem ultus
ſum,
Matre interfecta, per ſucceßionem furiarum
Exagitamur, fugitiui, extorres patria.
Curſuſq; uarios peregi flexuoſos.
Profectus uerò te interrogaui, quomodo inquieti
Furoris uenire poſſem ad finem, & laborum meo-
rum,
Quos elaboraui oberrans per Græciam.
Tu uerò iußiſti proficiſci Tauricæ me ad termi:nos
regionis,
Vbi Diana, tua ſoror, aras habet.
Et capere ſimulachrum deæ, quod tradunt huc
In hæc templa de cœlo lapſum.
Adeptum uerò aut aſtu & fortuna quadam,
Periculis defunctum Athenienſium terræ
Tradere hoc, inde nullus dictus eſt finis.
Et iſtis peractis reſpirationem habiturum à labori-
bus.
Igitur adſum, fidem habens tuis dictis, hic
Incognitam ad terram, inhoſpitalem. te uerò inter-
rogo
Pylades, tu enim mihi huius ſocius es laboris,

Digitized by Google

Quid agemus? Septa enim murorum uides
Sublimia. Vtrum domus per scalas
Ascendemus? Quî istud scire queamus?
Aut claustra ærea soluentes uectibus?
Horum nihil scimus. Si uerò aperientes portas
Capti fuerimus, introitus molientes,
Moriemur. Verum antequam moriamur, ad nauem
Fugiemus, in qua huc nauigauimus.
PY. Fugere quidem non tolerabile, neq; solemus.
Dei uerò oraculum non reijciendum, ut falsum.
Quare à templo decedentes, celemus corpus
In antris, quæ pontus aspergine alluit niger,
A' naui procul. ne quis uidens nauim,
Regibus dicat, & capiamur per uim.
Quando uerò noctis oculus obscuræ accesserit,
Audendum sanè, politum ex templo sumere
Simulachrum, omni adhibita machina.
Aspice uerò intro per sculpturas, ubi expeditum
» Corpus demittendum est. Labores enim qui fortes
sunt,
» Audent: timidi autem sunt nihil usquam.
ORE. Non certe longam iuimus à naui uiam,
Ex signis uerò gressum referamus retro.
Recte enim dixisti, parendum est. abi mortuorum
Vbi terra, occultantes lateamus corpus.

Non

Non enim Dei culpabitur
Euenisse inutile oraculum. audendum.
Labor enim nullus iuuenibus tergiuersatione affert.
IPH. Bene precamini, ô ponti
Geminas concurrentes petras
Euxini habitantes.
O filia Latonæ
Diana monticola,
Ad tuam aulam fortium
Templorum aurata culmina
Pedem uirgineum
Castum castæ
Sacerdotis ego serua moueo.
Græciæ ualentis equitatu turres
Et muros cum agris nemorosis
Permutans Europam,
Paternæ domus sedes.
CHO. Adsum. quid noui? quam curam habes?
Cur me ad templa produxisti modò,
O filia eius, ad turres Troiæ
Qui uenit inclita cum classe
Mille nauium, cumq; innumeris armatis
Atridarum inclitorum?
IPH. O ministræ, lamentabilibus
Quoniam lamentationibus obruor,
Non iucundas cantiones ut clamem

Digitized by Google

Elegis cum cithara non iunctis,
E,e, in domesticis doloribus,
Quæ mihi contingunt calamitates,
Fratrem meum
Deploranti de uita.
Talem uidi uisionem somniorum
In nocte, cuius præterijt obscuritas.
Perij perij.
Non sunt domus paternæ,
Eheu, perijt soboles.
Eheu, propter Argorum labores.
O dæmon, qui
Solo superstite fratre me spolias,
Plutoni mittens. cui hæc
Inferias uolo & craterem
Mortuorum
Profundere terræ in superficie,
Sanguinem ex montana uitula,
Bacchiq; uinaria libamina,
Flauarumq; laborem apum,
Quæ mortuis placationes sunt.
Sed da mihi aureum
Poculum, & libationem Plutoni,
O qui mortuus es,
Agamemnonium germen,
Quoniam mortuo hæc tibi

Offero,

Digitized by Google

Offero, suscipe quæso. non enim ante
Tumulum tibi flauam comam,
Non lachrymas offeram.
Procul etenim à tua habito,
Patriaq; à mea, ubi existimata
Iaceo, mactata misera.
CHO. *Alternas odas,*
Et hymnum Asiaticum tibi,
Barbaram uociferationem,
O domina respondebo,
In threnis Musam
Mortuis infœlicem,
Quam in suis cantionibus Pluto
Canit, procul à lætis cantionibus.
IPH. *Eheu, propter Atridarum domus,*
Perijt lumen sceptrorum.
Hei mihi propter paternas domus.
Pœnas luit ex beatis
Argiuorum regibus
Imperium, labor ex laboribus
Prouenit, retro actis equis
Volucribus. mutata uia
Amouit sacros oculos fulgoris sol.
Alijs uerò alius euenit
Propter aureum arietem atrijs dolor, Seneca in Thyeste.
Cædes ad cædem,

Digitized by Google

Dolores ad dolores.
Vnde ex pridem mortuis
Tantalidis uenit,
Pœna in domum. immittit
Vero ſtudio indigna tibi fortuna,
Ab initio mihi infœlix
Fortuna matris nuptiarum,
Et noctis illius à principio
Partum, duram educationem,
Parcæ intenderunt deæ.
Quæ appetita ſum à Græcis,
Quam me primogenitam filiam in thalamo
Lædæ infœlix filia
Victimam paternæ calamitati,
Et uictimam non iucundam
Peperit, educauit optabilem
Equeſtribus in curribus
Arenas cum Aulidis aſcenderunt
Sponſam, ebeu inauſpicatam ſponſam,
Filio filiæ Nerei.
Hei, hei. nunc uerò inhoſpitalis ponti hoſpita,
Agreſtes domos habito,
Innupta, abſq; liberis, abſq; patria, abſq; amicis.
Non Argiuam cantans Iunonem, neq; in telis
Argutis
Radio Palladis Atticæ imaginem

Titanum

Titanum intertexens uarie.
Verum cruentorum inamabilem
Hospitum cruentans noxam,
Ad aras miserabili clamore lamentantium,
Neq; immiserabiles profundentium lachrymas.
Et nunc horum quidem mihi
Obliuio sit. sed Argis mortuum
Fleo fratrem.
Quem reliqui lactentem,
Adhuc infantem, adhuc pusillum,
Adhuc germen in manibus
Matris, ad pectora,
Argis sceptrigerum Orestem.
CHO. *Atq; hic littora relinquens marina*
Pastor adest, dicturus quippiam tibi noui.
PA. *Agamemnonis filia, & Clytemnæstræ nata,*
Audi noua à me nuncia.
IPH. *Quid uero est huius præsentis quod exterret*
sermonis?
PA. *Venerunt ad terram Cyanearum Symplegadum*
Nauigio fugientes gemini iuuenes,
Deæ grata uictima & sacrificium
Dianæ, proinde lotiones & purgationes
Ne cuncteris conuenientes facere.
IPH. *Quales sunt? cuius terræ nomẽ habẽt hospites?*
PA. *Græci. unicum hoc noui, neq; amplius.*

Digitized by Google

IPH. Neq; nomen audiens nouisti hospitum dicere?
PA. Pylades uocabatur alter ab altero.
IPH. Comperis uero hospitis quod nomen erat?
PA. Nullus hoc nouit: non enim audiuimus.
IPH. Quomodo uero uidistis ipsos, & assequentes
PA. Littore in fragoso inhospitalis uadi. (cepistis?
IPH. Et quæ cum mari bubulcis societas?
PA. Boues uenimus loturi marino rore.
IPH. Illuc redi. quomodo ipsos cæpistis
Et quo pacto? hoc enim scire cupio.
Sero enim ueniunt. nondum ara deæ
Græcanica cruentata est cæde.
PA. Ex quo perfluentem per Symplegades
Boues pastores in pontum egimus,
Erat quædã peruia facta fluctuũ crebra agitatione
Caua spelunca, obscura tecta.
Ibi duos uidit aliquis iuuenes
Pastor ex nobis, & secessit retro
Summis digitis pedum ducens uestigium.
Dixit uero: non uidetis, dæmones quidam
Sedent hi. religiosus uero quispiam ex nobis existẽs,
Sustulit manum, & adorauit cum aspexisset.
O marinæ fili Leucothoæ, nauium custos
Domine Palæmon, propitius nobis sis.
Sine potius in littore sedetis gemini,
Aut Nerei soboles, qui illum insignem

Genuit

Genuit quinquaginta Nereidum chorum.
Alius quispiam stultus, scelere audax,
Irrisit preces. nautas uero naufragos
Sedere in antro dixit, ritum ex metu
Audientes, quod immolemus hic hospites.
Visus uero est nostrum recte dicere plerisq;, (nibus.
Et capere Deæ uictimas, quæ cõuenirēt nostris regiõ
Atq; interim saxis alter relinqueus hospitam terram
Constitit, caputq; concussit sursum deorsum,
Et ingemuit manibus tremens summis,
Insania furens, & clamat uenator ueluti,
O Pylades uides hanc? hanc uero non uides
Plutonis draconam, quod me uult interficere?
Immanibus uiperis in me grassans.
Heccine è uestibus ignem spirans, & cædem,
Alis remigat, matrem ulnis meam
Habens, saxeam molem ut immittat.
Eheu, interficiet me, quò fugiam? licebat ibi cernere
Non eosdem formæ habitus, uerum alternabat
Boatus boum & canum latratus,
Quas dicunt Erinnys emittere imitationes.
Nos uero contracti tanquam morituri
Taciti sedebamus. ille uero exerens gladium,
Armenta ruens in media leo ueluti,
Ferit ferro ilia in latera mittens,
Existimans Erinnyes deas arcere hæc,

Vt cruenta ſpuma rubeſceret maris.
Atq; interim quiuis, ut uidet pecuaria
Cadere & depopulari, armis inſtruebatur,
Et conchas inflans, & congregans indigenas.
Contra ualidos enim, & iuuenes hoſpites,
Inertes ad pugnandum paſtores exiſtimabamus.
Multi uero congregati ſumus breui tempore.
Corruit uero furoris impetum hoſpes amittens,
Spumans mentum. Cum uero aſpeximus
Commodum collapſum, quiuis uir ſtudium habuit
Feriens, percutiens. Alter uero ex hoſpitibus
Et ſpumam abſterſit, corporiſq; curam geſſit,
Veſtiumq; obtexit denſis texturis,
Obſeruans quidem accedentia uulnera,
Et amicum officijs uirum adiuuans.
Compos animi uero ſurgens hoſpes è lapſu,
Cognouit tumultum hoſtium imminentem,
Et præſentem calamitatem ipſis prope adeſſe.
Et ingemuit. nos uero non ceſſamus ſaxa
Mittentes, alius aliunde inſtans.
Vbi tum acrem adhortationem audiuimus:
O Pylades, moriemur. ſed uide ut moriamur
Honeſtiſſime. ſequere me, gladium exerens manu.
Cum uero uidimus ancipites hoſtium gladios,
Fuga aſperos impleuimus colles.
Sed quamuis aliquis fugeret, alij inſtantes

Feriebant

Feriebant ipſos. cum uero hos pepulissent,
Nullus præſenti fuga petebat ſaxis.
Sed eſt incredibile. innumeris enim ex manibus
Nullus Deæ uictimas capere potuit.
Vix tandem ipſos, nõ quidem uiribus, mancipamus.
Sed undiq; circumdantes, ſubduximus
Saxis è manibus gladios. in terram uero genua
Labore demiſerunt. Ad regem huius terræ
Deducimus ipſos. hic uero ubi aſpexiſſet, quampri-
Ad ſacra & uictimas miſit tibi. (mum
Lætare huiuſmodi, ô puella tibi hoſpitum
Victimas adeſſe. & ſi interimas hoſpites
Huiuſmodi, tuam Græcia dependet cædem,
Pœnas luens eius quæ in Aulide peracta eſt cædis.
CHO. Mira narras, de eo qui apparuit, quicunque tandem
Græca ex terra ad pontum uenit inhoſpitalem.
IPH. Eſto. tu quidem adduc hoſpites, proſectus.
Sed negocia quæ huc pertinent, nos qualia eſſe debent curabimus.
O cor miſerum, ante quidem erga hoſpites
Tranquillum eras, & amans miſericordiæ ſemper,
In gentiles abunde effundens lachrymas,
Græcos homines quando in poteſtatem caperes.
Nunc uero ex ſomnijs, quibus exaſperamur,
Exiſtimans Oreſtem non amplius ſolem uidere,

Amentem

Amentem inuenietis me quicunq; tandē aduenistis.
Atq; hoc sanè est uerum, discrutior ô amicæ.
» Infœlices enim beatioribus,
» Ipsi cum male habent, iniquiores sunt.
Verum non status à Ioue uenit certe unquam,
Non nauigatio, quæ per petras Symplegades
Helenam abduxisset huc, quæ me perdidit,
Et Menelaum, ut ipsos uicißim ulciscerer:
Quæ hic est Aulidem, opponens isti quæ illic.
Qui me ueluti uitulam Græci mancipantes
Mactarūt. Sacerdos uero fuit ille q̄ me genuit pater.
Eheu. malorum enim illorum non immemor sum.
Quales mento manus admouit?
Et genubus patris appendens,
Dictitans hæc. O pater nuptum trador
Per sponsalia turpia à te. mater interim mea,
Te interficiente, Argiuæq; ipsum
Celebrant carminibus nuptialibus. tibia personatur
Regio, nos uero perimus à te. (tota
Pluto Achilles est, non filius Pelei,
Quē mihi addixisti maritū. in currulibus uehiculis
Ad cruentas nuptias duxisti dolo.
Ego uero tenuia per uelamina
Prospiciens, fratrem hunc accipiebam in manus
Qui nunc perijt. non sorori os
Adiunxi propter pudorem, tanquam abiens Pelei

Ad

Ad domum. multos etiam diſtuli amplexus
In poſterum, tanquam uentura Argos iterum retro.
O miſer, ſi mortuus es, quibus malis
Perijſti Oreſtes! & patris ex qua æmulatione uirtu-
Sed huius deæ incuſo conſilia, (tis? ce
Quæ mortalium quidem ſi quis commiſerit cædem ce
Aut puerperam, aut cadauer attigerit manibus, ce
Ab aris arcet, tanquam execrabilem exiſtimans. ce
Ipſamet uero uictimis oblectatur, quæ cõſtant ex cæ ce
Non eſt quod peperit Iouis uxor (de humana, ce
Latona tantam inſcitiam. Ego quidem ce
Quas Tantalus appoſuit dijs epulationes,
Fide non dignas iudico, filij oblectatum eſu.
Sed ipſos huius terræ incolas, cum ſint homicidæ, ce
In deam hoc peccatum referre exiſtimo. ce
Neminem enim exiſtimo deorum eſſe malum. ce
CHO. O Cyaneæ Cyaneæ
Coitiones maris,
Quod Iſter uolans ab Argis
Euxinum ad pontum
Penetrauit quondam,
Aſiaticam terram
Cum Europa permutans.
Qui nam limpidum
Et arundinoſum relinquentes Eurotam,
Aut fluenta ſacra Dirces

Peruene-

Peruenerunt peruenerunt, inhoſpitalem
Terram, ubi uirgo
Diſpargit circum aras
Et circa columnas templi
Sanguinem humanum.
An nauibus abiegnis,
Vtrinq; palſantibus remis
Nauigarunt per marinos fluctus
Nauali uehiculo
Carbaſijs flatibus
Studium diuitiarum
Augentes ſuis atrijs?
Dulcis enim ſpes eſt, per
Mala mortalium inexpleta hominibus,
Diuitiarum propter copias qui feruntur
Errones, per mare ciuitates q;
Barbaras penetrantes.
Communis hic eſt ſenſus. ſtudium uero
Quibus quidem intempeſtiuum eſt diuitiarum,
Illis uſu uenit.
Quomodo concurrentes petras,
Quomodo Phineica periculoſa
Littora penetrarunt,
Maritimam oram
Per Amphitriten celeri nauigatione
Curſum tenentes, ubi quinquaginta uirginum

Nereidum

Digitized by Google

Nereidum chori
Canunt per totum annum spirantibus
Et uela implentibus auris.
Stridentibus à puppi
Fixis temonibus,
Aura australi, aut
Flatu Zephyri,
Multis auibus scatentem ad terram,
Ad Leucan insulam Achillis,
Ad cursus pulcherrima stadia habentes,
Euxinum per mare.
Vtinam propter preces, dominæ
Lædæ Helenæ charæ filiæ
Veniret casu aliquo,
Troianam relinquens ciuitatem,
Vt capillis sanguine
Constricta, iugulatrice
Dominæ manu moreretur,
Pœnas dans alternas.
Gratissimè hoc nuncium
Exciperemus, Græcia ex terra
Nautarum si quis ueniret
Seruæ meæ
Miseræ finem imponens laborum. Et-
Enim per somnia contingeret,
Cum domo & ciuitate patria

Iucundis hymnis frui
Publico gaudio ob fœlicitatem.
IPH. Sed isti manibus geminis uinculis
Constricti, accedunt noua
Victima deæ. tacete charæ.
Hæ enim Græcorum primitiæ iam
Ad templa hæc accedunt.
Neq; nuncia falsa loquutus est pastor.
CHO. O ueneranda, utinã tibi hæc bona uoluntate
Ciuitas hæc finiret, suscipere uictimas
Quas consuetudo nostra non sanctas
Græcis exhibet.
IPH. Vtcunq; ea quæ ad rem sacram attinent, primum ut rite parata sint,
Considerandum mihi. Soluite hospitum manus.
Quoniam cum sint sacri, non amplius sint uincti.
In templa uerò euntes, exornate
Quæ opus est ad res præsentes, ut moris est.
Papæ. quæ nam mater, quæ genuit uos olim?
Et pater, & quæ soror, si nata est uobis?
Qualium orbata duorum iuuenum,
» Germanis orba erit? fortunam quis nouit, quod
» Talis erit? omnia enim quæ à dijs ueniunt,
» In incertum ueniunt, & ullum non quisquam nouit malum.
» Nam ipsa fortuna ducit ad cognoscendi difficultatẽ.

Vnde

Vnde nam uenitis, ô miserrimi hospites?
Vt longo tempore ad hanc nauigastis terram,
Longum uerò à domo tempus eritis semper apud inferos.
OR. Cur hæc deploras, & ad præsentia nos
Mala tristas, quæcunq; tandem sis ô mulier.
Non certe existimo sapientẽ, qui cum moriturus est, ‹‹
Miseratione metum mortis uincere uult. ‹‹
Neq; qui eius, qui prope Plutonem est, miseretur. ‹‹
Salutis utiq; spes est. itaq; duo ex uno ‹‹
Mala conglutinat, & stultitiæ reus est, ‹‹
Moriturq; nihilominus. sed fortunam liberam sinere ‹‹
conuenit.
Nos uerò ne desleas tu. Quæ enim hic peraguntur
Victimas scimus, & compertas habemus.
IPH. Vter uestrum hic nominatus
Pylades uocatur? hoc scire primum cupio.
OR. Hiccine. est' ne tibi hoc uoluptati scire?
IPH. Cuius ciuis patriæ ex Græcia existens?
OR. Quid sciens hoc plus accipies, ô mulier?
IPH. Vtrum fratres matre estis ex eadem?
OR. Per amicitiam sumus, non uterini, ô mulier.
IPH. Tibi uerò quale nomen indidit pater tuus genitor?
OR. Iure quidem optimo infœlices uocaremur.
IPH. Non istud interrogo, istud attribue fortunæ. ‹‹

OR. Absq; nomine morientes, non irridebimur.
IPH. Cur sentis istud? an sentis adeò superbe?
OR. Corpus immolabis meum, non nomen.
IPH. Neq; ciuitatem diceres, quæ tibi est?
OR. Exquiris enim nullam utilitatem, utpote moriturо.
IPH. Gratiam uero dare istam, quid prohibet te?
OR. Inclitum Argos patriam meam glorior.
IPH. Per deos re uera, ô hospes, illinc natus es?
OR. Ex ipsis Mycenis, quæ olim erant beatæ.
IPH. Exul secessisti è patria, aut qua fortuna?
OR. Exulo quodammodo nolens, uolens.
IPH. Anne quid mihi dicere uis ea quæ ego cupio?
OR. Tanquam obiter meæ infœlicitatis.
IPH. Atqui desiderabilis ades, ab Argis profectus.
OR. Non certe mihi. si uerò tibi, tu istud ama.
IPH. Troiam fortasse nouisti, cuius ubiq; fama.
OR. Vtinam nunquam nouissem, neque uidens per somnum.
IPH. Dicunt ipsam non amplius esse, perisse bello.
OR. Est sic, neq; irrita audiuistis.
IPH. Helena uerò redijt ad domum Menelai iterũ?
OR. Venit, male ueniens meorum cupiam.
IPH. Et ubi est? & mihi enim aliquid olim intulit mali.
OR. Spartæ cohabitat cum pristino marito.

IPH.

Digitized by Google

IPH. O odium in Græcos, non mihi ſolum.
OR. Fruitus ſum & ego quippiam illius nuptiarũ.
IPH. Reditus uerò Græcorũ factus eſt, ut fama eſt?
OR. Vt omnia ſemel me cõprehendens interrogas?
IPH. Antequam tu moriaris, hac re frui uolo.
OR. Interroga, quandoquidem hoc appetis. reſpon
debo ego.
IPH. Calchas quidem redijt uates ex Troia?
OR. Perijt, ut apud Mycenæos fuit rumor.
IPH. O ueneranda. Vt eſt Laertæ filius?
OR. Nondum redijt domum. eſt enim ſic fama.
IPH. Pereat, nunquam reditum in patriam conſe-
quens. (bent.
OR. Nihil imprecare. omnes res illius male ſe ha-
IPH. Thetidis uerò filius Nereidis adhuc uiuit?
OR. Non eſt. fruſtra nuptias contraxit in Aulide.
IPH. Doloſas. ut tradunt ij cum quibus contractæ
ſunt.
OR. Quæ nam tandem es, quod ita conuenienter
interrogas quæ ad Græciam attinent?
IPH. Inde ſum, puella adhuc exiſtens perij.
OR. Recte certe deſideras ſcire res illic, ô mulier.
IPH. Quid uerò ille imperator agit, quem dicũt fœ
licem eſſe?
OR. Quis? neque enim ego noui, eum quem dicunt
ex beatis eſſe.

Digitized by Google

IPH. Atrei filius dicebatur certe quidam Agamemnon rex.

OR. Nescio. omitte istum sermonem, ô mulier.

IPH. Non, per deos te quæso. sed dic, ut collæter, ô hospes.

OR. Mortuus est infœlix, ad hæc perdidit quendam.

IPH. Mortuus est? quo casu? me miseram.

OR. Cur ingemuisti hoc? num cõuenit tibi genere?

IPH. Diuitias eius quas ante habuit ingemisco.

OR. Miser enim ab uxore perijt occisus. (occisus.

IPH. O omni modo lachrymabilis, & occidens, &

OR. Quiesce iam nunc, neq; interroges ultra.

IPH. Hoc saltem, si uiuit miseri illius uxor.

OR. Non est. quodammodo ipsam quẽ peperit, iste

IPH. O perturbatã domũ. quamobrem? (perdidit.

OR. Patre mortuo hanc ulciscens.

IPH. Eheu.

Quàm recte pœnam iure exegit.

OR. Verum non à dijs fortunã habet, iustus existẽs.

IPH. Reliquit porro domi aliam Agamemnon so-

OR. Reliquit Electram, uirginem unicam. (bolem?

IPH. Ecquid, occisæ filiæ est aliqua fama?

OR. Nulla, nisi mortuam, non esse uiuam.

IPH. Misera illa, & quî peremit illam pater.

OR. Propter malam mulierẽ gratia ingrata perijt.

IPH. Mortui uerò est filius Argis patris?

OR.

OR. Est infœlix, & nusquam, & ubiq;.
IPH. Vana insomnia ualete, nihil estis utiq;. "
Neq; qui sapientes dij uocantur "
Volucribus somnijs sunt certiores. "
Magna perturbatio in rebus diuinis est, "
Atq; in humanis. unum superest solum, "
Quod aliàs non imprudens existens, uatibus fidem
Perijt, tanquam periret uidentibus. (habens
CHO. Papæ, papæ. quid nos & nostri genitores
Num sunt? an non sunt? quis dicere queat? "
IPH. Audite, in colloquium enim uenimus.
Et uobis auxilium, ô hospites, ualde studiose,
Et mihi hoc commodum imprimis sic fieret,
Si omnibus hoc negocium placeat.
Velis si seruarem te, nuncium mihi perferre,
Argos profectus, meis quos illic habeo amicis?
Et epistolam perferre? quam quispiam misertus mei
Scripsit captiuus, nequaquam meam
Interfectricem existimans manum, in hac consuetu-
Mori, dea hæc iusta existimante? (dine
Neminem enim habui qui annunciaret, profectus
Ad Argos retro, meas epistolas
Perferret seruatus meorum amicorum cuiquam.
Tu uerò es, ut uideris, nequaquam improbus:
Et Mycenas nouisti, & eos quos ego cupio.
Sis saluus, & tu mercedem non turpem accipiens

Leues propter literas, ſalutem.
Iſte uerò, quoniam hæc ciuitas cogit,
Deæ fiat uictima, ſeparatus à te.
OR. Bene dixiſti cætera, niſi unum, ô hoſpita.
Etenim mactare hunc mihi, moleſtia magna.
Qui enim naui duco, ille ſum ego, calamitates.
Iſte uerò unà nauigat, propter meos labores.
Non igitur iuſtum, propter perniciem huius me
Gratiam æſtimare, & me ipſum emergere malis.
Sed ut res commode fiat, huic quidem epiſtolam da.
Vehet enim Argos, ut tibi bene habeat.
» Nos uerò qui uelit interficiat. Res amicorum,
» Turpiſſimum eſt quicunq; coniecerit in mala,
» Ipſe ſaluus ſit. exiſtit uerò hic amicus,
» Quem nihil minus quàm me lucem uidere cupio.
IPH. O fortitudinẽ eximiam, ut à genero ſdquadam
Radice natus es, & amicis integer amicus.
Vtinam talis ſit ex meis germanis,
Qui ſuperſtes eſt. etenim neq; ego, ô hoſpites,
Abſq; fratre ſum, niſi quatenus non cernens ipſum.
Sed quoniam uis hæc, hunc mittamus
Epiſtolam ferentem, tu uerò moriare. ingens quedã
Alacritas te huius rei habet.
OR. Mactabit uerò quis me? & grauia iſta perpe-
trabit?
IPH. Ego. deæ enim huius cultum habeo.

OR.

Digitized by Google

ORE. Inuidiosè, ô puella, & infœliciter.
IPH. Verum in necessitate constitutæ summum, quæ cauenda sunt, odienda.
OR. Ipsa gladio mactans mulier uiros?
IPH. Non. sed crines tuos circumcirca imbuo.
OR. Sed ipse mactator quis? si hæc perconctari me æquum est.
IPH. In istis ædibus intro sunt, quib. curæ sunt hæc.
OR. Sepulchrum uero quale excipiet me, ubi mortuus fuero?
IPH. Ignis sacratus intus, & hiatus tenebrosus pe-
OR. Eheu. (træ.
Quomodo me sororis manus circum ornauerit?
IPH. Vanas preces, ô miser, quicunq; tandem sis,
Precatus es. procul enim à barbara habitat terra
Verum postquam existis Argiuus
Tamen, illarum rerum quarum possibile est intermittam officium.
Magnum enim tuo ornatum addam tumulo,
Et montanæ floridum liquorem
Flauæ apis in ignem infundam tuum.
Sed eo, & tabulam ex deæ aditis
Afferam. certe maleuolum ne mihi accipias.
Seruate ipsos, ô famuli, absq; uinculis.
Fortasse insperata alicui meorum amicorum
Mittam Argos, quem maxime ego amo.

Digitized by Google

Et tabula ei uiuentes, quos existimat mortuos esse,
Dicens, incredibiles uoluptates annunciabit.
CHO. Lamentor te,
Sacrarum lotionum guttis
Destinatam cruentis.
OR. Miseratio quidem hæc non est, sed bono animo
estote ô hospitæ.
CHO. Te uero, propter fortunam fœlicem
Colimus, in patriam
O adolescens
Quod tandem redibis.
PY. Inuidiosa amicis, morientibus amicis.
CHO. O infœlicia sacra,
Eheu eheu, perdentia.
Ae, æ, æ, æ,
Vter cunctatur?
Adhuc enim bifariam
Dubitanter fertur animus:
Te antea, aut te deplorabo luctibus?
OR. O Pylades, afflictus es eodē modo mecū p deos?
PY. Nescio, interrogas non uolentem loqui me.
OR. Quæ nam est hæc puella, quàm Græcanicè
Interrogauit nos? & apud Ilium labores,
Reditumq; Græcorum, & in augurijs peritum
Calchantem, & Achillis nomen, & infœlicem
Aganemnonem misera est? & interrogauit me.

Vxorem,

Vxorem, & filios. Est hæc hospita secundũ genus,
Inde Argiua quædam. nunquam enim
Et epistolam mitteret, & hæc percunctaretur,
Vt publice agat Argos, an bene habeat.
PY. Præueneristi me paululũ. hæc uero cõsultò loque-
Nisi unum. Regum enim casus (ris, «
Norunt omnes, quibus consideratio aliqua est. «
Sed dixit & alium sermonem quendam.
OR. Quem? Communicans mecum melius didiceris. «
PY. Turpe est, mortuo te nos uiuere. «
Pariterq; nauigaui, oportet me etiã pariter mori. «
Notam timiditatis enim & ignauiæ comparauero «
Et Argis, Phocensiumq; in montosa terra.
Videbor præterea plerisq; (pleriq; enim improbi) «
Prodito te, seruari me solum ad facultatem domus.
Aut etiam peracta cæde ad afflictam familiam,
Consuisse cædem tibi, propter tuum imperium,
Cum integra hæreditate utpote tuã sororẽ ducens.
Hæc igitur metuo, & horum me pudet.
Neq; est quod nõ æquũ sit unà tecum expirare me,
Et unà mactari, & concremari corpore,
Amicum existentem, & metuentem infamiam. «
OR. Auspicata loquere, mea oportet ferre mala. «
Simplicẽ uero dolorẽ cum liceat, non feram duplicẽ. «
Quod enim tu triste & infame prædicas,
Eadem sunt nobis, si te unà laborantem mecum

Interfe-

Interfecero. Non enim male cedit in me,
Agentem quæ ago, à dijs mori.
Tu uero & beatus es, puraq;, non ægrotantia habes
Atria. ego contrà, impia & infœlicia.
Seruatus uero, filios ex mea sorore
Vbi susceperis, quam dedi tibi ut uxorem habeas,
Et mentio mei fieret, neq; absq; liberis domus
Paterna mea extingueretur unquam.
Quare abi, & uiue, & domos incole patris.
Cum uero ad Græciã & equestre Argos perueneris,
Per dextram te hanc obtestor hæc. (ta mei.
Tumulumq; aggere facto statue, & adde monumen-
Et lachrymas soror, & crines det sepulchro.
Dic uero, quod perij ab Argiua quadam
Muliere, ad aram expiatus cæde.
Et ne deseras meam sororem unquam,
Desolatam affinitatem & domus deserens patris.
Et uale. meorũ enim charissimũ inueni te amicorũ.
O socius in uenatione, & educatus unà mecum,
Quàm plurimos qui ptulisti meorũ dolores malorũ.
Nos uero Phœbus uates existens fefellit,
Commentus artem, ut quàm longissime à Græcia
Abigeret, præ pudore prædictorum uaticiniorum.
Cui omnia ego credens mea, & fretus uerbis
Matrem ubi interfeci, ipse uicissim pereo.
PY. Erit sepulchrum tibi, & sororis connubium

Non

Non deseram, ô miser. quandoquidem te ego
Mortuum potius quàm uiuentem habebo amicum.
Sed Dei me fefellit nunquam ««
Vaticinium, quamuis propè steti cædem. ««
Verum omnino incredibilis infœlicitas ««
Incredibiles dat perturbationes, quando uenerit. ««
OR. Sile. Phœbi uero nihil iuuant me carmina.
Hæc enim mulier prodit foras.
IPH. Abite uos, & bene adornate
Ea quæ intus insunt euntes, ijs qui præsunt uictimis.
Tabulæ quidem hæc lachrymosa uolumina
Hospitibus adsunt. quæ uero ad hæc uolo,
Audite. Nullus sibi similis in periculis homo, ««
Quoties ad audaciam ex metu uenerit. ««
Sic ego metuo, ne ubi euaserit ex hac terra,
Faciat nihili hasce meas epistolas,
Ille qui hanc tabulam Argos laturus est.
OR. Quid tandem uis? cuius rei gratia hæsitas?
IPH. Iuramentum det mihi, hæc laturum scripta
Ad Argos, quibus uolo mittere amicis.
OR. Num uicissim dabis huic eosdem sermones?
IPH. Quid rei facere, aut quid non facere? dic.
OR. Ex terra dimittere saluum barbara?
IPH. Recte dixisti. quomodo enim nunciũ perferret?
OR. Num etiam Tyrannus hæc concedet?
IPH. Certò. persuadebo ipsum, et ego ipsa nauis con-
scendam scapham. OR.

Digitized by Google

OR. Iura. imo tu prior iurato, qui pius es.
PY. Præstabo. IPH. Dicere oportet hanc meis amí-
PY. Tuis amicis literas reddam has. (cis.
IPH. Et ego te saluũ dimitto Cyaneas extra petras.
OR. Quẽ igitur iuras sup hæc testẽ iuramẽti deorũ?
IPH. Dianam, in cuius templis officium habeo.
PY. Ego uero per regem cœli uenerandum Iouem.
IPH. Si uero neglecto iuramẽto iniurius mihi fueris?
PY. Reditũ nõ consequar. qd uero tu, si me nõ ferua
IPH. Nunq Argis uiua uestigiũ ponã pedis. (ueris?
PY. Audi iam nunc, quem omisimus sermonẽ. (rit.
IPH. Verũ iterũ erit nouus sermo, si recte se habue-
PY. Per exceptionẽ mihi cõcede hoc: si qd nauis pas
Et tabula in fluctu cũ alijs rebus (sa fuerit,
Perierit, corpus uero seruaro solum,
Iuramentum hoc non amplius ratum haberi.
IPH. Sed scin quid agã? multa enim multis accidũt.
Ea quæ insunt, quæ inscripta sunt in tabulæ plicis,
Verbis dicã tibi omnia, ut annunciare posis amicis.
Tutò enim si quidem seruaueris scriptum,
Ipsum scriptum dicet tacens quæ inscripta sunt.
Si uero in mari literæ perierint hæ,
Saluo corpore, sermones seruabis mihi.
PY. Bene dixisti & de Dijs, & de me.
Sed dic cui oporteat has epistolas ferre
Argos, & quid oporteat ex tuo ore dicere?

IPH.

Digitized by Google

IPH. *Annuncia Oresti filio Agamemnonis,*
Quæ in Aulide mactata est, mittit hasce
Viuēs Iphigenia, illis q̄ isthic sunt nō uiuēs amplius.
OR. *Vbi illa est? mortua rediit?*
IPH. *Hanc quam cernis tu, ne uerbis interturba me.*
Defer me Argos, ô mi frater, antequam moriar,
Ex Barbara terra, & transfer deæ (habeo.
A' uictimis, in quibus interficiendi hospites officiū
OR. *O Pylades, quid dicā? Vbi nā existentē inuenie-*
IPH. *Aut tuæ diras familiæ imprecabor,* (mus?
O Oresta, ut denuò nomen bis audiens teneas.
PY. *O Dij.*
IPH. *Cur Deos inuocas in rebus meis?*
PY. *Nihil. sed perge, excidi enim aliò?*
Mox certe interrogans te, ad incredibilia ueniam.
IPH. *Dic, quod in uicem mei exhibens ceruam*
Diana, seruauit me, quam mactauit meus pater,
Existimans in nos acutum gladium immittere.
In hanc uero transtulit terram. hæ sunt epistolæ.
Hæc sunt in tabulis scripta.
PY. *O quæ facilibus iuramentis adstrinxisti me,*
Pulcherrimè uero iurans ipsa, non diutius cōtinebo.
Hoc iuramentū quod iurauit, confirmabimus.
En fero tibi tabulam, & reddo,
Orestes, ab hac tua sorore.
OR. *Accipio. omittens uero literarum plicas,*

Voluptatem

Voluptatem nunc primum non uerbis capiam.
O charißima mihi soror attonita.
Tamen diffido. complectens brachijs,
Ad iucunditatem eo, audiens admirabilia mihi.
CHO. O hospes, non iustè Deæ ministram
Polluis, non tangendis implicans peplis manum.
OR. O germana soror, & ex eodem patre
Agamemnone nata, ne me auerseris,
Habens fratrem, non existimans habituram unquã.
IPH. Ego te fratrem meum? quin desinis loqui?
Ipsum Argos eo plenum, atq; Nauplia.
OR. Non est illic tuus, ô misera, frater.
IPH. Num Lacæna Tyndaris te genuit?
OR. Pelopis filij ex filio natus sum ego.
IPH. Quid ais? Habes horum aliquid mihi indicũ?
OR. Habeo, paternis ex domibus aliquid interroga.
IPH. Imò loqui quidem æquũ est te, discere uero me.
OR. Dicam. Audi primum ô Electra hæc.
Atrei & Thyestæ scis factam litem?
IPH. Audiui, de aureo ariete cum fuit.
OR. Hæc igitur texuisti per sericam texturam.
IPH. O charißime, propè meum animum cõmouet.
OR. Et imaginem in tela, solis retrogradum cursum.
IPH. Texui & hanc formam tenuibus nexibus.
OR. Et lauacra ad Aulidem à matre accepisti.
IPH. Noui. nõ enim hæ nuptiæ bonæ existentes, me abduxerũt. OR.

Digitized by Google

OR. *Quid enim, comas tuas matri dans tuæ ferre?*
IPH. *Monumenta utique pro corpore meo sepulchro.*
OR. *Quæ uerò uidi ego ipse, hæc dicam indicia.*
Pelopis uetustam in domo hastam patris,
Quam manibus uibrans uirginem Pisanam
Sui iuris fecit Hippodamiam, Oenomao occiso,
In cubili tuo abscónditam.
IPH. *O charissime, nihil aliud. charissimus enim es.*
Teneo te ô Orestes, charissimum
A terra patria
Ab Argis, ô chare.
OR. *Et ego te mortuum, ut existimatur.*
Lachrymæ lachrymæ, & luctus cum gaudio,
Tuas humectant palpebras, similiterq; meas.
IPH. *Hunc sanè infantem reliqui in ulnis*
Iuuenem nutricis,
Pusillum in domo.
O ultra quàm eloqui queam beate,
O anime mi, quid dicam?
Vltra mira,
Et plus quàm loqui queam, hæc euenerunt.
OR. *In posterum fœlices simus apud nos mutuo.*
IPH. *Incredibilem uoluptatem accepi, ô chare.*
Metuo uerò ex manibus ne mihi ad æthera
Auolans elabatur, O Cyclopici lares,

Digitized by Google

Ó patria Mycenæ, patria,
Gratiam habeo ob uitam,
Gratiam habeo ob alimoniam,
Quod mihi hunc fratrem, domibus
Educasti lucem.
» OR. Genere quidem beati sumus: ad calamitatem
» O Soror, nostra infœlix est uita. (uerò,
IPH. Ego infœlix, noui quod gladium
Ceruici apposuit meæ
Infœlix pater. (lic.
OR. Eheu. imaginor enim, non præsens, te uidere il-
IPH. Absq; rectis nuptijs, ô mi germane, Achillis
Ad tentoria à lupis
Fraudulenta quando ducebar.
Ad aram uerò erant
Lachrymæ & luctus.
OR. Eheu, lotionum sacrarum quæ illic erant.
IPH. Deplorani etiam ego scelus, quod ausim fuit pa
Nequaquam conueniens patri (ter.
Fatum sortita sum.
» OR. Alia ex alijs eueniunt.
Si tuum fratrem ô misera perdidisses,
Dei fortuna alicuius,
O misera diræ audaciæ.
IPH. Scelesta patrassem, grauia patrassem,
O mi frater.

Minime

Minimo momento effugisti
Cædem impiam, ex meis
Occisus manibus. Sed
Istorum quis nam finis?
Quæ fortuna mihi concedet?
Quam tibi uiam excogitans,
Iterum ab hac ciuitate,
Ab hac cæde mittam
In patriam Argiuam,
Antequam gladio
Tuo sanguine luctet?
Hoc hoc tuum, ô miser, anime mi,
Officium, excogitare
Vtrum ne per terram, neq; naui,
Sed pedum impetu
Morti appropinquans,
Per barbaras gentes
Et inuios transitus iter faciens,
Per Cyaneas
Imò angustas
Petras, longa itinera
Naualibus cursibus.
Misera, misera.
Quis igitur hæc,
Aut deus, aut homo,
Aut aliquid ex inopinatis,

Digitized by Google

Viam impeditam expediens
Duobus solis Atridis
Ostendet malorum solutionem?
CHO. Inter miranda, & ultra quàm dici possit,
Hæc ego ipsa uidi, & audiens nuncio
Hoc, amicos uenisse in conspectum amicorum,
O Oreste, manuum complexus ut decet accepisse.
Te uerò desinentem à miseratione, ad istud etiã uenire necesse est,
Vt inclitum nomen salutis
Nacti, ex terra discedamus Barbara. (fortunam
» Sapientium enim uirorum hæc: non egredientes
» Occasione capta, uoluptates alias capere.
OR. Recte dixisti, fortunæ tamẽ arbitror curæ fore
» Hoc nobiscum. si uerò benevola tu es,
» Valere ipsum numen plus consentaneum est.
IPH. Nihil me continebo, neq; auertet à sermone,
Quin primum interrogem, quod nam Electra fatũ
Sortita sit uitæ. charissima enim erunt omnia mihi.
OR. Huic cohabitat, uictum habens locupletem.
IPH. Iste uerò cuius, & cuius nam filius existit?
OR. Strophius Phocensis huius uocatur pater.
IPH. Hic nimirum est Atrei ex filia consanguineus mihi?
OR. Certe consobrinus, solus mihi certus amicus.

IPH.

IPH. *Non erat tum iſte, cum pater interfecit me?*
OR. *Non erat. Tempore enim Strophius caruit filijs aliquo.*
IPH. *Salue ô marite mihi meæ ſororis.*
OR. *Imò meus quoque ſeruator, non cognatus tantum.*
IPH. *Dira uerò facinora quomodo auſus es de matre?*
OR. *Silentio prætereamus ea, de patre ſupplicium ſumens meo.*
IPH. *Sed quæ cauſſa, pro qua interfecit maritum?*
OR. *Omitte facta matris, neq; tibi audire honeſtũ.*
IPH. *Taceo. Argos uerò ad te nunc reſpicit?*
OR. *Menelaus imperium obtinet, exules ſumus ex patria.*
IPH. *An ne afflictam patruus iniuria affecit domum?*
OR. *Non, ſed Erinnyum pauor me eijcit ex terra.*
IPH. *Hæc igitur in littoribus etiam hic dictus furiſti furens?*
OR. *Viſi ſumus non nunc primum eſſe miſeri.*
IPH. *Agnoſco, propter matrem furijs exagitãt deæ.*
OR. *Ita ut cruenta frena inijciant mihi.*
IPH. *Cur nam in terram hanc contuliſti pedem?*
OR. *Phœbi iuſſus oraculis deueni.*
IPH. *Quid rei facturus, quod dici aut taceri debet?*
OR. *Dixero. exordia hæc mihi multorum laborũ.*

Digitized by Google

Ex quo matris hæc, quæ reticemus, mala
Ad manus uenerunt, incursionibus ficiarum
Exagitamur, errabundi. Vnde mihi pedem
Athenas utiq; misit Apollo,
Causſam dicere non nominandis deabus.
Eſt enim ſacroſanctum iudicium, quod Marti olim
Iupiter conſtituit ex manuum piaculo.
Profectum uerò illuc, primum quidem nullus hoſpitib
Lubens ſuſcepit, tanquam dijs inuiſum.
Qui uerò ducti ſunt pudore, domicilia unã menſam
habentia
Exhibuerunt domuum, exiſtentes in eodem tecto.
Tacite uerò apparabãt, paucis uerbis me ſalutatũ,
A cibo eſſem & poculo ſeparatus. (ut
In poculum uerò proprium, parem omnibus uini
Menſuram implentes, habebant uoluptatem.
Et ego redarguere hoſpites nolui.
Dolebã autẽ tacite, & uidebar non animaduertere,
Valde ingemiſcens, quod fui matris interfector.
Audio uerò Athenienſibus meam infœlicitatem
Feſtiuitatem eſſe, atq; adhuc manere ritum,
Capax unius choæ poculum Palladis colere po-
pulum.
Poſtquam ad Martium tumulum ueni, & in iudiciũ
Conſtitutus ſum, ego quidem unum occupans ſub-
ſellium,

Aliud

Aliud honoratißima quæ erat inter Furias.
Cũ cauſſam dixiſſem, & audiuiſſem de matricidio,
Phœbus me ſeruauit, teſtimonium præbens. paria uerò mihi
Suffragia recenſuit Pallas manu ſua.
Victor autem diſceßi de capitali iudicio.
Quotquot igitur ſederunt perſuaſæ iudicio,
Iudicium apud ſe ſacroſanctum conſtituerunt habere.
Sed quotquot furiarum non perſuaſæ ſunt lege,
Curſibus irrequietis exagitant me uſq;.
Vſq; dum ad ſanctum ueni iterum Phœbi templum,
Et ante adita porrectus, ieiunus cibo,
Iuraui illic uitam abrupturum moriens,
Niſi me ſeruaret Phœbus qui me perdiderat.
Inde uocem ex tripode aureo accipiens,
Phœbus me miſit huc, quod è cœlo lapſum eſt, eapere
Simulachrum, & Athenarum collocare in terram.
Quare quam ſalutem conſtituit nobis certo termino,
Coadiuta. Si enim deæ nacti fuerimus ſimulachrum,
Ab inſania deſinam, & te multiremi naui
Vehens, Mycenis ſtatuam iterum.
Verum ô chara, ô germanum caput,

Seruato paternum domum, & seruа me.
Quoniã meæ res perierunt omnes, & Pelopidarũ,
Cœleſte niſi acceperimus deæ ſimulachrum.
CHO. Vehemens quædam ira deorum ingruit
In Tantalium genus, & in laboribus uſq;.
IPH. Promptam uoluntatem, antequam tu huc ue-
nires, habeo,
Argos proficiſci, & te frater aſpicere.
Cupio eadem quæ tu, & unà tecum defungi labo-
Et domum afflictam, minime occidenti me (ribus,
Irata, paternam erigere uolo.
Itaq; à cæde tui manus abſtinebimus,
Seruabo familiam. Sed ipſam deam quomodo lateam
Metuo, & tyrannum, quando uacuas
Theçaſ inuenerit lapideas ſimulachro,
Quî non moriar? quæ mihi erit excuſatio?
Verum ſiquidem unum hoc ſimul fieret,
Vt ferres ſimulachrum, & me in ſorti naui
Veheres; hæc periclitatio eſſet egregia.
Ab hoc autem facto ſemota, ego quidem pereo,
Tu uerò ſortaſſe rebus tuis bene diſpoſitis reditum
ſortieris.
Non tamen abnuo, neq; ſi mihi mariendum ſit,
» Seruare te. namq; uir quidem ex familia
» Cum moritur, deſiderabilis: mulieris uero res, im-
becilles.

OR.

Digitized by Google

OR. Nequaquam fiam, & tui & matris occisor.
Satis superq; sanguis illius. Sentio autem tecum,
Et uiuere uelim, & mortuus sortiri paria.
Certe ueniam, siquidem & ipse occumbam hic,
Domum, si moriens unà tecum permansero.
Sed sententiam meam audi. si aduersariũ hoc fuisset
Dianæ, quomodo ipse Apollo per uaticinia iußisset
Auffere me simulachrũ deæ Palladis ad ciuitatem,
Et tuum uultum aspicere? Omnia enim
Colligens hæc in unum, reditũ spero consequuturũ.
IPH. Quomodo igitur fieret, ut non nos moriamur,
Et capiamus quæ uolumus? hac enim uia dispice
Reditum domum. hæc consultatio proposita est.
OR. An ne tyrannum perdere possumus?
IPH. Arduũ hoc dixisti, hospites occidere aduenas.
OR. Verum si te seruat, & me, periclitandum.
IPH. Non queam: sed alacritatem probo.
OR. Quid uero, si me in hoc templo occultares clã?
IPH. Vt sanè tenebras nacti effugeremus?
OR. Furibus enim idonea est nox, sed ueritati lux.
IPH. Sunt intus sacri custodes, quos non latebimus.
ORE. Eheu si occidimus, quomodo salui esse possumus?
IPH. Habere uideor nouum mihi inuentũ quoddam.
OR. Quale tandẽ? sententiã cõmunicato, ut & ego
IPH. Tuæ dementiæ utar consilijs. (discam

Digitized by Google

OR. Ingenioſæ enim mulieres ad inueniẽdũ fraudes.
IPH. Occiſorem te dicam matris ab Argis uenisſe.
OR. Vtere malis meis, ſi utile futurum eſt.
IPH. Quod nefas ſit dicemus, mactare deæ.
OR. Quam cauſam prætexens? ſuſpicor enim qddã.
IPH. Non purum eſſe. ſed ſanctum dabo neci.
OR. Quid uero magis hac ratione deæ ſimulachrũ
IPH. Ponti te fontibus luſtrare uolo. (capitur?
OR. Manet uero in domo ſimulachrum, pro quo huc nauigauimus?
IPH. Et illud, quod lauari uelit te attingente.
OR. Vbi nam? ponti ad humida dic oſtia? (tua.
IPH. Vbi nauis funibus ex limo factis ſtationem tenet
OR. Tibi itaq; quis alius in manib. ferret ſimulachrũ?
IPH. Ego. attingere enim fas eſt ſoli mihi.
OR. Pylades uero hic nobis ubi cõſtituetur ad cædẽ?
IPH. Idẽ, manuũ tibi dicetur piaculũ quod habeat.
OR. Clam rege, aut conſcio facies hæc?
IPH. Perſuadens uerbis. non enim latuero ipſum.
OR. Atqui nauis impetus expeditus paratus eſt.
IPH. Tibi certe cõuenit curæ eſſe cætera, ut bene ha
OR. Vnius tantũ opus ẽ, haſce occultare hæc. (beãt.
Sed obſecrato, & ſermones perſuaſibiles
Excogita. habet enim uim quandam ad mouendam miſericordiam mulier.
Cætera fortaſſe cuncta ſuccedent proſpere.

IPH.

Digitized by Google

IPH. O charißimæ mulieres, ad uos respicio,
Et res meæ in uobis sitæ sunt, aut bene habere,
Aut nihil esse, & priuari patria,
Et charo fratre, & charißimo cognato.
Et primũ quidẽ mihi hæc mei sermonis exordia sint.
Nos mulieres sumus beneuolæ inuicem omnes, ««
Et ad seruandum communes res certißimæ. ««
Tacete nobis, & unà elaborate
Effugium. eximia quædam res est lingua, cui fides ««
adfuerit.
Videtis uero, quod tres una eademq; fortuna charißimos,
Aut ad terræ patriæ reditum, aut mori habet.
Seruata uero ego, ut et tu quoq; particeps fias fortu-
Seruabo te ad Græciã. Sed per te dextrã (næ,
Te & te obtestor, te porro per charam genam,
Et p genua, & per eos qui domi sunt charißimi,
Per matrem, per patrem, & liberos, si cui sunt.
Quid dicitis? Quis uestrum respondet? Quæ non
uult
Probare hæc? nõ enim uobis approbantibus cõsilia,
Perij & ego, & frater infœlix.
CHO. Sis bono animo chara domina, & salua sis tan-
Nam ex me omnia tacita erunt: (tum.
Sciat magnus Iupiter, de quibus me obtestaris.
IPH. Bene sit uobis ppter sermones, & sitis fœlices.

Tuum

Tuum opus iam est, & tuum, ire intro.
Quoniam mox ueniet huius tyrannus terræ,
Victimam explorans, an confecta sit hostium.
O ueneranda, quæ me Aulidis in sinubus,
Ex dira seruasti patris interfectoris manu,
Serua me, & nunc hos quoq; : aut Apollinis
Non posthac hominibus per te uerax erit os.
Verum benigna egredere ex terra barbara
Athenas. Etenim non conuenit hic
Habitare, cum liceat tibi ciuitatem habere fœlicem.
CHO. O auis, quæ iuxta saxosa
Ponti iuga Alcyon
Miserabile fatum cantas,
Doctam doctis modulationem,
Quod maritum lamentaris perpetuis cantilenis.
Ego tibi comparor
Lamentationibus implumis auis,
Desiderans Græcorum celebritates,
Desiderans Dianam præsidem puerperij,
Quæ ad Cynthium collem habitat,
Et iuxta palmam luxuriantem foliis,
Et laurum ramosam, &
Viridantis iuxta termitem sacrum oleæ,
Latonæ puerperij locum gratum,
Et iuxta lacum uoluentem aquam
Cycnis plenam, ubi Cycnus cantator

Digitized by Google

Musas colit.
O multæ lachymarum destillationes,
Quæ genas in meas
Ceciderunt, quando turribus
Pereuntibus conscendi naues
Hostium remis & hastis.
Preciosam uero per uenditionem
Ad terram barbaram ueni,
Vbi uenatricis
Deæ sacerdotem uirginem
Filiam Agamemnonis colo,
Et aras celebratas sacrificijs
Colens: calamitatem perpetuo
Infœlicem. in necessitatibus enim seruilibus
Non laboras, quæ unà educaris,
Transis nunc ex infœlicitate.
Namq; post bonam fortunam misere affici,
Mortalibus grauis uita est.
Et te quidem ô ueneranda Argiua
Quinqueremis domum ducet.
Fistulans uero cera compacta
Fistula montani Panis
Remiges incitabit,
Et augur Apollo edens
Sonitum septemsonantis lyræ
Cantans ducet fertilem

Athenien-

Athenienſium ad terram.
Me uero hic relicta,
Ibis celeri nauigatione.
In aëre uero uela rudentes
A prora, ſupra nauem
Extendent funem nauticum
Nauis uelocis.
Splendidum equeſtre iter utinam poſſim cõſcendere,
Vbi ſolaris curſum tenet ignis
Supra proprios thalamos
Alas in humeris meis
Deſinerem agitare.
Ad choros uero conſiſtam, ubi etiam
Ego uirgo in legitimis nuptijs
Ad pedem ducens gratos
Matris æqualium choros,
Ad certamen Gratiarum
Comis delicatis:
Ad contentionem ueniens, uarias
Veſtes & cincinnos
Induta,
Genas obuelabam.
THO. Vbi eſt cuſtos harum ædium, mulier
Græcanica? an iam hoſpites initiauit?
Aditis in ſanctis corpora ſplendent igni?
CHO. Hæccine eſt, quæ tibi omnia, ô rex, dicet clare.

THO.

Digitized by Google

THO. Hem, cur hoc fers ex immotis ſedibus,
O Agamemnonis filia, deæ ſimulachrũ in manibus?
IPH. O rex, contine iſthic pedem tuũ in ipſo gradu.
THO. Quid eſt, ô Iphigenia, noui in animo?
IPH. Abominor. ſancta enim proloquor uerbũ hoc.
THO. Quid p̃ proœmia loqueris nouũ? eloquere cla-
IPH. Nõ puras mihi uictimas uenati eſtis, ô rex. (re.
THO. Quid hoc eſt, quod te illud docuit? an ex opi-
nione dicis? (eſt.
IPH. Simulachrũ hoc deæ retro ſedes ſuas auerſata
THO. Vltro, aut ipſum terræmotus auertit?
IPH. Vltro: ictum uero oculorum coaptauit.
THO. Quæ nã cauſa? an ne horum hoſpitũ odium?
IPH. Hæc ipſa, nihil aliud. dira enim patrarunt.
THO. Num aliquẽ occiderũt ex Barbaris in littore?
IPH. Peculiarem uenerunt cædem habentes.
THO. Quam? ad amorẽ enim cognoſcẽdi incidimus.
IPH. Matrem interfecerunt, cõmuni cæde. (fuiſſet.
THO. O Apollo, neq; apud barbaros hoc qsq̃ auſus
IPH. Totius p̃ſequutionibus abacti ſunt Græciæ.
THO. An propter hæc itaq; ſimulachrũ efferis?
IPH. Purum ſub aërem, ut expiem à cede.
THO. Piaculũ uero cognouiſti hoſpitũ quomodo?
IPH. Reprehendi, poſtquam deæ ſimulachrũ auer-
ſum eſt retro.
THO. Scitã te aluit Græcia, quoniam ſenſiſti bene.

IPH. Et nunc obiecerunt illecebram ſuauem mihi animi.

THO. Ex rebus Argiuis quiddam gratum annunciantes tibi?

IPH. Vnicum Oreſtem meum fratrem beatum eſſe.

THO. Nimirum ut ipſos ſeruares, propter uoluptatem nuncij?

IPH. Et patrem uiuere, & bene agere, meum.

THO. Sed tu ad cultum deæ propendis meritò.

IPH. Totam odio habens Græciã, quæ me perdidit.

THO. Quid igitur agemus, dic, de iſtis hoſpitibus?

IPH. Ritum neceßitas eſt conſtitutum colere.

THO. Igitur in reipſa ſacræ lotiones, & gladius tuus.

IPH. Sanctis lauacris primum ipſos lauare uolo.

THO. Fontibus aquarum fluentiũ, aut marino rore?

IPH. Mare abluit omnia hominum peccata.

THO. Sanctius igitur Deæ ceciderint.

IPH. Et officium meum ſic magis bene habuerit.

THO. Itaq; ad ipſum templum effluit fluctus.

IPH. Solitudinis opus eſt. namq; alia agemus.

THO. Abduc quócũq; uis, nõ cupio ſecreta uidere.

IPH. Luſtrandum mihi etiam deæ ſimulachrum.

THO. Siquidem macula aſperſit ipſum parricidij?

IPH. Aliàs nunquam ipſum ſuſtuliſſem à ſedibus.

THO. Iuſta eſt ipſa religio, & prudentia.

IPH.

Digitized by Google

IPHI. *Scis nunc quæ mihi fieri debeant?* THO. *Tuum est hoc indicare.*

IPHI. *Vincula hospitibus adde.* THO. *Quónã te effugere possunt?* (*famuli.*

IPH. *Fidele Græcia nihil nouit.* THO. *Ite ad uincula,ô* «

IPHI. *Et deferant huc hospites.* THO. *Erunt hæc.*

IPHI. *Occultantes peplis,præ solis flamma.*

Ex tuis mecum mitte aliquos satellitibus. THO. *Isti sequentur te.*

IPHI. *Et ciuitati mitte aliquẽ,qui indicet.* TH. *Quam fortunam? cædi?*

IPHI. *Domi manere omnes.* THO. *Ne obuiam ueniãt*

IPH. *Execrationi enim obnoxia huiusmodi sunt.* TH. *Abi,& dic tu*

Neminem ad conspectum accedere. IPHI. *Scitc curas ciuitatem.*

Et amicorũ nullus in primis. THO. *Istud dicis ad me.*

Quàm iure optimo te tota admiratur ciuitas.

IPHI. *Tu uero manens ibidem ante templa deæ.* THO. *Quid rei agam?*

IPHI. *Purificato auro templum.*

THO. *Ad purum ut reuertaris iterum?*

IPHI. *Quando uero egredientur hospites.* THO. *Quid mihi agendum?*

IPH. *Peplũ oculis obtendere.* THO. *Ne in crimen sanguinarium incidam?*

Digitized by Google

IPHI. Si uero diu uidear morari. THO. Huius rei terminum quem constituis mihi?
IPH. Mireris nihil.
THO. Ea quæ ad deã attinent, ociosè ac rectè perage.
IPHI. O utinam, ut uolo, expiatio hæc cadat. THO. Vnà precor.
IPHI. Istos prodire certè iam è domo uideo hospites,
Et deæ ornatũ, & iuuenes uiros, tanquam cæde cædẽ
Execrabilẽ abluã, et tubar lampadũ, & quæcunq;
Procurauí ego ad funus hospitibus, & deæ lustrato-
Abesse uero edico ciuibus ab hoc piaculo. (ria sacra.
Si quis aut templorum custos manus puras offert dijs,
Aut nuptias it contracturus, aut partu grauatur,
Fugite, loco cedite, ne cui accidat hæc execratio.
O Iouis & Latonæ regina uirgo, si abluam cædem
Horũ, et immolabimus ut decet, purã habitabis domũ,
Fœlices uero nos erimus. Cætera non proloquens,
Plura scientibus dijs, tibiq; deæ immuo tamen.
CHO. Fœlix puer exiſtit Latonæ filius, quem olim
Deliæ in fertilibus Vallibus auricomum
Phœbum cithara peritum,
Et quæ arcuum
Iaculatione gaudet,
Fert ipsum à rupe marina
Puerperij locum inclitum
Liquidarum mater aquarum

Celebratum

Celebratum à Baccho
Ad Parnaſium montem.
Vbi uarium tergum habens teter aſpectu draco
Sub opaca omnino ferreus
Frondoſa lauro, terræ
Immane monſtrum
Cuſtodit uaticinij locum terreſtrem.
Adhuc ipſum infans, adhuc charæ
In matris ulnis ſaliens,
Interfeciſti ô Phœbe. & in uaticinia
Conſcendiſti diuina, & tripode in aureo
Sedes in ueraci ſede,
Vaticinia mortalibus edens.
Oraculis meis inacceſsis
Supra Caſtaliæ fontis fluenta
Vicinus medium totius terræ inhabitans templum.
Themin uero terræ accedens, filiam repulit.
A ſacris uaticinijs nocturna
Ipſa tellus emittebat uiſa.
Quæ pleriſq; mortalium
Et prima & ſequentia
Et quæcunq; euentura erant,
Somni per obſcuræ terræ
Cubationes dicebant. Terra uero
Templum priuauit honore,
Phœbo propter inuidiam filiæ. ſed celeripes

Digitized by Google

In Olympum contendens Rex,
Fidem charam dixit ante Iouis solium
Pythijs domibus
Terrestrem demere
Deæ iram, & nocturna responsa.
Risit autem, quod filius statim ad se uenisset,
Aurea cupiens templa inhabitare.
Postquam uero annuit capite,
Abolenit nocturna somnia.
Et obliuiosa
Nocturna uisa abstulit hominibus,
Et honores iterum dedit Apollini.
Frequenti uero celebri
In throno, confidentiam das hominibus,
Oraculorum carminibus.
NVNC. O custodes templi, & aræ præfecti,
Thoas rex terræ huius quò abijt?
Vocate apertis bene clauatis portis,
Foras Regem terræ.
CHO. Quid nam est? licet ne me iniussam loqui?
NVNC. Abierunt euanidi gemini iuuenes,
Agamemnoniæ filiæ ex consilijs
Fugientes ex terra hac, et uenerandum simulachrum
Nacti in sinubus Græcanicæ nauis.
CHO. Incredibilem dixisti sermonem. quem uero interfecere cupis

Regem

Regem huius regionis, abijt ex templo impetũ faciẽs.
NVN. Quo nam? oportet enim ipsum scire ea quæ aguntur.
CHO. Nescimus. sed abi, & consequere ipsum,
Vbi adeptus hosce nuncies sermones.
NVNC. Videte, ut perfidum muliebre genus.
Et ad uos pertinet rerum factarum pars.
CHO. Insanis. quid nobis hospitum cum fuga rei est?
NVNC. Quin uadis dominorum ad portas quàm primum?
CHO. Non, antequam dixerit uerbum interpres hoc,
Siue intus, siue non intus sit dux terræ.
NVN. Hem aperite claustra, illis qui intus sunt dico,
Et domino indicate, quod præ foribus
Adsim, nouorum fascem annuncians malorum.
THO. Quis ad templum deæ hoc excitat clamorem,
Portas pulsans, & metum concitans intus?
NVN. Falso dixerunt hæ, & me abegerunt à domo,
Quod extrà sis, tu uero domi utiq; eras.
THO. Quod expectantes lucrum, aut captantes?
NVN. In posterum harũ peccata iudicabo. quæ uero
Præsentia sunt audi. hæc puella quæ hic
Aris præfuit Iphigenia, extra terram
Cum hospitibus abijt, uenerandum deæ (tiones.
Simulachrum habens. fraudulentæ uero erant expia-
THO. Quid ais? quam ob causam habens?

NVNC. Seruans Oreſtem. hoc enim tu admiraberis.
THO. Quem nam? num quem Tyndaris peperit puel
NVNC. Quem hiſce aris dea conſecrauit. (la?
THO. O mirum, quomodo te maius nominare poſſũ?
NVNC. Ne huc uertas tuum animum, ſed audi me.
Clare uero rem perſpiciens, & audiens, cura
Perſequutio quæ nam hos hoſpites uenetur.
THO. Dic, recte enim admonuiſti. non enim uicina
nauigatione
Fugiunt, ut effugere poſſint meam haſtam.
NVNC. Ex quo ad littus uenimus marinum,
Vbi nauis Oreſtæ occulta erat ſubducta,
Nos quidem, quos tu uincula unà mittis hoſpitum
Habentes, nutu innuit abſiſtere procul
Agamemnonis filia, tanquam arcanam flammam
Immolans, & expiationem, ad quam accedebat.
Ipſa uero à tergo uincula habens hoſpitum
Ibat manibus. & hæc erant ſuſpecta quidem,
Placebant tamen tuis miniſtris, ô Rex.
Tandẽ uero, cũ nobis peragere aliqd uidebatur plus,
Eiulatum emiſit, & circumſpexit, barbara
Carmina inquirens, tanquam cædem abluens iam.
Poſtquam uero longum ſedebamus tempus,
In mentem uenit nobis, ne ſoluti hoſpites
Interficerent ipſam, & fugitiui aufugerent. (mus
Sed ex metu illarum rerũ, quæ nefas erat aſpicere, ſedi.
Silentio.

Digitized by Google

Silentio.postremo omnibus erat eadem sententia,
Ire,ubi erant,quamuis non concessis.
Et ibidem uidemus Græcanicæ nauis scapham,
Expedito remigio ad impetum alatam,
Et nautas quinquagintain scalmis remos
Habentes,porro à uinculis iuuenes
Liberos in puppi stantes nauis,
Contis uero proræ insistebant.alij ad epotidas
Ancoras religabant:alij scalas
Ascendentes,ducebant per manus oram,
Pelago committentes peregrinã nauim subduxerunt.
Nos uero nihil parcentes,ut primum aspeximus
Fraudulentas artes,apprehendimus nauim peregrinã
Et rudentes,& per gubernacula
Clauos excindimus robustæ nauis.
Verba uero ibant:Qua ratione traijcitis,
Furantes ex hac terra simulachrum,& ipsam sacerdotem?
Cuius gratia? quis existens, hanc abducis ueluti emptam ab hac regione?
Sed ille dixit:Orestes huius frater germanus,ut scias,
Agamemnonis filius,hanc mecum aufero,
Adeptus sororem quam amisi è domo.
Sed nihilominus retinebamus nauim peregrinam,
Et ut tu assequereris,uim inferebamus ei.
Vbi grauia uerbera erant maxillarum,

Et illi enim ferrum non habebant in manibus,
Et nos pugni uero illidebantur.
Et manus ab ambobus iuuenibus simul
In latera, & ad pectus uelutì iaculabantur,
Adeò ut colliderentur et omnino defatigarentur mem
Grauibus uero sigillis signati, (bra.
Fugimus ad præcipitium, alij in capite
Cruenta habentes uulnera, alij in oculis.
In tumulis uero constituti cautius
Pugnabamus, & saxa iecimus.
Sed prohibuerunt nos sagittarij in puppi
Stantes sagittis, ne impetum faceremus ultra.
Atq; interea, grauis enim fluctus protrusit nauim
Ad terram, metus uero erat nautis naufragium facere,
Accipiens Orestes in humerum sinistrum
Progressus in mare scalæ insiliens,
Posuit sororem in insignem nauim.
Sed quod delapsum fuit è cœlo Iouis filiæ
Simulachrum, naui è media sonuit
Clamorem quendam: O terræ Græciæ nautæ nauis,
Incumbite remis, & fluctus uerrite.
Habemus enim, quorum gratia in Euxinum pontum
Intra Symplegadas nauigauimus.
Nautæ uero gratum suspiriũ emittentes, per fremitũ
Percusserunt salum. Sed nauis quatenus erat intra
Portum, procedebat. ostia uero egressa,

Vehementi

Vehementi cum fluctu colluctans urgebatur.
Vehemens enim irruens uentus de repente, nauis
Pellebat retro rudentes. nautæ autem repugnabant,
Contra fluctus imhibentes, ad terram uero iterum
Fluctus retro fluens duxit nauim. consistens uero
Agamemnonis filia, uouit: O Latonæ filia,
Serua me tuam sacerdotem, ad Græciam,
Ex Barbara terra: & furto ignosce meo.
Amas & tu tuum fratrem, ô dea:
Amare & me meos consanguineos existima.
Nautæ uero acclamarunt bene precando precibus
puellæ,
Pæana, nudos protinus lacertos
Remis applicantes, ex adhortatione nautica.
Sed magis atq; magis ad saxa ibat nauis.
Atq; quispiam in mare impetum fecit pedibus.
Alij uero tortas religabant ancoras.
Et ego quidem recta ad te huc missus sum,
Tibi quæ illic imminent indicans, ô rex, pericula.
Quare i, uincula & laqueos accipiens in manus.
Nisi enim mare tranquillum fiat,
Non est spes hospitibus salutis.
Pelagi rex Ilium respicit
Sanctus Neptunus, et Pelopidis aduersarius est.
Et nunc exhibebit Agamemnonis filium
Tibi, & ciuibus, ut par est, in manus:

Digitized by Google

Et capere ſororem, quæ cædem Auliденſem
Immemorem deæ prodens deprehenditur.
CHO. O miſera Iphigenia, unà cum fratre
Morieris, iterum ueniens dominorum in manus.
THO. O cuncti ciues huius barbaræ terræ,
Quin eia equis inijcientes frena
Secundum littus curritis, & egreſſiones nauis
Græcanicæ excipitis? adiuuante dea,
Feſtinantes uiros impios capietis.
Alij celerigradas trahite in pontum naues,
Vt ex mari & terra perſequutionibus
Capientes ipſos, aut de duris ſaxis
Præcipitemus, aut palis infigemus corpus.
Vos uero horum conſcias conſiliorum
Mulieres, in poſterum cum ocium nactus fuero,
Puniemus. nunc autem propoſitum
Studium proſequentes, non manebimus quieti.
MINER. Quò quò perſecutionem hanc agis, ô rex
Thoas? audi huiuſce Mineruæ ſermones.
Deſine perſequi, & fluctus incitare exercitus.
Ex fatali namq; uaticinio Apollinis
Huc uenit Oreſtes, furiarum iram
Fugiens, & ſororis Argos ducturus corpus,
Et ſimulachrum ſacrum in meam ducturus terram.
Ad te hæc nobis oratio. quem uero interficere
Conſtituiſti Oreſtem, in pelago prehendens æſtuanti,

Iam

Digitized by Google

Iam Neptunus mea gratia illæsum
Pontifacit per supremitatem ducens naul,
Sed discens,ô Oreſtes,meas epiſtolas,
(Audis enim uocem,quamuis non præsens, deæ)
Abi,accepto simulachro,& sorore tua.
Cum uero Athenas insignes ueneris,
Regio quædam est Atticæ ad extremos
Terminos,uicina saxosæ Caryſtiæ,
Sacra,Alas ipsam meus uocat populus,
Ibi constituens templum,collocato simulachrum
Cum cognomine Tauricæ,& laborum tuorum,
Quos elaborasti oberrans Græciam
Oestris furiarum.Dianam uerò ipsam mortales
In posterum celebrabunt Tauropolam deam.
Ritumq; constituite istum,quando celebrarit populus
Tuæ cædis liberationem.intendat ensem
Ad iugulum uiri,& sanguinem eliciat,
Propter sanctam deam,ut honores habeat.
Te uerò ad sacras,ô Iphigenia,scalas
Brauroniæ oportet huius sacerdotem esse deæ.
Vbi etiam sepelieris mortuas,& peplorum
Donarium tibi offerent,sericas texturas,
Quas mulieres in partu laborantes
Reliquerint domi.Istas uerò ut educas ex hac terra
Græcanicas mulieres mando,
Iudicio iusto,eo quod seruauit te,

Etiam

Etiam antea in Areopago paria ſuffragia
Dinumerans, ô Oreſtes. nam lege hac
Abſolutus es, cum reus eſſes.
Quare abduc tuam ſororem ex hac terra,
Agamemnonis fili, & tu ne iraſcaris ô Thoas.
» THO. O regina Minerua, ſermonibus deorum,
» Qui cum audit, fidem non habet, non recte ſapit.
Ego namq; & Oreſtæ, ſi ferens ſimulachrum dæ
» Abijt, & ſorori, non iraſcor. Quid enim
» Contrà fortiores deos certare pulchrum?
Eant in tuam cum ſimulachro dæ
Terram, & conſtituant bona fortuna ſimulachrum.
Mittam uero etiam has in Græciam fœlicem
Mulieres, ueluti tuum mandatum iubet.
O mittam uero arma, quæ infero hoſpitibus,
Nauiumq; remos. tibi hæc quoniam placent, ô dea,
» Laudo. Voluntas enim tua, & deorum uincit.
MIN. Ite ô flamina, naui ducentia Agamemnonis
Filium Athenas, comes uiæ ego unà ero,
Seruans ſororis meæ uenerandum ſimulachrum.
Ite bona fortuna ſeruati
Fati, fœlices exiſtentes.
CHO. At ô ſancta, & apud immortales,
Et apud mortales, Pallas Minerua,
Agemus ita ut tu iubes.
Valde enim iucundam, & incredibilem

Paean

Digitized by Google

IPHI. IN TAVRIS.

Famam auditu accepi.
O ualde ueneranda uictoria, meam
Vitam poßideas,
Neq; deſinas coronare.

IPHIGENIAE IN TAVRIS,
FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

616

Digitized by Google

EVRIPIDIS
RHESVS.

Digitized by Google

EVRIPIDIS

ARGVMENTVM.

RHesus, filius quidem fuit Strymonis, & Terpsichores, Musarum unius. Thracum uerò dux existens, ad Ilium peruenit noctu, cũ castra haberent Troiani iuxta naues Græcorum. Hunc Vlysses & Diomedes exploratores existentes interficiunt: Minerua eos admonente, quod magnum immineret Græcis periculum ex hoc. Terpsichore uerò apparens, filij cadauer ad sepulturã sustulit. Hanc fabulam nonnulli subditiciam existimarunt, tanquã non sit Euripidis. Sophoclis enim magis exhibet characterem dicendi. Sed in actionibus fabularum, tanquam legitima inscripta est. Etenim circa res sublimes in ea magnifica actio, Euripidem authorẽ refert. Scena huius fabulæ in Troia est. Chorus constat ex custodibus Troianis, qui etiã proloquuntur. Continet uerò nocturnam congregationem.

PERSONAE.

Chorus custodum	Vlysses
Hector	Diomedes
Aeneas	Minerua
Dolon	Paris
Nuncius	Musa
Pastor	Rhesi auriga.
Rhesus.	

PRAE-

Digitized by Google

PRAEFATVR CHORVS.



To ad cubilia
Hectorea,
Quicunq; armatorum uigil
Regum,
Vt armatam accipiat nauium
Famam sermonum.
Qui quadripartitam noctis uigiliam
Totius exercitus
Ante ciuitatem Troianam sedendo obeunt.
Solue oculorum horribilem sedem,
Desere humi cubationes stratas ex foliis,
O Hector. tempus enim est audire.
HEC. Quis hic ô amice es. loquere quis homo sit?
Quid hoc signi est?
Qui nam per noctem ad nostra
Cubilia accedunt? dicendum est. (trepidatione?
CHO. Custodes exercitus. HEC. Quid affers cum
CHO. Bono sis animo. HEC. Bono sum animo. num
CHO. Nondum. (aliquis dolus per noctem?
HEC. Et quid tu stationes custodiarum deserēs iam
Moues exercitum, nisi aliquod habens
Nocturnum consilium? An nescis arma
Prope Græcorum nocturnam nos
Cubationem totos armatos habere?
CHO. Armato manum socialem, ô Hector,

Digitized by Google

Abi ad cubilia,
Impelle haſtam tollere, excita à ſomno.
Mitte amicos ut ueniant ad tuum tentorium.
Adaptate frenis equos.
Quis uadit ad Panthei filium, aut
Europæ Lyciorum ducem uirorum?
Vbi uictimarum inſpectores?
Vbi uerò uelitum principes?
Et ſagittarij Phrygum?
Coniungite cornutos arcus neruis.
HEC. *Partim quidem annuncias terrores auditu:*
Partim bono animo eſſe iubes, & nihil clare.
Nimirum Saturnij Panis flexibili
Flagello trepidas, excubijs deſertis
Perturbas exercitum. Quid inquies? quid te dicã
Noui annunciare? multa enim cum dixeris,
Nihil clare pronunciaſti.
CHO. *Lucet ignibus exercitus Argiuus, ô Hector,*
Per integram noctem.
Mirifice uerò nauium collucent facibus ſtationes.
Pedeſtris Agamemnonis acceßit exercitus
Nocturnus cum tumultu tentorium,
Aliquam nouam appetentes famam.
Nondum enim antea ita trepidauit
Nauticus exercitus.
Tibi enim per coniecturam ſignificans futurum,

Acceſſi

Digitized by Google

Acceſſi nuncius, ne unquam
Aliquam accuſationem in nos dicas.
HEC. Opportune ueniſti, quamuis annuncians trepidationem.
Viri enim ex terra hac nocturna nauigatione
Latentes conſpectum noſtrum, ſolutari ſunt
Fugiendo, perſuadet me nocturna cõgregatio ignium.
O infœlicem dæmonem, qui me fœliciter fraudaſti,
Præda leonem agentem, antequam Græcorum exercitum
Funditus uniuerſum hac perderem haſta.
Si enim ſplendida non continuiſſent ſolis
Lumina, non continuiſſem fœliciter agentem haſtam,
Antequam naues incendiſſem, & in tentoria ueniſſem,
Interficiens Achiuos hac trucidante manu.
Et ego quidem eram promptus immittere haſtam
Noctu, & uti fœlici ſucceſſu dei.
Sed ſapientes me, & rerum diuinarum periti
Vates, perſuaſerunt diei expectare lucem,
Et deinde Græcorum neminem in terra reliquum facere.
Iſti uerò non expectant meorum aruſpicum
Conſilia. In nocte fugitiuus multum ualet.
Quare quàm primum oportet indicere exercitui,

Parata arma sumere, & cessare à somno.
Vt aliquis eorum etiam in nauem insiliens,
Tergo uulneratus, scalas madefaciat sanguine.
Alij laqueis uincti, capti,
Phrygum agros discant colere.
CHO. Hector festinas, antequam scias hoc quod agi
Viri enim an fugiant, non scimus clare. (tur.
HEC. Quæ enim nocturnos ignes fouere causſa esſet
Argiuorum exercitum?
CHO. Nescio. suspectum uerò est ualde mihi animo.
HEC. Omnia metuens scies, si formidaueris hoc.
CHO. Nondum antea succenderunt hostes talem ignem.
HEC. Neq; hactenus ita turpiter ceciderunt in fuga belli.
CHO. Tu istud egisti, etiam cætera quæ instant dispice. (nus.
HEC. Simplicißima contra hostes ratio, armare me
CHO. Atqui hiccine Aeneas, & ualde celeriter
Accedit, nouam aliquam rem habens amicis ut dicat.
AEN. O Hector, quamobrem nocturni per exercitũ
Ad tua cubilia uigiles uenientes cum trepidatione,
Nocturnum conuentum excitant, et perturbatus est exercitus?
HEC. Contege Aenea armis corpus tuum.
AEN. Quid est? num quis hostium nunciatur

Dolus

Dolus clanculariusne esse per noctem?
HEC. Fugiunt uiri, & conscendunt naues.
AEN. Quod huius rei dicere potes certum indicium?
HEC. Succendunt per totam noctem faces ignis,
Et mihi uideneur non manere in crastinum.
Nam succendentes ignes nocturnos in bene transtra
tis nauibus,
Fuga domum ab hac soluunt terra.
AEN. Tu uerò ut quid acturus ad hæc armas manu?
HEC. Fugientes eos, & salientes in naues
Hasta continebo, & immanebo molestus.
Turpe enim nobis, & ad turpitudinem damnosum,
Deo concedente, hostes abscq; pugna
Fugere sinere, multa inferentes mala.
AEN. Vtinã esses uir tam bonus in dando consilio, quàm promptus manu. Ex Homero.
Sed enim non unus idemq; omnia ut sciat hominum
Natus est; alij aliud additum est donum.
Te quidem pugnare, alios bene consultare:
Qui ignis faces credis audiens
Fugere Achiuos, & exercitum uis ducere
Fossas superans in ipsissima nocte.
Atqui transmissa profunditate fossarum ingenti,
Si non deprehenderis hostes à terra
Fugientes, uerum in tuam hastam respicientes,

Victus quidem ad hanc non possis reuerti ciuitatem.
Quomodo enim traijciet palos in fuga exercitus?
Quomodo etiam pontes traijcient aurigæ?
Quin potius fregerint rotarum modiolos.
Si uerò uiceris, integrum aduersarium filium habes
Qui te non sinet nauibus inijcere ignem, (Pelei,
Neq; sic diripere Græcos, ut tu existimas.
Ardens enim uir est, & fortissimus est manu.
Sedenim exercitum quietum iuxta arma
Dormire sinamus à laboribus bellicis.
Exploratorum uerò ad hostes quicunq; uoluerit
Mittendum censeo. & siquidem soluerint fuga,
Euntes irruemus in Græcorum exercitum.
Si uerò in dolum quendã hi ducunt nocturni ignes,
Certiores facti hostium fraudes ab exploratore,
De integro consultabimus. Hæc mea est sententia, ô
CH. Hæc placẽt, hæc mutãs sententiã sentias. (rex.
Periculosa enim non amo ducum imperia.
Quid enim melius, quàm
Celerigradum naues speculatorem ire
Prope, cur nam tandem hostibus
Ignes in conspectu classium ardeant.
HEC. Vincitis, quoniam omnibus placent ista.
Abiens uerò armato socios, mox enim exercitus
Perturbatus fuerit audiens nocturnas conuentiones.

Ego

Ego mittam hostium speculatorem.
Et siquidem quasdam hostium insidias audiuerimus,
Tu omnia audies, & præsens cognosces sermonem.
Si autem soluerint ad fugam ruentes,
Tubæ clangorem expectans obserua,
Tanquam non manentem me, sed adiungam nauium
Machinis, hac nocte ad Argiuorum exercitum.
AEN. Mitte quàm primum. nunc enim tutò sentis.
Vnà te cum me uidebis laboraturum, ubi opus fuerit.
HECT. Quis nam Troianorum, qui adsunt in consilio,
Vult explorator ad naues Græcorum ire?
Quis fieri uult huius terræ benefactor?
Quis respondet? nequaquam omnia ego possum
Ciuitati paternæ & socijs administrare.
DOL. Ego pro patria hoc periculi uolo
Subiens, speculator ad naues Græcorum ire.
Et omnia Græcorum ubi didicero consilia,
Redibo huc, hunc ego polliceor laborem.
HECT. Nomini quidem respondes ualde, & amator ciuitatis es,
O Dolon. & patris etiam prius quidem insignem domum,
Nunc bis tantundem reddidisti insigniorem.
DO. Itaq; subire laborem me certum est. Sed laborantem decet, dignum

» Præmium accipere. Cuiuis enim addictum
» Præmium rei, studium duplicat.
HECT. Certe, & iusta sunt hæc, neq; abnuo.
Sed statue præmium, excepta mea tyrannide.
DO. Nõ tuæ desiderio tenemur multa complectentis tyrannidis.
HE. Sed enimuero tu ducens Priamidarũ genere fici.
DO. Nolo, quàm ego sim, ex nobilioribus cõtrahere nuptias.
HE. Aurũ enim suppetit, si hoc postulabis præmiũ.
DO. Verum est domi meæ. non diuitijs egemus ad uitam sustentandam. (Ilium?
HEC. Quid igitur cupis ex rebus quas occultauit
DO. Captis Achiuis, dona mihi compromitte.
HE. Dabo, tu postula, præterq; imperatores nauiũ.
DO. Occide, non te postulo à Menelao abstinere manum.
HE. Atqui Oilei filium à me postulas accipere?
» DO. Ignauæ sunt ad agros colendum manus bene educatæ.
HE. Quẽ igitur Græcorũ uiuentẽ uendicare tibi uis?
DO. Et antea dixi, est aurum domi.
HE. Atqui ex spolijs ipse eliges præsens.
DO. Dijs ipsa suspende circa ædes.
HE. Quid igitur maius istis à me postulabis præmiũ.
» DO. Equos Achillis. cõuenit uero p dignis subire discrimen,

Vitam

Vitam obijcientem in alea dæmonis.
HE. Atqui amatore uicissim amas equos mecum.
Ex immortalibus enim immortales nati,
Pelei ferunt impetuosum filium.
Tradidit ipsos equorum domitor
Peleo Neptunus (ut tradunt) marinus.
Sed non te persuadens frustrabo, quin dabo tibi
Pulcherrimam domi possessionem, Achillis currum.
DO. Laudo. Vbi accepero, dicam pulcherrimum inter Phrygas
Donum accepisse, propter animi mei fortitudinem.
Te uero non inuidere conuenit, infinita alia tibi sunt
Quibus delectaberis, huius primatum habēs terræ.
CHO. Magnū discrimen, sed magna etiā cupis capere.
Beatus profectò, ubi adeptus fueris, eris,
Sed hic labor quoq; glorioſus.
Res ingens est, dominorum generum esse.
Hæc partim diuinitus concedat Acquitas,
Partim ab hominibus perfecta tibi erunt.
DO. Ibo profectò. pfectus uero ad domū familiarē,
Ornatu conuenienter corpus meum amiciam.
Inde pergam ad naues Argiuorum.
CHO. Num quendā alium pro hoc habebis amictū?
DO. Conuenientē huic rei, furtiuisq; greßibus.
CHO. A sapiente uiro cōuenit sapientiam discere.

Dicito,

Dicito, quis erit huius corporis ornatus?
DO. Lupinam circa tergum ponam pellem,
Et faciem beluæ circa meum ponam caput.
Et gressum manibus anteriorem adaptans,
Et pedes pedibus, quadrupedem imitabor
Lupi incessum, hostibus non notabilem,
Ad fossas accedens, & nauium propugnacula.
Vbi uero in deserta regione gressum habuero,
Bipes ero. hac ratione constituta est fraus.
CHO. Atqui bene te Maiæ filius illuc, & huc
Reducat Mercurius, qui furum præses est.
Suscepisti negotium, beatum esse tantum te oportet.
DO. Et saluus ero, & interficiens Vlyssis
Feram caput tibi. indicium habeo certum.
Dices Dolonem ad naues Græcorum audere ire,
Aut filium Tydei. neq; incruenta manu
Redibo domum, antequam lux ueniat supra terram.
CHO. Tymbræe & Delie, & Lyciæ
Per templum gradiens
Apollo, ô diuinum caput, ueni
Arcitenens, adsis nocturnus
Deductor, salutaris
Huic uiro in deducendo
Fias, & adiuua Dardanidas.
O omnitenens, ô qui Troiæ
Mœnia antiqua condidisti.

Accedat

Accedat ad naualia, & exercitus
Græcanici ſpeculator
Veniat, & reuertatur denuo ad fundamenta
Domorum patriæ Iliacæ.
Phthiarumq; equarum
Currum conſcendat,
Domino pereunte Achiuorum utiq;:
Quas ponticus Aeacidæ
Peleo dat deus.
Quoniam pro domibus,
Proq; patria auſus eſt ſolus
Stationes nauium iter faciens inſpicere.
Admiror fortitudinem, an ne egeſtas
Fortium uirorum? Quando fuerit
Periclitans in pelago,
Et fluctuat ciuitas,
Eſt Phrygum aliquis eſt fortis.
Adeſt uero confidentia in prælijs à Myſis,
Qui mea ſocialia auxilia ſpernit.
Quem uirum Græcorum
Ille pedibus iter faciens occiſor
Vulnerabit in tentorijs,
Quadrupedem imitationem habens more
Beluæ. Vtinam Menelaum interficiat.
Peracta uero cæde, Agamemnonium
Caput affcrat Helenæ,

Inauſpicatæ

Inauſpicatæ affinitatis, in manus, luctum.
Qui ad ſcortum,
Qui ad Troiam mille
Nauium uenit habens exercitum.
NVN. O rex talium heris nuncius
Sim in poſterum, qualia tibi fero ut diſcas.
» HE. Profectò multa ruſticis abſurda inſita ſunt mẽti.
Etenim tu de gregibus dominis armatis
Adeſſe uideris annunciaturus, ubi non conuenit.
An neſcis domum meam, aut regiam patris,
Quibus conuenit narrare bene habentia pecuaria?
» NVN. Importuni nos paſtores ſumus, fateor,
Sed nihilominus tibi affero prudentes ſermones.
HE. Deſine narrare mihi uillaticas fortunas.
Prælia præ manibus, & haſtas ferimus.
NVN. Huiuſmodi etiam ego indicaturus ueni.
Vir enim uires innumeras ducens,
Accedit amicus tibi, & ſocius tuæ terræ.
HE. Cuius patriæ terræ deſolans ſolum?
NVN. Thraciæ, patre uero Strymone uocatur.
HE. Rheſum adueniſſe narras in Troiam?
NV. Cognouiſti. ſermone uero bis tantũ me leuaſti.
HE. Et quomodo ad Idæ colles iter facit,
Aberrans à lata & campeſtri uia plauſtraria?
NV. Non ſcio exacte: atqui coniectare licet.
Noctu enim non abſurdum ducere exercitum,
Eum qui audierit refertos campos hoſtili manu.

Digitized by Google

Metum uero pastoribus, qui passim in Ideo monte
Habitamus per syluestria loca terræ,
Incußit, syluã per noctu feris plenam iter faciens.
Cũ magno enim clamore Thracensis fluẽs exercitus
Pergebat. stupore uero consternati agimus
Greges ad summa, ne quis Argiuorum accederet,
Prædam abacturus, & tua depopulaturus armenta.
Antequam auribus uocem non Græcanicam
Accepimus, & destitimus à metu.
Accedens uero regis motatores exercitus,
Interrogaui Thracensi compellatione,
Quis imperator, & cuius uocatus
Pergit ad urbem Troianis socius?
Et omnia cum audiuissem quæ cupiebam discere,
Constiti. Ibi uideo Rhesum ueluti deum,
Stantem in equis & Thracensibus curribus.
Aurea bulla ceruicem iugalium
Equorum ornabat, niue candidiorum.
Pelta in humeris aureis figuris
Splendebat, Gorgo uero tanquã in clypeo Palladis
Ferrea frontibus equorum alligata,
Multis cum tintinabulis horrende strepebat.
Exercitus multitudinem, neq; calculi ad rationem
Ponere possem, adeò immensa erat uisu.
Multi quidem equites, multæ Peltatorum legiones,
Et multi missilium telorum sagittarij, magna turba

Leuis

Lchis armaturæ sequitur, Thrucensem habens ornatum.
Huiusmodi Troiæ socius adest uir,
Quem neq; fugiens neq; subsistens hasta
Pelei filius effugere poterit.
» CHO. Quando ciuibus bene uolunt dij,
» Cædit aduersa calamitas in melius.
» HECT. Multos ex quo mea fœlix est hasta,
» Et Iupiter à nobis stat, inueniam amicos.
Sed nihil eorum egemus, qui dudum
Non unà laborant, cum uiolentus Mars
Confregit uela huius terræ ualde spirans.
Rhesus uero ostendit, qualis sit Troiæ amicus.
» Venit enim ad conuiuium, non præsens existens uenatoribus
» Capientibus prædam, neq; unà laborans bello.
CHO. Recte uilipendis & incusas amicos.
Sed accipe uolentes adiuuare ciuitatem.
HECT. Sufficimus, qui possumus, seruare Ilium ciuitatem.
CHO. Credis iam hostes fustulisse?
HECT. Credo. ostendet accedens iubar solis.
» CHO. Respice finẽ. multa uice uersa mutat Deus.
» HECT. Odi, amicis sero auxilium ferre.
» NVN. O rex, repellere socios inuidiosum est.
Metus fieret hostibus, uisus tantum.

CHO.

CHO. Hic itaq; quandoquidē aduenit, non quidē so-
Sed hospes ad mensam ueniat hospitum. (cius,
Gratia enim ei Priamidarum perijt. (ras.
HEC. Et tu bene admones, et tu opportunè conside-
Aureis armis armatus, secundum nuncij sermones,
Rhesus adsit huic auxiliaris terræ.
CHO. Adrastia quidem Iouis filia,
Arceas dictorum inuidiam.
Dicam enim iam, quicquid mihi
Animo lubet dicere.
Ades ô fluminis fili,
Ades, cum errore uenisti amici ad aulam.
Delectabilis persuasit te tandem
Musa mater, & pulchros pontes habens
Fluuius ire facit te
Strymon, qui olim cantatricis
Musæ, per impollutos
Volutus in morem aquæ
Sinus, tuam plantauit iuuentutem.
Tu mihi, ô Iupiter, conspicuus
Ades, aurigans maculosis equis.
Nunc ô patria, ô Phrygia,
Cum deo nunc tibi, qui homines in libertatem uen-
Iouem licet prædicare. (dicat,
An ne unquam in posterum antiqua
Troia propitiatorios per integrum diem celebrabit

Cœtus, amorum
Cantilenis, & calicum temulentis
Inuicem excipientibus certaminibus,
Per mare Atridis
Spartam abeuntibus ab Iliaco littore.
O amice, utinam mihi
Tua manu & tua hasta
Efficiens hæc domum reuertaris.
Veni, appare, auratam
Pelidæ obijce coràm peltam
Obliquam sustollens,
In polito curru manibus illudens,
Anceps iaculum uibrans.
Te enim nullus subsistens
Argiuæ unquam in Iunonis templis choreas ducet.
Sed ipsum hæc terra
Perditum Thracensibus fato
Charissimum pondus feret.
Io io, maxime ô rex, eximium ô Thracia
Catulum aluisti ducem uisu.
Vide auream corporis armaturam.
Audi uerò strepitus tintinabulorum,
A' cingulis resonantes.
Deus, ô Troia, Deus ipse Mars,
Strymonius pullus cantatricis
Musæ ueniens, aspirat tibi.

RHE.

Digitized by Google

RHE. Salue inclite incliti fili, rex huius terræ,
Hector. longo te tandem tempore alloquor.
Gaudeo uerò te fœlicem existentem, & assidentem
Turribus hostium. unà uerò subruere uolens ego
Muros adsum, & nauium incensurus scaphas.
HEC. O fili cantatricis matris, unius Musarum,
Thraciq; fluuij Strymonis. soleo loqui "
Verum usq;, neq; duplex sum uir. "
Iam olim oportebat laborare simul cũ hac terra
Venientem, neq; pòst ab Argiuis
Troiam permisisse hostium cadere bello.
Non enim dicere queas, quod non uocatus sis ab amicis.
Non uenisti, neq; opem tulisti, neq; curam habuisti.
Quis enim nuncius, aut senatus Phrygum
Profectus, opem ferre non rogauit te ciuitati?
Qualium uerò munerum ornatum non misimus?
Tu uerò gentilis existens, & barbarus, barbaros
Græcis nos perdidisti, quantum in te situm est.
Atqui te ex paruo imperio, magnum
Thracum regem hac constitui ego manu,
Quando iuxta Pangæum & Pæonum terram
Thracensium cum optimis irruens coràm
Disrupi peltam, tibi uerò redigens in seruitutem
populum (ficium,
Tradidi. propter quæ tu calce feriens ingens bene-

Amicis laborantibus nimis ſero auxilium affers.
Hi uerò nihil nobis cognati exiſtentes,
Dudum præſentes, hi quidem in congeſtis tumulis
Iacent cæſi, fides non exigua ciuitati.
Cæteri hic armis, & equeſtribus curribus,
Frigidos uentos & ſiticuloſum ignem Dei
Manent ſuſtinentes, non in cubilibus
Frequentia pocula (ut tu) per uicem excipientes.
Hæc, ut ſcias Hectorem eſſe liberum,
Et exprobro tibi, & dico tibi coràm.
RHe. *Huiuſmodi ſum & ego, directam ſermonum*
„ *Secans uiam, neq; duplex ſum uir.*
Ego uerò magis quàm tu ab hac abſens terra
Triſtitia pectore afflictus angebar.
Sed confinis meæ terræ Scythicus populus,
Ducturo profectionem ad Ilium
Intulit bellum. Euxini uerò ueneram
Ponti ad littus, Thracenſem ut tranſmitterem exercitum.
Ibi cruentus ſanguis in terram Scythicus
Fundebatur haſta, Thracenſiſq; commixtus cæde.
Huiuſmodi certe me arcuit calamitas ad campum
Troiæ uenire, & ſocium tibi adeſſe.
Poſtquam uerò depopulatus ſum, horũ obſides acce
Conſtituens annuũ tributũ domũ ferre, (pi liberos.
Adſum tranſmittens nauibus fauces Ponti,

Ceteros

Cæteros pedestris terræ conficiens terminos.
Non (ut tu obijcis) meas amystidas,
Neq; in aureis ædibus dormiens,
Verum quales ponum Thracium, uentos,
Glaciem facientes, & Pæonas perflant,
Cum istis inermibus tales perpessus clauatis.
Sed serò quidem ueni, attamen satis mature.
Tu enim iam decimum pugnas annum,
Et nihil proficis, sed diem de die
Ducis, periculose producens contra Argiuos bellū.
Mihi uerò lux unica solis satis erit
Depopulanti turres, in naualia irruendi,
Et occidendi Græcos. & altera die ab Ilio
Domum ibo, absoluens tuos labores.
Ex uobis uerò ne quis scutum capiat manu.
Ego enim retinebo ualde iactantes se uirtute bellica,
Depopulans Græcos, quamuis serò ueniens.
CHO. Io io, grata loqueris,
Charus à Ioue missus es solus.
Inuidiam magnam supremus Iupiter
Velit de tuis dictis
Arcere. Nauales autem uenientes ab Argis copiæ,
Neq; antea, neq; nunc quenquam uirorum
Adduxerunt te præstantiorem.
Quomodo Achilles tuam
Hastam queat,

Digitized by Google

Quomodo Aiax sustinere?
Vtinam ego hunc diem
Aspiciam ô rex, quando interfectrice
Manu fruerere cum tua hasta. (sentiam
RHE. Huiusmodi quidem tibi propter diutinã ab-
Efficiendo præstabo. Cum Adrastia uerò dixerim,
Postquam ab hostibus hanc liberam ciuitatem
Reddiderimus, & dijs spolia delegeris,
Vnà tecum expeditionem terram in Argiuam uolo,
Et totam profectus Græciam depopulari bello,
Vt discant uicissim affligi.
HEC. Si à præsenti hoc liberatus malo
Ciuitatem habitarem ut antea tuto,
Valde sanè multis dijs haberem gratiam.
Ea uerò quæ ad Græciam attinent, & deuastationẽ
Græciæ,
Non ita procliue est deuastare, ut narras, hasta.
RHE. An non optimates dicunt Græcorũ hic esse?
HEC. Non reprehendimus eos, sed diu pellimus.
RHE. Igitur interfectis istis, omnia perfecerimus.
» HEC. Ne nunc respice quæ longe absunt, omissis ijs
quæ prope sunt.
RHE. Satis esse uidetur tibi damnum accepisse, ne q3
damnum inferre. (rio.
HEC. Lato enim impero, etiamsi hic manserο, impe
Verum siue sinistrum siue dextrum cornu,

Siue

Digitized by Google

Siue in medijs ſocijs, licet tibi
Peltam firmare, & diſponere exercitum.
RHE. Solus pugnare cum hoſtibus, ô Hector, uolo.
Sed ſi turpe autumas non unà comburere nauium
Puppes, & cum laboraueris antea diu,
Conſtitue me Achillis & eius exercitus ex aduerſo.
HEC. Non licet illi impetuoſam opponere haſtam.
RHE. Atqui rumor erat, quod nauigarit ad Ilium.
HEC. Nauigauit, & adeſt: ſed iratus
Imperatoribus, non tractat arma.
RHE. Quis tum poſt illum alius glorioſus eſt in exercitu?
HEC. Aiax quidem mihi non inferior eſſe uidetur,
Et Tydei filius. Eſt præterea uaferrimus
Nebulo Vlyſſes, & ſecundũ animũ ſufficienter au-
Et qui plurimum regionem hanc læſit, uir eſt. (dax.
Qui in Palladis templum nuper profectus,
Sublato Palladio, ad naues Argiuorum tulit.
Deinde etiam circulator, mendici habens ornatum
Ingreſſus eſt turres, multa uerò Argiuis mala
Imprecabatur, miſſus Ilij explorator.
Interfectis uerò cuſtodibus & præſidibus portarũ,
Iterum euaſit. Semper in inſidijs inuenitur,
Thymbræum iuxta templum prope urbem
Sedens. Verum difficili cum peſte luctamur.
RHE. Nullus uir fortis, dignatur clam

Occidere hostem, sed congressus palam.
Istum uerò quem sedere dicis tu in clandestinis insidijs,
Et fraudes excogitare, uiuum comprehendens ego
Portarum iuxta exitum, transfigens spinam dorsi
Statuam alatis uulturibus escam.
Prædonem enim existentem, & deorum templa
Prædantem, oportet ipsum tali mori morte.
HEC. Nunc quidem castra metamini, namq; nox est.
Monstrabo uerò tibi ego regionem, ubi oportet exercitum (orsim.
Tuum pernoctare, ab hoc in ordinem constituto se-
Tessera uerò nobis Phœbus, si quid opus fuerit, (tui.
Memento te audiuisse, & Thracensi dicito exerci-
Nos uerò digressos conuenit paulum ante ordines
Excubias agere insomnes, & nauium speculatorem
Excipere Dolona. Namq; si est saluus,
Iam appropinquat exercitibus Troianis.
CHO. Cuius nam uigilia? quis succedit per uices
Mihi primum?
Occidunt astra, & septemgradæ
Pleiades ætheriæ.
In medio uerò aquila cœlo uolat.
Surgite, quid cunctamini? è lectis,
Surgite ad uigiliam.
Non uidetis lunæ splendorem?

Auroræ

Aurora prope, aurora
Fiet. & quis ante domos,
Hic enim est uir.
SEMICH. Quis designatus est ad primam custodiã?
SEMI. Mygdonis filium dicunt, Chorebum.
SEMI. Quis post illum?
SEMI. Cilicas Pæon exercitus excitauit.
SEMI. Mysi uero nos.
SEMI. Igitur Lycios ad quintam uigiliam,
Nos digressos excitare
Tempus est, sortis pro parte.
SEMI. Atqui audio Simoentis
Sedentem ad nidos
Lamentabiles, canit plurimas chordas imitanti
Cantu liberorum interfectrix,
Cantatrix luscinia propter curam.
Iam uero pascunt in Ida
Greges nocturnæ,
Fistulæ uocem audio.
Demulcet præterea oculi sedem
Somnus. Suauissimus enim accedit
Palpebris ab aurora.
SEMI. Cur tandem non accedit speculator, quem nauium
Hector misit exploratorem?
SEMI. Metuo, diu enim abest.

Digitized by Google

SEMI. Quod si in occultas insidias incidens
Perijt, mox erit trepidatio.
SEMI. Iubeo Lycios ad quintam uigiliam
Digressos, excitare
Nos, sortis secundum partem.
VLY. O Diomedes, non audiuisti? nouus strepitus
Stillat per aures armorum quendam tumultum.
DIO. Nõ est, sed retinacula equestribus ex curribus
Strepunt ferri. ex me, antequam animaduerti
Vinculorum motum equestrium, incessit metus.
VLY. Vide per noctem, ne custodibus incidas.
DIO. Cauebo sanè etiam per tenebras iter faciens.
VLY. Si uero excitaueris, nouisti tesserã exercitus?
DIO. Phœbum, à Dolone noui, tesseram audiens.
VLY. Ehem, cubilia deserta hæc hostium uideo.
DIO. Atqui Dolon hæc dixit Hectoris.
Cubilia, cuius gratia gladius strictus est hic.
VLY. Quid rei fuerit? num, insidiæ, abijt aliquó?
DI. Fortasse propter nos machinã statuens aliquã.
VL. Audax enim Hector est, quoniã uincit audax est.
DI. Quid nã ô Vlysses agemus? non enim inueninus
Hunc uirum in stratis, & spe frustrati sumus.
VLY. Eamus quàm celerrime ad naualia.
Seruat enim ipsum, qui fœlicem deorum
Facit. nobis uero non repugnandum est fortunæ.
DIO. Quin ad Aeneã, aut inuisissimum Phrygum

Parim,

Parim, eumtes, oportet caput amputare gladio.
VLY. Quomodo in nocte, hostiũ per exercitum
Quærens, poteris eos, citra periculum interficere?
DIO. Turpe profectò, ad naues Græcorum redire,
Patrantes nihil in hostes noui.
VLY. Quomodo uero nihil patrasti, ubi interfecimus naualium
Exploratorem Dolonem, seruamus hæc
Spolia? an tota castra putas prædaturum?
Pareto, retro eamus. bene actũ sit, si consequimur.
MINER. Quo nam abeuntes, Troianis è stationibus
Discedetis, tristitia corde afflicti,
Quod non interficere uobis Hectorem, aut Parim, deus
Dat? Virum uero non audiuistis auxiliarem
Troiæ accessisse Rhesum, non paruo apparatu.
Qui si perducet noctem hanc in crastinum,
Neq; ipsum Achillis neq; Aiacis hasta, (bit,
Ne omnes depopuletur naues Argiuorũ, prohibe-
Muros subruentem, & intra portas
Hasta longe lateq; incursionem facientem.
Hoc interfecto, omnia habes. Hectoris uero
Strata omitte, & decollationis cædes.
Erit enim ei mors ex alia manu.
VL. O domina Minerua, loquelã enim animaduerto.

Tuam

Tuam familiarem uocem. in laboribus enim
Præsens opem fers meis semper.
Hunc uirum nobis, ubi dormit, dic,
Quo in loco stationem habet Barbari exercitus?
MIN. Hicce propè sedet, neq; copulatus est exercitui,
Sed extra ipsum ordines pernoctare iussit
Hector, donec nox permutaret lucem.
Propè uero equæ Thracensium è curribus
Albæ ligatæ sunt, conspicuæ etiam in nocte.
Nam splendent ueluti fluuiatilis cycni penna.
Has, interfecto domino, asportate,
Pulcherrimum domibus spolium. non enim est, ubi
Huiusmodi currum terra occultet equestrem.
VLY. Diomedes, aut tu trucida Thracensem turbã,
Aut mihi concede: te uero oportet equarum curam habere.
DIO. Ego trucidabo, equas uero domabis tu.
Peritus enim es in rebus industrijs. &
„ Conuenit uero uirum collocare, ubi maxime utilis fuerit.
MIN. Atqui ad nos hunc Alexandrum uideo
Euntem, uigilum ex quodam qui resciuit
Opiniones incertas, quod hostes aduenerint.
DIO. Vtrum cum alijs, aut solus iter facit?
MIN. Solus. ad cubilia, ut uidetur, Hectoris

Vadit.

Digitized by Google

Vadit. exploratores indicaturus, adest, exercitus.
DIO. Num igitur præuenire hunc interficientem conuenit?
MIN. Non queas fato plus. eo
Hunc uero à tua non fas est manu mori.
Sed cui uadis lætales ferens cædes,
Festina. ego uero huic socia Venus
Existimata auxiliatrix in laboribus adesse,
Vanis sermonibus inimicum uirum excipiam.
Atq; hæc quidem ego præcipio. eum uero qui necandus est,
Non nouit, neq; audiuit prope existens in sermone.
PA. Te ducem & fratrem appello.
Hector, dormis? non expergisci te conuenit?
Hostium quispiam nobis accedit exercitui,
Aut fures, aut exploratores quidam. (Venus.
MIN. Bono sis animo, custodit te hæc præsentissima
Curæ est tuum mihi bellum, neq; immemor sum
Honoris. collaudo uero beneficium accipiens à te.
Et nunc ad uictoriosum Troianum exercitum
Adsum, adducens uirum magnum amicum,
Cantatricis filium Thracensem deæ
Musæ, patre uero Strymone uocatur.
PA. Perpetuo beneuola es ciuitati,
Et mihi maximas in uita diuitias
Iudicans te, dico huic addidisse ciuitati.

Adsume

Digitized by Google

Adſum uero audiens, non manifeſte. Sed rumor quidam
Vigilibus incidit, quod ſpeculatores
Adſint Græcorum. & hic quidem neſciens dicit.
Alter aſpiciens accedentes, non poteſt dicere.
Quorum gratia ad cubilia ueni Hectoris.
MIN. Nihil metuas, nihil in exercitu periculoſum eſt.
Hector uero abijt, Thracenſem diſpoſiturus exercitum.
PA. Tu certe me pſuades, & tibi fidē habeo uerbis.
Ordinem ſeruaturus abeo, liber à metu.
MIN. Abi. curare enim omnia mihi conſtitutum eſt
Vt fœliciſſimos ſocios meos uideam.
Cognoſces uero & tu meam benenolentiam.
Vos uero uoco ualde dilectos,
Laertis fili, acutos celare enſes.
Iacet enim nobis Thracenſis imperator,
Et equi habentur. hoſtes uero, qui omnia intellexe-
Veniunt contra nos. quare quàm celerrime cōuenit,
Fugere ad machinas nauales. quid cunctamini,
Agmine ingruente hoſtium, ſeruare uitam?
CHO. Age age, feri, feri, feri, feri,
Occide occide, quis uir?
Videtis, hunc dico.
Sicarij, qui per noctem
Hunc perturbant exercitum,

Hue

Huc huc quiſquis es.
Hos habeo, & hos prehendi.
Quis ſermo? unde uenis? quis es? (lefeceris.
VL. Nõ oportet te ſcire. morieris hodie, ſi quid ma-
CHO. Non das teſſeram, haſta antequam per pe-
ctora penetrat?
VLY. Sciat. bono ſis animo. CHO. Prope aliquis ac-
cedat, feri feri quilibet.
SEMI. An tu Rheſum interfeciſti, qui te potius de-
buerat interfeciſſe?
VLY. Contine, quiſquis es. CHO. Non maneo.
SEMI. Ah ah, amicum ne occidas.
SEMI. Et quæ eſt teſſera? VLY. Phœbus.
SEMI. Agnoui. continete omnes haſtam.
SEMI. Nouiſti quò abierunt uiri iſti? SEMI. Non
quóquam uidimus.
SEM. Quiſquis es, abi ſecundum ueſtigium ipſorũ,
an clamor excitandus? (metu.
SEM. Verũ ſocios perturbare periculoſum ex noctis
SEMI. Quis uirorum qui acceßit?
Quis nam qui magnam audaciam gloriabitur,
Manum fugiens meam?
Vbi ipſum conſequar?
Cui adſimilabo,
Qui per noctem uenit intrepido pede,
Et per ordinum & uigilum ſedes?

Theſſalus,

Digitized by Google

C 6632

Theſſalus, aut
Maritimam Locrenſium inhabitans ciuitatem,
Aut inſularem ſparſum poſsidet uictum.
Quis? aut unde? aut cuius patriæ?
Qualem ſupplicat ſupremum deorum?
SEMI. Nimirū eſt Vlyſsis hoc facimus, aut cuius nā?
SEMI. Si à prioribus licet coniecturā facere, qd ni?
SEMI. Exiſtimas? SEMI. Quid ni?
SEMI. Audax enim contra nos.
SEMI. Quod robur? quem laudas? SEMI. Vlyſſem.
SEMI. Ne ſicarij laudes uiri uafram haſtam.
CHO. Iuit & antea
Per ciuitatem, ignotum uultum habens,
Lacera ueſte
Ornatus, enſifer
Occultus in peplis.
Stipem uero poſtulans ibat miſer quiſpiā mendicus,
Squalidum caput multis faſcijs religatum habens.
Multa uero
Regiæ domui Atridarum male
Ibat ſcilicet, quaſi hoſtis imperatoribus.
Perijſſet perijſſet utinam, optimo iure,
Antequam in terram Phrygum pedis ueſtigium tra-
liſſet.
SEMI. Siue certe Vlyſsis, ſiue non, metuo.
Hector enim nobis uigilibus imputabit.

SEMI.

SEM. Quis loquitur? SEM. Vir metuens.
SEM. Quid agis igitur? quid metuis?
SEM. Ad nos uenisse. SEM. Quem uirorum?
SEM. Qui hac nocte uenerunt in Phrygum exercitum.
AVR. Ehem, Fortunæ grauis casus. heu heu.
SEM. Ehem, tacete omnes.
Bono sis animo. forte enim in iactum uenit quispiã.
AVR. O grauem calamitatem Thracensium sociorum.
SEM. Quis ita lugens?
AVR. Ehem, infœlix ego, tuq; rex Thracensium,
O qui tristissimam Troiam aspexisti,
Qualis te uitæ finis cæpit?
CHO. Quis es tandem ex uiris socijs? per noctem
Hebetes sunt oculi, neq; te cognosco penitus.
AVR. Vbi aliquem regum Troianorum inueniam?
Vbi nam Hector,
In armis soporem dormit?
Cui indicabo principum exercitus,
Qualia nobis acciderunt, qualia quidem nobis
Faciens incerta, abijt euanescens, certum
Thracensibus luctum inferens.
CHO. Mali accidisse quippiam Thracensi exercitui,
Videtur, qualiter ab hoc cognosco audiens.

Digitized by Google

AVR. Perijt exercitus, cecidit rex,
Dolofo uulnere.
Qualis me dolor domat letalis
Vulneris intus. Quomodo perire poſſum,
Thracenſibus luctum narrans.
Oportet enim inglorie Rheſum mori,
Troiæ qui aduenit auxiliator.
CHO. Hæc non per ænigmata mala indicat.
Manifeſte enim loquitur, ſocios perijſſe.
AVR. Male actum eſt, & ad mala inſuper
Turpißime. namq; duplo maius malum hoc.
» Mori enim glorioſe quidem, quandoquidē moriendum eſt,
» Triſte quidem arbitror ei qui moritur. quid'ni enim?
» Sed iuuenibus gloria, & familiæ honor.
Nos uerò inconſulto & inglorie perijmus.
Ex quo enim nobis caſtra dedit ad pernoctandū Hectorea manus
Teſſera dicta, dormimus per campum iter facientes,
Labore uicti, neq; cuſtodiebatur exercitus
Vigilijs nocturnis. neq; in ordinibus
Poſita erant arma, & ſcuticæ non iugis
Equorum iunctæ erant. Cum rex audiuit

Vincentes

Vincentes uos, & aßidentes nauium
Puppibus. ſed male dormiuimus, cæſi.
Et ego ſolicito corde deſinens ſomno,
Equabus pabulum expectans matutinum,
Vt coniungerem ad pugnam copioſa menſura manu.
Video uerò duos uiros obambulantes noſtrum exercitum
Denſam per noctem. cum uerò motus eſſem ego,
Et formidine correpti ſunt, & receſſerunt retrò.
Minatus uerò ſum ipſis, ne accederent ad exercitum,
Fures exiſtimans ſociorum accedere aliquos.
Illi uerò nihil, non tamen noui ego plura.
Dormiui uerò digreſſus rurſus in cubile iterum.
Ibi mihi per ſomnum uiſio quædam adſtitit.
Equas enim, quas alui, & agebam aurigando
Rheſo aßiſtens uiditanquam ſomnium ratus,
Lupos inſediſſe robuſtum dorſum,
Verberantes uerò cauda pellis equinæ ſetas
Agitabant. ipſæ uerò ronchum emittebant ex repagulis
Iram ſpirantes, & reſiſtebant ex metu.
Ego uerò arcens beſtias excitor
Ab equabus. qui per noctem enim inuaſerat, excitabat metus.

Digitized by Google

642

Audio uerò sublato capite spirationes mortuorum.
Nam calidus torrens domini à iugulatione
Aspergit me, cum difficultate morientis sanguinis recentis.
Erectus uerò, surgo cum manu uacua hasta,
Et me gladium respicientem, & captantem,
Ferit assistens intimum in latus gladio
Vir ualidus. gladium enim sensi,
Ictus profundum sulcum uulneris postquam accepi.
Corruo autem in faciem, ipsi uerò currum equestrē
Accipientes equorum, abstulerunt fuga pedem.
Ah ah, dolor me domat, neq; amplius erectus stare possum miser.
Et calamitatem quidem uidi cernens. sed qua ratione
Mortui sint qui occisi sunt, non possum dicere,
Neq; ex qua manu. sed coniectare tamen
Licet, mala ab amicis nos passos esse.
CHO. O Auriga Thracensis, cui male res cessit,
Nihil dubites hostes feciisse hæc.
Hector quoq; ipse, qui calamitates resciuit,
Accedit, condolet autem ut par est tuis malis.
HEC. Quomodo ô qui maxima damna patrastis,
Accedentes uos hostium exploratores
Latent turpiter? & exercitus trucidatus est,
Neq; accedentes ad castra repulistis?

Neq;

Digitized by Google

Neq; abeuntes? Horum uerò quis dabit pœnam,
Præter te? te enim iam cuſtodẽ dico eſſe exercitus.
Abierunt uerò illæſi, Phrygum ignauia
Plurimum ridendo inſultantes imperatori mihi.
Bene nunc hoc ſcitote, Iupiter iuramenti teſtis ſit pater,
Aut terra Taurica, aut capitalis pœna
Manet te facientem hæc, aut Hectorem
Nihili eſſe & ignauum exiſtimate.
CHO. Io Io. magnum mihi magnum periculum
O tutelare imperium
Tunc uſuuenit, cum tibi nunciarem
Circa naues nocturnos ignes habere Græcorum exercitum.
Quoniam peruigil oculus in nocte
Neq; dormiuit, neq; torpuit.
Non per Simoentis
Fontes, ne mihi iraſcaris, ô rex.
Inculpatus enim ego omnium.
Si uerò procedente tempore præterquam oportuit
Facta, aut ſermonem audiueris,
Subtus terram me uiuentem demittito,
Non deprecor.
AVR. Quid iſtis minaris? et ipſe barbarus barbari
Animum ſubducere conaris meum, texens ſermonẽ.
Tu hæc feciſti. neminem ſuſcepiſſemus

Digitized by Google

Neq; qui mortui ſunt, neq; qui ſunt uulnerati,
Alium. prolixa tibi opus eſt & perita oratione,
Qua me perſuadeas, non amicos interfeciſſe,
Equorum amore ductos, propter quos ſocios
Tuos trucidas, plurimum obteſtatus aduenire.
Aduenerunt, mortui ſunt. decentius Paris
Hoſpitalem menſam dedecorauit, quàm tu, ſocios
qui interfeciſti.
Non enim quid dicere queas, quod quiſpiam Græco
rum accedens
Occiderit nos. Quis enim tranſgreſſus agmina
Troianorum, ad nos ueniſſet, ita ut latuiſſet?
Tu ante nos ſediſti, & Phrygum exercitus.
Quis igitur uulneratus eſt? quis occiſus eſt ſociorum
Tuorum, hoſtibus ut tu accedentibus dicis?
Nos uerò & uulnerati ſumus: qui uerò maius
Paßi ſunt, non cernunt ſolis lumen.
In ſumma, Græcorum neminem incuſamus.
Quis humi cubationes hoſtium per noctem
Rheſi inueniſſet, niſi quis deorum
Dixiſſet occiſoribus? Qui uerò aduenerunt,
Rem omnem nouerunt. Quare machinaris hæc?
HEC. Tam diu ſocijs utimur,
Quàm diu in hac terra Achaicus populus eſt.
Et ab ipſis nihil ſcio peccatum audiens.
In te uerò inciperemus. ne me amor capiat

Tantus

Tantus equorum, ut interficiam amicos.
Atq; hæc Vlyſſes. Quis enim alius
Fecit, aut conſultauit Argiuorum uir?
Metuo ipſum. & aliquo modo meam perturbat
mentem,
Ne etiam Dolonem obuiam ueniens interfecerit.
Diu enim iam abſens cum ſit, nuſquam apparet.
AVR. *Neſcio tuos, quos tu narras, Vlyſſes.*
Nos uerò ab hoſtium nullo uulnerati ſumus.
HE. *Tu ergo exiſtima iſta, quandoquidē tibi placet.*
AVR. *O terra patria. quomodo moriar in te?*
HEC. *Ne morere. ſatis enim mortuorum turba.*
AVR. *Quò uerò me uertam, heris deſolatus?*
HEC. *Domus te continens mea medebitur.*
AVR. *Et quomodo me curabunt ipſorum occiſo-*
rum manus?
HEC. *Ille iterum eundem ſermonem non deſinet*
loqui.
AVR. *Pereat quicunq; fecit. non enim in te pertinet*
Sermo, ut tu dicis. ſed iuſtitia nouit.
HEC. *Arripite, ducentes ipſum domum meam.*
Sic, ne quid conqueratur, deducite.
Vos uerò euntes, iis quibus in oppido neceſſe eſt,
Priamo & ſenibus indicate, mortuos
Sepelire iubere me publica ad diuortia.
CHO. *Cur nam fœlicitate ex magna*

Digitized by Google

646

Troiam ducit iterum in luctus
Fortuna, aliud quid ferens?
Ehem ehem, ô ô.
Quis supra caput Deus, ô rex,
Nuper domitum in manibus
Gestando ducit?
Metuo, cernens hanc cladem.
MV. Cernere est, ô Troiani. ego enim à sapientibus
Quæ color Musa, sororum una,
Adsum, filium hunc cernens miserabiliter charum.
Interfectum ab hostibus. Quem olim ille qui interfecit, post
Dolosus Vlysses dignam dabit pœnam.
Ialemo certo,
O fili, te lamentor. ô
Matris dolor, qualem
Appulisti uiam ad Troiam?
Certe inauspicatam & infœlicem,
Interdicente me, profectus es,
Et renuente patre uiolenter.
Heu mihi propter te. ô charum
Charum caput. Fili, eheu.
CHO. Quantum conuenit, non generis coniunctionem
Habenti tristitia tuum lugeo filium.
MV. Pereat quidem Oenei nepos.

Pereat

Pereat uero Laertiades,
Qui me orbam sobolis
Reddidit optimæ.
Et ipsa Helena, quæ relicta domo
Phrygiorum ad lectos nauigauit, succedens
Ilio. Perdidit enim te apud Troiam
O charissimi, infinitas uero ciuitates
Viris optimis desolauit.
MV. Profecto multum uiuus quidem, multum etiam
ad Plutonem profectus,
O Philammonis fili, meum læsisti animum.
Superbia enim, quæ te pessũ dedit, & Musarũ cõten
Parere me fecit hunc infœlicem filium. (tio
Transiens enim tum fluuiatiles fluxus,
Ad lectos acceßi Strymonis frondibus obtectos,
Cum uenimus eius terræ aureas glebas habentem ad
Pangæũ, instrumentis instructæ (montem
Musæ, ad maximam contentionem carminum
Cum illo sophista Thracensi, & excæcauimus
Thamyrim, qui nostram multũ conuiciatus est artẽ.
Et cum te pario, sorores reuerens,
Et uirginitatem, missi ad limpidi patris
Gurgites. Ad educandũ uero te, non ad mortales so-
Strymon tradit, sed fontanis puellis. (cos
Ibi educatus optime à uirginibus,
Thraciæ rex primus eras hominum, ô fili.

Et te quidem in terra patria, cruenta
Prælia armantem, non metui mori.
Troiæ uero interdixi urbem ne accederes unquam
Sciens tuum fatum sed te Hectoris
Nuncij, & innumeræ legationes
Persuaserunt subire, & auxilium ferre amicis.
Sed huius Minerua totius causa est cladis.
Nihil uero Vlysses, neq; Tydei filius
Fecit, faciens. ne existima latuisse.
Atqui ciuitatem tuam nos sorores colimus
Musæ maxime, & utimur terra,
Et mysteriorum arcanorum reuelationes
Docuit Orpheus, consobrinus cadaueris
Huius, cuius gratia occidi & Musæum tuum
Venerandũ ciuẽ, & qui ad summũ doctrinæ uirum
Venit, Phœbus sororesq; docuimus. (*unum*
Et horum mercedem filium gestans in ulnis
Lamentor. lamentandi peritum alium non inducam.
CHO. *Frustra sanè nos Thracensis imperator,*
Conuiciatus est, ô Hector, huic intendisse cædem.
HE. *Nouerã hæc. nihil deo opus fuerat, ad dicendũ*
Vlyßis dolo hunc perijsse.
Ego uero patriam obsedisse Græcorum exercitum
Cernens, cur non debuissem mittere amicis
Nuncios, ut uenirent, & auxilium ferrent terræ?
Missi, debens uero uenit ut laboraret unà mecum.

Minime

Minime tamen, quod occisus est, lætor.
Et nunc paratus sum huic etiam facere sepulchrum.
Et rogo comburere multarum uestium apparatum.
Amicus enim qui uenit, discessit infœliciter.
MV. Non uadit terræ in concauum solum.
Tantùm sponsam inferorum orabo
Frugiferæ filiam Cereris deam,
Animam remittere huius. debitrix uero est mihi,
Orphei ut ueneretur amicos.
Et mihi quidem tanquam mortuus, & non cernens lucem
Exit in posterum. non enim posthac ipsum unquam
Neq; accedet, neq; matris uidebit corpus.
Celatus uero in antris huius argentiferæ terræ,
Deus mutatus ex homine erit uidens lucem,
Bacchi sacerdos, quiq; Pangæi saxa
Habitauit, uenerabilis peritis deus.
Ratum uero luctum marinæ deæ
Fero. mori enim etiam filium illius fatatum est.
Threnis uero sorores primũ quidẽ te celebrabimus,
Deinde Achillem filium Thetidis in luctu olim.
Non liberabit ipsum Pallas, quæ te interfecit,
Huiusmodi pharetra Apollinis seruat telum.
O quæ proueniunt ex procreatione liberorum cala- «
mitates mortalium.
Quoniam quicunq; uos non perperam reputat, «

Orbus

Digitized by Google

Orbus uitam deget, neq; parens ſepeliet liberos.
CHO. Iſte quidē iam matri ad parentandū curæ eſt.
Tu uero, ſi quid facere præſentium uis,
O Hector, licet. lumen enim diei hoc eſt.
HE. Abite, ſocios armari quàm celerrimè
Iubete, implete ceruices equorum bigis.
Laborib. uero intentos conuenit expectare Tyrrhe-
Tubæ ſonitum. quoniam ſuperans exercitū, (ne
Et muros Achiuorum, nauibus ignem iecturum
Confido, & Troianis diem liberam
Radios accedentes ſolis afferre.
CHO. Pareto regi. eamus armis
Armati, & ſocijs
Hæc dicamus. mox utiq; uictoriam
Dederit dēus, qui nobiſcum eſt.

RHESI FINIS.

Digitized by Google

EVRIPIDIS
Troades.

ARGVMENTVM.

POst Ilium deuastatum, uisum est & Palladi & Neptuno Græcorum exercitum perdere: hoc quidē beneuolente ciuitati, propterea quod author fuit constructionis: illa uerò odio habente Græcos, propter Aiacis in Cassandrā iniuriā. Græci interim sortiti sunt captiuas mulierū ijs enim qui in imperio fuerunt, dederunt Agamemnoni Cassandrā, Andromachen uero Neoptolemo: sed Polyxenam Achilli. Hanc itaq; ad sepulchrū eius mactarunt. Astyanactem uerò de turri proiecerunt. Helenam uero tanquam interfectrix Menelaus abduxit. Agamemnon autem Cassandrā uatem in uxorē duxit. Hecuba uero Helenam quidem accusans, occisos autem & lamentans & deflens & parentans, ad Vlyssis ducta est tentoria, huic ut seruiret addicta.

PERSONAE.

Neptunus
Minerua
Hecuba
Chorus captiuarū Troadum
Talthybius
Cassandra
Andromache
Menelaus
Helena.

Digitized by Google

EVRIPIDIS

PRAEFATVR NEPTVNVS.



Desim relinquens Aegeam salsam
Profunditatem
Ponti, Neptunus, ubi Nereidum
chorus
Pulcherrimũ uestigiũ rotat pedis.
Ex quo enim circa hanc Troianam terram
Phœbus & ego, lapideas turres in circuitum
Directis posuimus regulis, nunquam ex animo
Beneuolentia dempta est meo Phrygum ciuitatis.
Quæ nunc fumat, & ab Argiuo bello
Perijt deusstata. etenim ex Parnasso
Phocensis Epeus, arte Palladis
Grauidum equum armis conglutinans,
Turres misit intra exitialem molem.
Vnde à posteris uocabitur
Dureus equus, occultam continens hastam.
Deserta uero sunt nemora, & deorum templa
Cæde madent. ad sedes uero septorum
Cecidit Priamus Iouis Hercei mortuus.
Multa autem uis auri, & Phrygia spolia
Ad naues Græcorum mittuntur. expectant uero
Secundum uentum, ut decima sementi tandem
Vxores & liberos aspiciant lubentes,
Qui hanc obsederunt Græci ciuitatem.
Ego uero (uincor enim ab Argiua dea

Iunone

Iunone & Pallade, quæ communi opera perdiderũt
Phrygas)
Relinquo inclitum Ilium, & meas aras.
Solitudo enim ciuitatem ubi occupauerit mala,
Frigent res diuinæ, neq; coli uolunt.
Multis uero eiulatibus captiuarum
Resonat Scamander, dominos sortientium.
Et has quidem Arcadicus, alias Thessalicus populus
Per sortem accepit, Athenienſium uero Theseidæ
propugnacula.
Quotquot uero sorti non sunt subiectæ ex Troianis,
sub tecto
Hoc sunt principibus electæ
Exercitus. cum ipsis Laconica Tyndaris
Helena, deducta captiua optimo iure.
Hanc miseram, hanc si quis aspicere uelit,
Adest Hecuba, prostrata ante portas,
Lachrymans plurimum, & pro multis.
Cui filia quidẽ iuxta monumentũ Achillei sepulchri
Miserabilis mortua est misere Polyxena.
Perijt etiam Priamus, & filij. quam antea
Dimiserat integram Apollo furentem numine Cas-
sandram, Rex
Dei ipsius relinquens pietatem,
Ducit uiolenter illegitimis Agamemnon nuptijs.
Sed ô quondam beata uale mihi ciuitas,

Et

Et politæ turres. nisi te perdidisset
Pallas Iouis filia, stares adhuc.
MIN. Licet genere quidem proximum à patre,
Magnumq; deum, inter deosq; uenerandum,
Soluentem inimicitiam quæ antea fuit, alloqui?
» NEPT. Licet. Cognatorum enim colloquia,
» O regina Minerua, reconciliatio non parua mentis.
» MIN. Laudo iras placabiles. affero uero tibi
Communia & mihi in medium consilia, ô rex.
NEPT. Num ex deorum quopiam annuncias communem sermonem?
Aut à Ioue, aut à dæmone quopiam?
MIN. Non. uerum propter Troiam huc uenimus.
Ad tuam deuenio potentiam, ut communem capiã:
NEPT. An ne iam inimicitiam hactenus habitam ex
puens, nunc
Ad miserationem ueneris igne combustæ?
MIN. Illuc primum redi. conferes consilia,
Et præstabis cõmunem operã, quæ ego facere uolo?
NEPT. Maxime. sed tamen & tuum consilium cupio scire,
Vtrum propter Græcos ueneris, aut Phrygas.
MIN. Antea quidem hostes Troianos exhilarare uolo,
Exercitui uero Græcorũ reditũ immittere acerbũ.
NEPT. Cur sic transilis aliàs in alios mores?

Odisti

Odisti nimis, & amasti, quemcunq; nacta fueris.
MINER. Nescis læsam me, & templa mea?
NEPT. Noui, quando Aiax traxit Cassandram per uim. (diuit.
MINER. Et nihil ab Achiuis passus est, neque au-
NEPT. At qui depopulati sunt Ilium tua potentia.
MINER. Ideo certe ipsos unà tecũ uolo afficere male.
NEPT. Parata quæ uis, quantũ in me situ est. sed quid
MIN. Inaus[illegible]tũ ipsis reditũ injicere cupio. (ages?
NEPT. In terra manentibus, aut per salsum mare?
MINER. Cum domum nauigabunt ab Ilio,
Ibi Iupiter quidem imbrem & grandinem immensam
Mittet, & caliginosa ætheris flamina.
Mihi uero daturum dixit ignem fulmineum,
Ad feriendum Græcos, & naues comburere igne.
Tu uicissim tuam operam præstato, Aegeum transitũ
Decumano fluctu frementem, & uorticibus maris.
Impleto cadaueribus cauos Euboeæ secessus,
Vt in posterum mea templa colere
Discant Græci, deosq; alios obseruare,
NEPT. Erunt hæc. beneficium enim non tardis ser-
monibus
Opus habet. perturbabo pelagus Aegei maris.
Littora uero Myconi, Deliacaq; saxa eminentia,
Et Scyrus, & Lemnus, & Capharea iuga,
Multorum mortuorum corpora habebunt cadauerũ.

T Sed

Sed i ad Olympum, & fulminea iacula
Capiens patris ex manibus, expecta,
Quando exercitus Argiuorum soluerit oram.
» Stultus autem mortalium, quicunq; deuastat ciuitates
» Et templa, & sepulchra sacra mortuorum
» Solitudini dans, ipse pereat in posterum.
CHO. O regina infœlix, à solo caput
Sustolle cerui cem, non amplius Troia
Hic est, & reges sumus Troiæ.
Commutata fortuna, sustine.
» Nauigato secundũ uadũ, nauigato secundũ fortunam.
» Neq; inhibeas proram uitæ
» Secundum fluctum nauigans fortunæ.
HECV. Ac, æ, æ, æ.
Quid enim non adsit mihi miseræ ingemiscendum?
Cui patria perijt, & liberi, & maritus.
Cui magna superbia, cum recenserentur
Liberi, quam nihil eras sanè?
Quid me conuenit tacere? quid non silere?
Quid me lamentari? infœlix ego propter infœlicem
Membrorum situm, ut disposita sum,
Nunc q; in pectoribus lecto strata.
Hei mihi propter caput, hei mihi propter tempora,
Et latera, ut mihi desidei ium circumagere,
Et tradere dorsum, & spinam
Ad utrumq; parietem carminum,

Ad

Ad perpetuum modum lachrymarum.
Nam hæc modulatio miseris
Noxas resonat, lugubri choro celebrandas.
Proræ nauium ueloces
Ilium ad sacram, quæ remigatione
Per mare purpureum, &
Bonos portus Græciæ habentes
Tibiarum Pæani tristi,
Fistularumq; sonoro sonu
Apparentes, nobilem Aegypti
Nauigandi scientiam in altum tollendo repræsenta-
Ac, æ, Troiæ in sinu (stis.
Menelai reducentes
Inuisam coniugem, Castori dedecus,
Et Eurotæ ignominiosam, quæ iugulat quidem
Quinquaginta seminatorem filiorum
Priamum, meq; miseram Hecubam
In hanc detrusit calamitatem,
Hei mihi sedium, in quibus sedeo,
Tentorijs incidens Agamemnonijs.
Serua uero agor anus è domo,
Tonsura nasili lugubri
Caput deturpata miserabiliter.
Sed ô ferreas hastas habentium Troianorum
Vxores miseræ, & uirgines, & inauspicatæ sponsæ,
Fumat Ilium. lamentemur.

Τέρψιλοι Ἴλιον. T 2 Mater

Me uero, ueluti quædam uolucribus clangorem
Auibus, ita exordiar ego
Cantilenam, non eandem, qualem olim iam
Sceptro Priami innixa,
Pede præsultore ictu Phrygio
Celebri exorsa sum deos.
CHO. O Hecuba, quid clamas, quid uociferaris
Per atria istos quos lamentaris,
Per pectora metus penetrat,
Troianis, quæ intra has ædes
Seruitutem deplorant.
HEC. O filiæ Argiuorum, apud naues
Iam mouetur remis instructa manus.
Hei mihi miseræ. quid uolunt? an iam me miseram
Nauigatione abducent à patria terra?
CHO. Nescio. sed coniecto infortunium.
Io Io. miseræ subibimus labores,
Troades, extra cum efferimur patriam.
Ornant Argiui abitum.
HEC. He, he. ne nunc mihi furens
Cassandra mittatur foras,
Dedecus Argiuis mænas, supra dolores dolebo
Io Troia Troia infœlix perijsti,
Infœlices uero qui te reliquerunt,
Et uiuentes & mortui,
CHO. Eheu, trepida tentoria reliqui

436. ad principio.

Agamemnonis, audiens
Regina te, ne lata sit me
Sententia Argiuorum occidere miseram.
An secundum puppim iam nautæ
Parant mouere remos?
HEC. *Mea filia excitata anima,*
Consternata huc ueni per horrorem.
Iam aliquis uenerit Græcorum nuncius,
Cui addicta sim serua infœlix.
CHO. *Prope nimirum posita es sortem.* HEC. Io Io.
CHO. *Quis me Argiuorum, aut ex Phthioticis,*
Aut insularibus habebit regionibus,
Infœlicem procul à Troia? heu heu.
HEC. *Cui nam ego infœlix, ubi nam terrarum*
Seruiam anus, tanquam uespa,
Misera cadaueris forma.
Mortuorum debilis pro foribus?
Quæ liberorum nutricios
Principales habui honores.
CHO. *Eheu quibus querelis*
Tuum infortunium recensere potes?
HECV. *Non Idæis telis radium*
Varians permutabo,
Iuuenilia liberorum corpora uidebo,
Iuuenis ipsa labores habebo leuiores,
Aut coniugijs admota Græcorum.

Digitized by Google

Pereat ipſa nox, et deus,
Aut Pirenes aquatura,
Miniſtra miſera
Venerandarum aquarum ero.
CHO. Ad inclitam utinam ueniamus
Theſei fertilem regionem.
HECV. Neq; iuxta latices Eurotæ,
Inuiſiſsimam famulam Helenes,
Illic obuiam me exhibebo Menelao ſeruam,
Troiæ deuaſtatori.
Penei ſacram regionem,
Radices Olympi pulcherrimas,
Diuitijs grauidam eſſe, per famam audiui,
Vbericq; prouentu fructuum.
Secunda autem uice mihi poſt ſacram
Theſei fertilem regionem,
Etiam Aetneam Vulcani
Phœniciæ oppoſitam regionem,
Siculorum montium matrem audio
Prædicari, & propter coronas uirtutes.
Quæ proximè pertingit terram,
Ionium nautæ pontum.
Quam irrigat pulcherrimus,
Qui flauos crines facit ruſſos,
Cranthis, fertilibus riuis alens,
Quæ abundat fortibus uiris fertilem faciens terram.

CHO.

Digitized by Google

CHO. Atqui Græcorum hic ab exercitu,
Præco nouorum sermonum expositor
Accelerans.
Seruæ enim quidem
Terræ iam.
TAL. O Hecuba, crebras enim nouisti me Troiam
Venientem, præconem ab Achaico exercitu, (uias
Notus uero etiam ante tibi, mulier,
Talthybius adsum, communem annuneiaturus ser-
monem.
HEC. Hoc illud est, ô charæ Troades, quod mihi me-
tus fuit dudum.
TAL. Iam sorte ductæ estis, si hoc metuistis.
HECV. Ae, æ, quam aut Thessaliæ ciuitatem, aut
Phthiadis dixisti, aut Cadmeæ terræ?
TAL. Viritim singulæ, neq; simul omnes sortitæ estis.
HECV. Quem nã, quẽ sortita sum? quem fors beata
Iliacarum manebit?
TAL. Noui. sed singula interroga, non omnia simul.
Meam uero quis per sortem accepit filiam,
Dic miseram Cassandram? (rex
TAL. Munere honorario ipsam accepit Agamemnon
HECV. An sponsæ Lacedæmoniæ seruam?
Io, hei mihi.
TAL. Non, sed lectorum ad legitimas nuptias.
HEC. An istam Phœbi uirginẽ? cui primũ auricomus

Digitized by Google

Dedit, cœlibem uitam.
TAL. Amor inuasit eum diuinæ puellæ.
HECV. Abijce ô filia diuinas
Coronas, & à corpore
Impositorum sertorum & sacros ornatus.
TAL. An non magnum, ei regios thoros assequi?
HECV. Quid uero nuper à me
Accepistis? filiam ubi mihi?
TAL. Polyxenam dixisti? aut de qua interrogas?
HEC. Hanc ipsam, cui sors addixit?
TAL. Tumulo constituta est ministrare Achillis.
499. —— HECV. Me miseram, sepulchro ministram peperi?
Sed quæ nam hæc fuit lex, aut
Qui ritus hic est, ô amice, Græcorum?
TAL. Beatam prædicato filiam tuam, bene habet.
HEC. Quid hoc dixisti? num mihi solem uidet?
» TAL. Habet mors ipsam, itaq; liberata est à malis.
HECV. Et quid caßidem ferream habentis
Hectoris uxor Andromache misera,
Quam habet fortunam?
TAL. Et hanc Achillis accepit filius, electã ex alijs.
HEC. Ego uero cui ancilla addicta sum? errabunda
Manu egens bacillo,
Senili capite.
THAL. Ithacæ Vlyßes sortitus est rex, ut seruam te habeat.

HECV.

Digitized by Google

HEC. He, he. percute caput rasum,
Lacera unguibus geminas genas.
Hei mihi. Inuiso & fraudulento per sortẽ addicta sum
Viro seruire
Hostili, ius & æquum
Iniquo modo tractat.
Qui omnia huc illuc contraria iterum
Illuc duplici lingua,
Charissima quæq;
Præfert omnibus.
Lugete ô Troades me,
Perij infœlix, disperij
Ego misera, quæ infœlicissimæ addicta sum sorti.
CHO. Tuam sortem nouisti, ô ueneranda. sed meas fortunas
Quis Achiuorum, aut quis Græcorum habet?
TAL. Ite, deducere huc Cassandram necesse est
Quàm primum famuli, ut imperatori
In manus tradens ipsam, deinde sortitas
Etiam alijs captiuas eligam.
Ehem, quod piceæ intus ardet iubar?
Succendunt, aut quid faciunt, Troades penetralia?
Vt quæ iam abducentur ab hac terra
Ad Argos, ipsarum accendunt corpora
Mori uolentes? nimia libertas
In huiusmodi periculis, periculose affert mala.

Aperi aperi, ne quod illis commodum est,
Aduersum uero Græcis, in me culpam conferat.
490. HEC. Non est. non se succendunt, sed filia mea
Bacchans, curribunda huc uenit Cassandra cursu.
CASS. Sustolle, præbe lumen.
Fero, colo, succendo
Facibus hoc sacrum.
O Himenæe rex,
Ecce, ecce, fœlix ipse sponsus.
Fœlix uero ego per Argos nupta.
Hymen, Hymenæe rex.
Quoniam tu mater lachrymis, &
Luctibus occisum
Patrem & patriam
Charam deploras,
Ego ob nuptias meas
Succendo ignem
Ad splendorem, ad nitorem.
O Hymenæe tibi uirginum ad connubia
Dans, ô Hecate ob hasce faces.
Virginum ad connubia, quatenus fas est,
Subijce pedem aërium.
Constitue chorum, euan, euæ.
Quoniam patris mei propter beatissimam fortunam,
Hic chorus sanctus est. age tu Phœbe nunc,

In

In tuo lauro
Templo operor.
Hymen, ô Hymen, Hymen.
Choream ducito ô mater, salta, sustolle pedem tuum,
Circumage ea quæ istuc unà mecum pedes attinent,
Agitans gratissimum gressum.
Acclamate auspicatè Hymenæum, ô
Fœlici cantu,
Et uociferatione me sponsam.
Ite ô pulchros peplos habentes Phrygum
Virgines, cantate meas nuptias,
Ex fatis destinatum meo cubili maritum meum.
CHO. O regina, bacchantem non capies filiam,
Ne leuem tollat gressum ad Argiuorum exercitum?
HEC. O Vulcane, præfers faces quidē in nuptijs mortalium,
Sed amaram sanè hanc concutis flammam,
Et extra spes magnas. Eheu filia,
Vt nunquam sub armis, neq; sub Argiua hasta
Nuptias celebrari has existimaui.
Da mihi lumen. non enim erecte ignem fers,
Furens, numine agitata. neq; te calamitates ô filia
Modestam reddiderunt, sed adhuc in eodem manes.
Adfer tepiceas, & lachrymas commutate
Istis huius carminibus ô Troades nuptialibus.
CAS. O mater, ornato caput meum uictoriosum,

Et

666

Et gratulare meis regijs nuptijs,
Et deduc quoq;,et si ego non prompta fuerim,
Trude uiolenter.non enim est Apollo.
Helenes ducit me infœlicioribus nuptijs,
Achiuorum ille inclitus Agamemnon rex.
Interficiam enim ipsum,& deuastabo domum,
Pœnas fratrum & patris accipiens mei,
Et cætera omittam.securim non commemorabo,
Quæ in iugulum meum ibit,& aliorum.
Et parricidia certamina,quæ meæ nuptiæ
Facient,domorumq; Atrei subuersionem.
Et hanc ciuitatem faciam fœliciorem
Quàm Græcos.desistam à furore.
Qui propter unam mulierem,& unam ciuitatem
Captantes Helenam,innumeros amiserunt,
Ipse uero imperator ille sapiens,pro inimicis
Charissima amisit, gaudia domestica
Liberorum fratri dans propter mulierem,
Idq; sua sponte,neq; per uim abductam.
Post quam uero ad ripas uenerunt Scamandri,
Oppetierunt,non terræ finibus freti,
Neq; altis turribus munitæ patriæ.
Quos uero Mars sustulit
Non filij uiderunt eos,non uxoris in manibus
Vestibus ornati sunt,sed in peregrina terra
Iacent res domesticæ,istis similes sunt.

Et

Et uiduæ moriuntur. qui uero liberis carent domi,
Alijs liberos nutrientes, neq; apud sepulchra
Est qui ipsorum corpora terra donet.
Certe hoc præmio hic exercitus condignus.
Reticere melius turpia. neq; Musa mihi "
Sufficeret cantatrix, quæ caneret mala. "
Troiani uero primo quidem, quod maxima est gloria,
Pro patria moriuntur. quos bellum sustulit,
Mortui domum lati ab amicis,
In terra patria sepulchra adepti sunt,
Manibus cooperti à quibus conueniebat.
Quotquot uero non occisi sunt in prælio Phrygum,
Semper per totam diem cum uxore & liberis
Habitabant, Græcis quæ defuerunt gaudia.
Sed Hectoris mors te offendit, audi ut se res habeat.
Habitus uir fortissimus, abijt mortuus.
Idq; Græcorum præsentia effecit.
Si mansissem domi, fortis existens, latuisset.
Paris porro duxit Iouis filiam, si non duxisset
Tacitam gloriam habuisset domi.
Itaq; fugiendum est bellum, quicunq; sapiens est, "
Si uero huc uenerit, gloria non turpis patriæ, "
Fortiter perire: non fortiter uero, ignominiosum est. "
Propter quæ, ô mater, non cõuenit lamẽtari te patriã,
Aut mea connubia. inimicissimos enim mihi,
Et tibi, nuptijs meis pessundabo.

CHO.

Digitized by Google

CHO. Quàm ſuauiter mala domeſtica rides,
Et canis, quæ cantans, non certa oſtendes fortaſſe.
TAL. Niſi te Apollo dementaſſet animo,
Non ſanè impune meos imperatores
Huiuſcemodi infamijs proſequereris ex hac terra.
" Sed potentia, & ſecundum opinionem ſapientia,
" Nihil præſtant ſanè rebus tenuibus.
Maximus enim omnium Græcorum rex
Atrei charus filius, huius amorem præ alijs electum
Furentis ſuſtinuit. & pauper quidem ſum ego,
Sed connubium huius nunquam mihi comparārem.
Et tibi quidem, non enim tibi conſtas animo,
Argiuorum conuicia & Phrygum laudes
Ventis ferri concedo. ſequere ucro me
Ad naues, pulchrum coniugium imperatori.
Tu uero, quando te Laërtis peticrit filius
Abducere, accede. pudicæ uero eris ſerua
Mulieris, ut dicunt, qui uenerunt ad Ilium.
CASS. Profectò hic famulus officioſus. Quod nam habent nomen
" Præcones unum? Odium publicum hominibus,
" Qui apud principes ſunt & ciuitates miniſtri.
Tu meam ais matrem in Vlyßis
Venturam domum? ubi ſermones eſſent Apollinis,
Qui dicunt ipſam, per me interpretati,
Hic morituram? Cætera uero non exprobrabo.

Infœlix,

Infœlix, non nouit qualia ipſum maneant ad patien-
dum.
Quoniam aurum ipſi mea & Phrygum mala
Videbuntur olim eſſe. decem enim exhauſtis annis,
Ad iſtos quos hic egit, redibit ſolus in patriam.
Vbi ſanè æſtum reciprocum habitat monſtrum,
+ Periculoſa Charybdis, crudiphagus montanus
Cyclops, & Liguſtica ſuum transformatrix
Circe, & maris triſtia naufragia,
Lotiq; amores, Soliſq; ſacræ boues,
Quæ carnem uocalem emittent olim,
Acerbam Vlyßi uocem. Vt breuiter dicam,
Viuus ibit ad Plutonis. & effugiens lacus aquam,
Mala domi innumera inueniet reuerſus.
Sed quid Vlyßis eloquor labores?
I, quàm primum ad Orcum, ut ſponſo nuptum de-
mur
Profectò cum malus ſit, male ſepelietur nocte, ne-
que die.
O qui exiſtimas res egregias conficere Græcorum im
perator,
Et me ſanè cadauer ualles, nudamq; iectam
Aqua torrenti fluentes ſponſi prope ſepulchrum,
Beſtijs dabunt dilacerandam me Apollinis ſacerdotē.
O ſerta chariſſimi mihi deorū, ornamenta diuina,
Valete, relinquo feſta, quibus antea delectabar.

Ite

Ile à meo corpore dilacerationibus. quoniam adhuc
existens immaculatum corpus, (rex.
Do uelocibus uentis ferre tibi. hæc uaticinata sum, ô
Vbi scapha imperatoris? quò tandē ascēdere oportet?
Non certe euitabis uentum uelis expectans,
Quin unam trium furiarum ex hac me abductura sis
terra.
Vale mihi mater, ne lachrymes ô chara patria,
Et qui infra terram estis fratres, & qui genuit nos
pater,
Breui accipietis me. Veniam uero ad mortuos uictrix,
Et domos deuastans Atridarū, à quibus nos perijmus.
CHO. Hecubæ senis ô custodes, non uidetis
Reginam, ut muta in terram labitur?
Non uicissim accipietis? an negligetis? ô ignauæ,
Anum collapsam sustollite erectam iterum.
HECV. Sinite me, nequaquam grata mihi, quæ gra-
ta sunt, ô puellæ,
Iacere collapsam. casibus enim digna
Patior, & passa sum, atq; in posterum patiar.
» O dij, non propitios inuoco auxiliatores,
» Sed tamen plausibile est inuocare deos,
» Cum quispiam nostrūm infœlicem fortunā acceperit.
Primum itaq; mihi bona eloqui placet.
Malis enim maiorem miserationem addam.
Fuimus reges, & in regnum nupsi,

Atq;

Atq; ibi præstantißimos genui liberos,
Non numero quamuis, sed præstantißimos Phrygũ.
Non Troiana, neq; Græca, neq; barbara
Mulier pariens iactare poterit unquam.
Et illos uidi marte cæsos Græcanico,
Et capillos abscui hosce ad tumulum mortuorum.
Et ipsum plantatorem Priamum, non ab alijs φυτηγὸν πλάτου.
Audiens desleui, hosce uerò uidi oculis
Ipsa, occisum ad Hercei aram,
Ciuitatem pereuntem. quas uerò educaui uirgines,
Ad dignitatem nuptiarum eximiam,
Alijs educans ex manibus amisi.
Neq; ab illis spes est quod uidear,
Et ego ipsa illas nunquam uidebo posthac.
Suprema uerò pinna miserorum malorum,
Serua mulier anus in domus ueniam.
Quæ uerò senecluti huic maxime conueniunt,
Istis me addent, aut ianuarum ancillam
Claues seruare, genitricem Hectoris:
Aut pinsere, & humi cubilia habere,
Rugosis dorsis regijs ex lectis,
Laceras circa squalidum inducta corpus
Peplorum rupturas, reprobas diuitibus gestare.
Me miseram, propter nuptias unius unicas
Mulieris, in quæ incidi, & quæ consequar?
O filia, ô Baccho agitata Cassandra, dijs,

Digitized by Google

Quibus soluisti calamitatibus castitatem?
Tuq; ô misera, ubi nam es Polyxena?
Quoniam neq; me masculus, neq; fœmella propago,
Cum multi fuerint, miseram me iuuat.
Quid nam me sustentatis? quaspe
Ducitis mollem dudum in Troia pedem,
Nunc uerò existentem seruum, ad thoros humistra-
Et saxosa pulmonaria, ut prolapsa peream (tos,
» Lachrymis macerata? Ex fœlicibus
» Neminem existimate beatum esse, antequam moria-
CHO. De Ilio mihi, ô (tur.
Musa nouorum hymnorum
Canta in lachrymis
Odam conuenientem.
Nunc enim carmen in Troiam cantabo,
Quadrupede quomodo à iumento
Argiuorum perierim,
Misera bello capta.
Quando reliquerunt equum, cœlitus
Frementem, aureis phaleris ornatum, intus armatũ
Ante portas Græci.
Exclamauit uerò populus
Troadis, à petris constitutus.
Ite ô defuncti laboribus,
Hoc sacrum subducite simulachrum
Iliacæ Iouigenitæ Palladi.

Quis

Quis non iuit iuuenum?
Quis non ſenex ex domibus?
Exhilarati uerò cantilenis,
Fraudulentam apprehendunt noxam.
Omnes Phryges
Ad portas proruerunt.
Cum facibus,
Politas inſidias Argiuorum
Dardaniæ noxam deæ daturi,
Gratiam liberi immortalis equi.
Connexæ uerò ntachinis
Lapideis nauis ueluti
Scapham nigram in templa
Lapidea, & templa cruenta patriæ
Palladis poſuerunt deæ.
Sed à labore & feſtiuitate,
Nocturnum crepuſculum aderat,
Lybicaq; tibia reſonabat,
Et Phrygiæ cantiones. Virgines uerò
Cum ſublimi plauſu pedum,
Et cantione canebant læta. in
Domibus uerò illuſtre iubar
Ignis obſcurum nitorem
Reddebat ſub ſomno.
Ego uerò monticolam
Tum temporis in atrijs uirginem,

Digitized by Google

Iouis filiam Dianam,
Cantabam choreis.
Letalis ibi paßim per ciuitatem
Vociferatio, occupabat Pergamorum
Sedes. Infantes autem chari circa
Veſtes iniecerunt matri manus
Conſternatas. Ex inſidijs
Verò egrediebatur Mars,
Virginis opera Palladis.
Cædes uerò circa aras
Phrygum, & in cubilibus. ἐν δὲ δεμνίοις
Letalis ſolitudo iuuenum, κἀπάλοχος ἐρημία νεαν-
Coronam aſſerebat Græciæ altrici iuuenum,
Phrygum patriæ dolores.
CHO. O Hecube, uides hanc Andromachen
Peregrino in uehiculo aduehi?
Ponè agitationem uerò mammarum ſequitur
Charus Aſtyanax Hectoris filiolus.
HEC. Quo nam in uehiculi alueo ueheris
Infœlix mulier, quæ aßides ferreis
Hectoris armis, & ſpolijs Phrygum
Bello captis?
Quibus Achillis Phthiotes filius
Coronabit templa de Troia?
AN. Achiui heri me ducunt. HEC. Hei mihi.
AN. Quid Pæana meũ ingemiſcis? HEC. Ai, ai, a, a.

AN.

AN. Propter dolores. HEC. Io Iupiter.
AN. Propter calamitatem. HEC. ô filij.
AN. Dudum fuimus.
HEC. Perierunt diuitiæ, perijt Troia. AN. Infœlix.
HEC. Et meorum nobilitas filiorum. AN. Heu heu.
HEC. Hem propter mea. AN. Mala. HEC. Miseranda calamitas.
AN. Ciuitatis. HEC. Quæ fumat. AN. Redeas ô marite mihi.
HEC. Inclamas mortuum filium meum, ô misera.
AN. Tuæ uxoris propugnaculũ. HEC. Tuq; ô exuuium Græcorum,
Filiorum olim nostrorum antique sator Priame,
Defer me ad inferos. CHO. Hæc desideria ingentia sunt.
HEC. Nociuos istos patimur dolores.
CHO. Pereunte ciuitate. doloribus uerò dolores im- «
minent,
Lætitia deorum. «
Tuus uerò filius effugit Plutonem,
Qui propter nuptias tristes
Perdidit Pergama
Troiæ. Cruenta uerò deam
Iuxta Palladem corpora mortuorum
Vulturibus ferre porrecta sunt.
Iuga uerò perfecit seruilia Troiæ.

Digitized by Google

— ὁ θανὼν δ' ἐστὶ πλεῖστα δὴ πόνων ἀπήμων.
" ὡς νῦν δάκρυα τοῖς μακρὰν πεπονθόσιν, / θρήνων τ'
ἀοιδοί, μέτεσθ', ἀλύπως ἔχω. →.

676

HEC. O patria, ô misera,
Desertam te lachrymo.
CHO. Nunc finem miserabilem uides.
HEC. Et ego domum, ubi enixa fui.
CHO. O filij, uasta ciuitas. mater
Deseritur uestra.
HEC. Qualis hymnus funestus, & quales dolores
Et lachrymæ ex lachrymis funduntur,
Nostris domibus. Is qui mortuus est,
Non sencit dolores illachrymabilis.
// CHO. Quàm suaue afflictis hominibus lachrymæ,
" Lamentationumq; fletus, & Musa quæ tristitias con
tinet.
AN. O mater uiri, qui olim Græcorum hasta
Plurimos perdidit, Hectoris, hæc aspicis?
" HEC. Video uim deorum. quod hæc quidem extol
lunt sursum
" Quæ nihili sunt, eximia uerò perdiderunt.
AN. Agimur præda cum filio. nobilitas uerò
Ad seruitutem uenit, mutationes tantas habens.
" HEC. Vis necessitatis grauissima est, modo à me
Abijt auulsa Cassandra per uim.
AND. Eheu, alius quispiam Aiax, ut apparet, se-
cundus,
Filiæ apparuit tuæ. labor as uerò etiam in cæteris.
HEC. Quorum neq; modus, neque numerus est mihi

Malorum

Malorum. malorum enim in conflictationem res deuenit.
AN. Mortua tibi est filia, ad tumulum Polyxena,
Mactata Achillis donum exanimi cadaueri.
HEC. Me miseram. hoc illud mihi dudum
Talthybius ænigma obscurè dixit manifestum.
AN. Vidi ipsam ego ipsa, & descendens ex istis uehiculis
Velaui peplis, & recondidi cadauer.
HEC. Ae æ filia, tuæ impiæ cædis.
Eheu iterum atq; iterum, quàm male perijsti.
AN. Perijt, utcunq; perijt. Sed tamen quàm ego
Quæ uiua sum, sanè perijt fœliciore fato.
HEC. Non idem, ô filia, uita, cum morte. "
Esse enim mortuum nihil est, uitæ uerò insunt "
spes.
AN. Audi, ut tibi oblectationem inducam animo.
Nihil esse, simile morti dico, "
Quàm uerò uiuere calamitosè, melius est mori. "
Dolet enim nihil malorum sentiens. "
Qui uerò beatus fuit in infortunium collapsus, "
Animo discruciatur, propter priorem fœlicitatem. "
Illa uerò pariter tanquam non uiuens "
Mortua est, & nihil nouit suorum malorum. "
Ego certe periculis exposita, & gloriæ
Adepta bonam partem, fortuna deiecta sum.

Digitized by Google

Quæ enim mulieribus modesta habentur,
Eadem elaboraui Hectoris in domo.
Primum enim, ubi & si adfuerit, & si non adfuerit
Infamia mulieribus, hoc ipsum conciliat
Infamiam, quæ domi non manet.
Huius omittens desiderium manssi domi
Et intra atria. Peritis mulierum uersibus
Non utebar, sed mentem præceptorem
Domesticum habens probam, satisfaciebam mihi.
Linguæ uerò silentium & placidum uultum marito
Exhibui. noui præterea, in quibus me oportebat uincere maritum,
Et illi uictoriam in quibus conueniebat concedere.
Atq; horum fama ad exercitum Græcanicum
Perueniens perdidit me. ex quo enim capta sum,
Achillis me filius uoluit accipere
Vxorem. seruitutem uerò seruiam, ipsorũ qui propriis manibus occiderunt maritum in domibus.
Et siquidem repudians Hectoris charum caput,
Erga præsentem maritum explicauero animum,
Improba uidebor mortuo. porrò hunc
Odio habens, à meis heris odio habebor.
» Atqui dicunt, quod una nox resoluit
» Inimicitiam mulieris erga uirum.
» Abominor eam, quæ maritum priorem
» Nouis lectis reijciens, alium amat.

— μῦθοι λέγουσιν, ὡς μία συρροὴ νυκτὸς Neq;
τὸ δυσμενὲς γυναικὸς ἐς ἄνδρὸς λέχος.
ἀπέπτυσ' αὐτὴν, ἥτις ἄνδρα τὸν πάρος
οἷσι λέκτροις ἀπωθεῖτ', ἄλλον φιλεῖ.

Digitized by Google

Neq; enim equa, quæ disiugata fuerit
Compare suo, æquo animo trahit iugum.
Atqui ipsæ beluæ mutæ sunt,
Prudentiæq; non idoneæ, & ratione carent.
Te uero chare Hector, habui uirum conuenientem mihi,
Prudentia, nobilitate, & diuitijs, & fortitudine excellentem.
Intactam uero me è patris accipiens domibus,
Primus uirginalem coniunxisti lectum,
Et nunc perijsti quidem tu: naui uero uehar ego
Ad Græciam captiua ad seruitutem.
An non minora meis habet malis
Polyxenæ mors, quam tu defles?
Mihi enim neq; quod omnibus relinquitur mortalib.
Superest spes. neq; persuadere mihi possum animo,
Acturũ aliquid egregiũ. suaue uero est, etiã fingere.
CHO. In eandem incidisti calamitatem. deflens uero
Tuum incommodum, doces me in quas calamitates incidam.
HEC. Ipsa quidem nondũ nauis conscendi scapham,
Picturæ credens, & audiens noui.
Nautis enim siquidem mediocris fuerit tempestas ad patiendum,
Studium habent seruari à laboribus:
Hic quidẽ iuxta clauũ, alius ad carbasa conscendẽs,

Alius sententiam probibens nauis. Si superauerit
Multus perturbatus pontus, cedentes fortunæ,
Dant seipsos fluctuum incursionibus.
Sic uero & ego, multa habens mala,
Muta sum, & omittens desino loqui.
Vincit enim quæ ex dijs, me infœlix tempestas.
Sed ô charissima filia, Hectoris quidem fortunas
Sine. nequaquam lachrymæ ipsum seruabunt tuæ.
Sed cole præsentem dominum tuum,
Charis exhibens illecebras marito tuorum morum.
Et si feceris hæc, in commune exhilarabis amicos.
Et filium hunc filij, educare queas,
Troiæ maximum adiumentum, quando olim
Ex hoc nati filij Ilium iterum
Instaurare queant, & ciuitas fieri queat iterum.
Sed enim ex oratione alia oritur oratio,
Quem rursum uideo hunc Achaicum famulum
Accedentem, nouorum nuncium consiliorum?
TAL. Phrygum præstantissimi olim Hectoris uxor,
Ne me odio habeas. inuitus enim annuncio
Græcorumq; publica & Pelopidarum edicta.
AN. Quid nã est, quod mihi proœmia incipis malas?
TAL. Decretum est, hunc puerum, quomodo eloquar sermonem?
AN. Num non eundem dominum nobiscum habere?
TAL. Nullus Græcorum huic dominabitur unquã.

AN.

Digitized by Google

AN. Verũ hic ipſum reliquias Phrygũ relinqueret?
TAL. Neſcio, quomodo tibi facile dicam mala.
AN. Laudo pudorem. niſi loquêris bona.
TAL. Interficiũt tuum filiũ, ut audias malũ ingens.
AN. Hem nuptias, hoc ut audio maius malum.
TAL. Vicit uero Vlyſſes, inter omnes Græcos orationem habens,
AN. Ehem iterũ. nõ enim mediocria patimur mala.
TAL. Dicens optimi filium non alendum patris.
AN. Huiuſmodi uincat de ſuis ipſius.
TAL. Præcipitare uero à turrib. oportet ipſum Tro (ianis.
Sed ut fiat, & ſapientior uideare,
Neq; uicißim retine illũ, ſed fortiter doleas in malis.
Neq; ualens aliquid poſſe te exiſtimato.
Habes enim auxilium nuſquã. ſed conſiderandũ eſt,
Et ciuitas periit, & maritus, dominaris porro tu.
Et nos contra mulierem pugnare unam
Poſſumus. propter hæc non pugnam cupias.
Neq; turpe quicquam, neq; inuidioſum te decet.
Neque te porro Græcis uolo injicere diras impre- (tus,
cationes.
Si enim quid dixeris, propter quæ iraſcetur exerci-
Neque ſepeliretur puer hic, neque planctum conſequeretur.
Silens uero, & commode caſus perferens,
Huius cadauer non inſepultum reliqueris.

Ipſaq;

Ipſaq; Græcos beneuolentiores habueris.
AN. O charißime, ô fili ſuperuacaneè culte,
Moriare ab hoſtibus, matrem miſeram relinquens.
Ipſa patris te nobilitas interficit,
Quæ alijs exiſtit ſalus.
Ipſa uirtus non in tempore uenit tibi patris.
O coniugia mea infœlicia, & nuptiæ,
Quibus ueni in domum Hectoris unquam.
Non ut uictimam Græcis párerem mecum,
Sed ut regem Aſiæ fertilis.
O fili lachrymas: intelligis tua mala?
Quid me corripis manibus, & inhæres neſtibus,
Pullus ueluti, alas in meas inuoluens.
Non uenit Hector inclitam arripiens haſtam
Ex terra reuerſus, tibi ferens ſalutem.
Non affinitas patris, non uis Phrygum:
Sed triſti ſaltu in ceruicem è ſublimi
Lapſus immiſerabiliter, ſpiritum abrumpes tuum.
O tenerum geſtamen matri charißimum,
O corporis ſuauis halitus: fruſtra ſanè
In faſcijs te mammæ educarunt hæ.
Fruſtra ego laborauti, & conſecta ſum laboribus.
Nunc ſi aliàs unquam, matrem amplectere tuam.
Accide genitrici. cumq; brachia
Plica meis humeris, & os præbe.
O immania excogitantes Græci mala.

Quid

Quid hunc puerum interficitis insontem?
O Tyndarea planta, nunquam eras Iouis filia,
Ex multis vero patribus asserо te natam esse.
Ex dæmone quidem primo, deinde inuidia,
Et cæde & morte, & quæcunq; tellus alit mala.
Non enim unquam dicam Iouẽ produxisse teregо,
Multis perniciem Barbaris Græcisq;.
Pereas propter enim pulcherrimum usum,
Turpiter hoc inclitum solum perdidisti Phrygum.
Agite, ferte, præcipitate, si præcipitare placet.
Conuiuamini huius carnes. à dijs enim
Perijmus, & filio non possumus
Mortem arcere. Occultate miserum corpus,
Et conijcite in nauem. ad pulchras enim proficiscor
Nuptias, perdidi meum ipsius filium.
CHO. Misera Troia, infinitos amisisti
Propter unicam mulierem, & lectum tristem.
AN. Age ô fili, gratam compellationem omittens
Matris ærumnosæ, ascende paternarum
Turrium ad summas pinnas, ubi tibi
Spiritum amittere decretum perfecit.
Accipite eum. huiusmodi conueniunt
Decernere, quicunq; misericordia non tangitur,
Et propter impudentiam uestræ
Sententiæ magis amicus est.
HEC. O fili, ô fili filij ærumnosi,

Priamus

Priuamur tua uita insperatò,
Mater & ego. Quid patiar? quid ego te
Infœlix faciam? Hos tibi damus
Ictus capitis, & pectorum planctus.
Hæc enim in potestate habemus. Hei mihi propter te
Hei mihi propter te. Quid enim non habemus?
Cuius indigemus, quin penitus.
Veniamus ad perniciem omnem?
CHO. Apiariæ Salaminæ
Rex Telamon, insulæ
Circumfluæ habitans sedem:
Quæ uocatæ
Ripis sacris oleæ
Primum ostendit ramum Glaucæ, Mineruæ
Admirandam coronam,
Pinguibus decus Athenis
Tu aduenisti arcitenenti
Rem bellicam unà gesturus, simul cũ Alcmenæ filio
Ilium Ilium depopulaturus,
Ciuitatem nostram,
Iam olim quando uenisti à Græcia,
Quando Græciæ duxit primum
Florem defraudatus equis.
Ad Simoenta uero latifluum nauem
Statuit marigradam,
Et rudentes alligauit puppibus,

Et manu arma sagittandi sumpsit ex nauibus.
Laomedonti ad perniciem,
Regulis ædificandi extructa ædificia Phœbi.
Ignis uero purpurea flamma πυρὸς δὲ φοίνιος πνοὴ
Subuertens, Troiæ depopulatus est terram.
Bis enim duobus pugnis muros
Circa Dardaniam
Cruenta destruxit pugna.
Frustra sanè ô aureis
In conuiuijs molliter incedens
Laomedontis fili,
Iouis habes calicum
Implementum pulcherrimum ministerium.
Sed quæ te genui Troia,
Igni comburitur.
Littora marina nouerunt, qualiter
Filius pro parentibus uociferetur.
Hæ quidem super maritos,
Aliæ uero filios, aliæ
Matres seniles.
Tua uero aquosa lauacra,
Et gymnasiorum cursus perierunt.
Tu interim uultus iuueniles
Venustate apud Iouis sedes
Placidos alis.
Priami uero terram

Digitized by Google

Græcanica perdidit pugna.
Amor amor, qui ad
Dardanias domos olim ueniſti
Cœlicolis curæ exiſtens,
Quàm tunc magnificè
Troiam extuliſti, cum dijs
Affinitatem coniungens.
Iouis itaq;
Opprobrium, non amor,
Huius albas pennas habentis
Diei gratæ mortalibus
Lux perniciosa
Vidit terram, uidit
Pergamorum exitium,
Liberorum parentem habens huius
Terræ maritum in thalamis, quem
Inter aſtra quatuor equorum accepit
Aureus currus arripiens,
Spem terræ patriæ
Magnam. Deorum uero
Amores, frusta Troiæ.
ME. O clarum ſolis iubar hoccine,
In quo uxorem meam mancipabo
Helenam? hic enim qui multum laborauí ego
Menelaus ſum, & hicce exercitus Achaicus.
Veni uero Troiam, non quatenus exiſtimant me.

Propter

Propter uxorem, sed ad uirum, qui ex meis
Aedibus uxorem hospitalitatis uiolator abduxit per
prædam.
Ille itaq; soluit pœnam auxilio deorum,
Et ipse, & patria, marte collapsa Græcanico.
Adsum uerò istam Lacænam (non enim libenter
Nomen uxoris, quæ olim mihi erat, appello)
Abducturus. Domibus enim istis in captiuis,
Numeratur Troades inter alias.
Qui enim eam recuperarunt bello,
Ad occidendum mihi ipsam dederunt, siue non oc-
cisam
Velim ducere iterum in Argiuam terram.
Sed mihi constitutum est, in Troia fatum
Helenes missum facere. sed nauigrada ducere naui
Græcanicam ad terram, & tum illic dare interfi-
ciendo
Pœnas, quotquot mortui sunt apud Ilium amici.
Sed eia, ite in domos ministri,
Exportate ipsam, sceleſtiſsima
Coma trahentes. prosperi uerò cum
Flatus uenerint, mittemus eam in Græciam.
HEC. O terræ uehiculum, & in terra habēs sedem,
Quicunq; tandem es tu imperscrutabilis «
Iupiter, siue accidat necessitate naturæ, siue mente «
mortalium,

Digitized by Google

» Gratias tibi ago. omnia enim, tacita
» Gradiens uia, per æquitatem & iustitiam mortalia
moderaris.
MEN. Quid rei est, preces quod renouasti deorũ?
HEC. Laudo te ô Menelaë, si occides uxorem tuam.
» Sed cernens hanc, fuge, ne te capiat amore.
» Capit enim oculos uirorum, delet ciuitates,
» Accendit ædes, sic habet mulcimenta.
Ego ipsam noui, & tu, & experti.
HEL. O Menelaë, proœmium quidem dignum meis
Hoc est. ad te enim manibus famulorum
Per uim extra has ædes educor.
Sed probe quidem noui, quod tibi inuisa sim.
Sed tamen interrogare uolo. Sententiæ quædam
Græcis & tibi sunt de mea uita? (ercitum
MEN. Nõ summo iure tecũ actum est, sed totus ex-
Vt interficiam mihi te dedit, quem iniuria affeciſti.
HEL. Licet igitur adhæc respondere sermone,
Quod non iuste, si moriendum est, moriamur?
MEN. Non ad colloquendũ ueni, sed te occidendũ.
HEC. Audi eam, ne moriatur huius rei indiga,
O Menelaë, & concede contrarias sermonis partes
Nobis contra ipsam. eorum enim quæ in Troia ac-
ciderunt malorum,
Nihil nouisti. Sed composita tota oratio
Interficiet ipsam sic, ut nullo pacto effugiat.

MEN.

Digitized by Google

MEN. Ocij hoc donum est. si libet loqui,
Licet, propter tuam (ut scias) interces ßionem
Concedam hoc ei, huic uerò non dabo gratiam.
HEL. Fortasse mihi, etsi probe etsi male uisa fuerim
Non respondebis, hostem existimans. (loqui,
Ego uero quæ te noui per sermones obiecturum, me
Accusaturum, opponens respondebo,
Tuis meas & tuas accusationes.
Primum quidem initia peperit hæc malorum,
Parim pariens. secundò uerò perdidit
Et Troiam & me hæc anus, non infantẽ interficiens
Facis acerbum præsagium Alexandrum olim.
Inde iam cætera audi, ut sese habeant.
Iudicauit ternum consortium hicce trium dearũ,
Et Palladis quidem erat Alexandro donum, (tare.
Phrygibus imperiũ ductantẽ Græciã ad bella conci-
Et Iuno pollicita est Asiam & Europæ terminos
Sub imperio habiturum, si se iudicasset Paris.
Venus uerò meam formã laudans cum admiratione,
Daturam pollicita est, si deas præuerteret
Pulchritudine. iam hunc ut se habeat considera ser-
Vincit Venus deas. Et tantũ meæ nuptiæ (monem.
Iuuarunt Græciam, ut non dominetur ex barbaris,
Neq; in armis constituti, non in imperio. (rij ego,
Per quæ uerò bonam fortunã adepta est Græcia, pe-
Per meam formositatẽ uendita: et nunc male audio,

Digitized by Google

Propter quæ oportebat me coronam ſuper caput accipere.
Non me dices ea quæ vulgata ſunt dicere,
Quod diſceſſerim ex domibus tuis clam.
Venit, non paruam deam habens unà ſecum,
Iſte huiuſce malus genius, ſiue Alexandrum uis
Nomine uocare ipſum, ſiue Parim.
Quem, ô peßime, tuis in ædibus relinquens,
A Sparta diſceßiſti naue, ad Cretenſem terram.
Eſto. non te, ſed me ipſam ad hoc quod ſequitur interrogabo.
Quid animi habens, à domo ſimul ſequuta ſim
Hoſpitem, deſerens patriam, & domus meas?
» Ipſam deam obiurga, & Ioue potentior fias.
» Qui quidem in alios deos habet imperium,
» Huius uerò ſeruus eſt. uenia danda ergo mihi.
Iam inde habes in me conuenientem cauſſam.
Poſtquã mortuus terræ uenit Alexander ad ſeceſſus,
Oportuit me, quando non erant à dijs impoſita mea connubia,
Relinquentem domus, naues ad Argiuorum ire.
Conata ſum iſtuc ipſum. teſtes uerò mihi
Turrium cuſtodes, & à muris ſpeculatores,
Qui ſæpe me deprehenderunt e propugnaculis
Funibus ad terram corpus clam demittere hoc.
Per uim autem hic nouus me rapiens maritus

εἰ θεὸν μὲν
ἄλλων δαι-
μόνων ἔχει
κράτος.

Dei-

Digitized by Google

Deiphobus, uxorem habuit inuitis Phrygibus.
Quomodo igitur moriar iure, ô marite,
A te secundum leges? quam hic per uim duxit.
Sed ea quæ domi gesta sunt, pro adipiscēda uictoria
Cum tædio seruiui? Si uero dijs maior esse "
Vis, hoc uel uelle stultum est. "
CHO. O Regina, defende tuos liberos & patriam.
Suadela penetrans est huius, quandoquidem dicit
Bene, uersipellis existens. hoc igitur uehemens est.
HEC. Deabus primum auxiliatrix ero,
Et hanc ostendam non narrantem iusta.
Ego enim Iunonem, uirginemq; Palladem,
Non ad tantam stultitiam uenisse existimo,
Vt hæc quidem Argos barbaris uenditerit,
Pallas uerò Athenas Phrygibus seruire uoluerit
unquam,
Quæ per ludum & uoluptatem de forma
Venerunt ad Idam. Cuius enim rei gratia dea
Iuno tantum habuisset amorem pulchritudinis?
Vtrum, præstantiorem ut acciperet Ioue maritum?
Aut nuptias Minerua deorum alicuius attentans,
Quæ uirginitatem à patre impetrauit,
Fugiens coniugiū? ne stultas facias deas, (pientes.
Tuum peccatum ornando, ne coneris persuadere sa-
Venerē porro dixisti (hoc enim ualde ridiculū est)
Venisse meo cum filio ad Menelai domos.

Digitized by Google

Non potius manens quieta in cœlo,
Cum ipsis Amyclis duxit ad Ilium.
+ Fuit meus ille filius pulchritudine præstantißimus,
Tua uerò uidens ipsum mens facta est Venus.
» Stulta enim omnia est Venus hominibus.
» Et nomen hoc stultitiæ recte obtinet deam.
Quem aspiciens barbaris uestimentis
Et auro insignem, capta es mente.
Argis enim pusilla habens degebas.
A' Sparta uerò amota, Phrygum ciuitatem
Auro abundantem sperabas satis esse posse
Sumptibus. Neq; erant sufficientes tibi Menelai
Aedes, tuis ad luxuriandum delicijs.
Age, per uim enim filium ais abduxisse meum.
Quis Spartanorum sensit, aut qua uociferatione.
Inuocasti Castorem adolescentem?
Et Geminum adhuc uiuentem, nondum inter astra?
Postquam uerò Troiam uenisti, & Argiui tuum
Secundum uestigium, erat uerò bellicum certamen,
Quando quidē res huius potiores annunciabantur
Menelaum laudabas, filius ut tristaretur meus, (tibi,
Habens amoris æmulum magnum.
Quando uerò fortunati erāt Troiani, nihil erat hic.
» Ad fortunam uerò respiciens, isthuc studebas, ut
» Consectareris eam, uirtutem uerò noluisti.
Et deinde funibus corpus tuum furari uoluisse dicis,

E' tur-

E' turribus demittens, tanquam manens inuitè.
Vbi ergo deprehensa es aut laqueos annectens,
Aut gladium attrectans? quæ generosa mulier «
Faceret, desiderans priorem maritum. «
Atqui admonebam te multis sæpe,
O filia abi, mei fili[illegible]uptias
Alias contrahent, te uerò ad naues Græcanicas
Mittã, cõmuni opera clam emittẽs, & fac quiescere
Græcos et nos, uerũ hoc tibi erat molestũ. (à prælio
In Alexandri enim petulans eras domibus,
Et adorari à Barbaris uoluisti. (corpus «
Magna enim copia rerũ aderat tibi. Et ad hæc tuũ «
Egressa es adornans, & aspicis cum marito
Eundem æthera, ô execrandum caput.
Quam conuenichat humilem, in peplorum fascijs
Horrore trementem, capite abraso,
Adesse, modestia impudentiam
Superantem propter priora peccata.
Menelaë, ut scias quorsum finiam sermonem,
Coronato Græciam digne, hanc interficiens.
De te ipso uerò legem hanc alijs constitue
Mulieribus, mori, quæcũq; perfida fuerit in maritũ. «
CHO. Menelaë, maioribus digne & familiæ tuæ,
Vlciscere uxorem, & tolle à Græcia:
Etiam erga mulieres generosus inimicis apparens.
MEN. Vnà mecum tu incidisti in idem sermonis.

Digitized by Google

Sponte hanc è domibus migrasse meis,
Peregrina ad cubilia. Et Venus fastus gratia
Sermonibus laudatur. abi ad carnifices.
Labores uerò Achiuorũ persolue breui spacio lõgos
Moriens, ut scias non dedecorare me. (citur
HEL. Ne, per genua te, morbo qui à dijs proficis-
Imputans mihi, interficias me. quare ignosce mihi.
HEC. Neq; quos interfecit hæc, socios deserens,
Ego pro illis & liberis te precor.
MEN. Desine anus. nam huius nullam curam gero.
Sed impero famulis, ad puppes nauium
Hanc deferre, unde nauibus feretur. (pham.
HEC. Ne quæso nauis tecũ eandem ingrediatur sce-
ME. Quod nã est maius pondus, quàm antea habet?
» HEC. Nõ est rectus amator, qui nõ perpetuò amat.
MEN. Vt elabatur amatorum benevolentia,
Erunt quæ uis. nauem enim non ingredietur,
In quam nos. etenim non male dicis,
Vbi uerò uenerit Argos, ut digna est, male
Mala morietur: & mulieribus omnibus, ut pudice
» Exemplũ ponet. Facile quidem hoc non est, (sint,
» Sed tamen huius mors, in metum injiciet,
Libidinem earum, & si fuerint pessimæ.
CHO. Sic tandem, quod babuisti in Ilio
Templum, & odoratam aram,
Prodidisti Græcis

O In-

Digitized by Google

O Iupiter, & sacrificiorum flammam,
Myrrhæq; ætheriæ fumum,
Et Pergamum sacram,
Et Idæos Idæos hederaceos saltus
Niue complutos fluuiali.
Et uerticem qui primum feritur à sole,
Quæ illustratur,
Venerabilem mimistram.
Perierunt tibi sacrificia, chororumq;
Bene precantes uoces per noctem.
Aureorumq; simulachrorum effigies,
Et Phrygum admirabiles lunæ,
Cum duodecima plenitudine.
Curato curato mihi hæc, si sapis, ô rex,
Ad cœlestem sedem ubi ascenderis,
Et ætherem, de ciuitate pereunte,
Quam ignis ardentem
Destruxit quidam impetus.
CHO. O chare, ô marite,
Tu quidem mortuus erras
Insepultus, indefletus.
Me uero marina nauis
Agitans remis traducet
Ad equestre Argos, ubi lapidei
Muri Cyclopei altissimi existunt.
Multitudo uero filiorum pro foribus

Lachrymis indecenter lamentantur.
Clamat clamat mater. eheu,
Solam iam me Achiui
Deferent tuis ab oculis
Cæruleam per nauem
Marinis remis,
Aut ad Salaminem ſacram,
Aut bimarem uerticem
Iſthmicum, ubi portis
Pelopis ſunt ſedes.
Vbi naui infœlice,
Per medium pelagus gradiente,
Biſulcus ſacer
In mediam nauem utinam incidat
Aegei fulmineus ignis
Ab Ilio, quòd me lachrimabilem
Græciæ ancillam ex patria mea extorrem feret.
Aurea uero ſpecula uirginum
Delicias habet
Iouis filia neq; ad terram
Vnquam ueniat Spartanam,
Patriumq; thalamum ſuæ laris.
Neq; ad ciuitatem Pitanæ,
Et æreas portas Deæ.
Propter mauſpicatas nuptias dedecus portans
Græciæ magnæ.

Sed

Sed natis apud Simoentem,
Grauia mala Troadibus.
Io io, noui cum nouis commutati
Patriæ casus.
Videte Troianorum
Hunc Astyanacta, uxores infœlices,
Mortuum, quem à turribus iactu tristi
Græci occiderunt.
TAL. O Hecuba, nauis quidē impetus unus relictus,
Spolia quæ supersunt Achillei sepulchri
Vehet ad littora Phthiotica.
Ipse uero discessit Neoptolemus, nouos quosdam
Pelei cum audiuisset casus, quod ipsum ex imperio
Acastus eiecerit Peliæ filius.
Propter quod citius, quàm gratiam manendi habēs,
Discessit, & cum ipso Andromache, multarū mihi
Lachrymarum conciliatrix, quando soluit è patria,
Patriam ingemiscens, & Hectoris
Tumulum alloquens. & te obsecrauit,
Sepelire mortuum hunc, qui prolapsus ex muris
Animam amisit, Hectoris tui filius.
Metumq; Achiuorum, ære obductum scutum
Hoc quo pater huius circa latera indutus est,
Ne ipsum cogeretur ducere Pelei ad domum,
Neq; in eundem thalamum, ubi sponsa erit (nens:
Mater cadaueris huius Andromache, tristitias cer-

Verum

Verum pro cedro, & pro ambitu lapideo,
In hoc sepelire filium. Tuas uero in ulnas
Dare peplis ut adornes cadauer,
Et coronis pro tua uirili, prout res tuæ se habent.
Quandoquidem ipsa digressa est, & domini fœ-
natio
Priuauit eam, filiam ut ne daret sepulturæ.
Nos itaq; dum tu ornaueris cadauer,
Terram interea circumscribentes eruemus hasta.
Tu uero quàm ocyßime perage commissa.
Ab uno certe labore te liberaui.
Scamandri enim hæc transiens fluenta,
Laui cadauer, & ablui uulnera.
Sed eo, fossile huic eruens sepulchrum,
Vt conscissa nobis officia, à me & à te —
In unum conuenientia, domum ducant nauem.
HEC. Ponite utrinq; sculptum scutũ Hectoris hunni
Triste spectaculum, neq; gratum mihi uisu.
O maiorem superbiam belli habentes, quàm animi.
Quid hunc Græci puerum metuentes, cædem
Nouam patrastis? num Troiam olim
Collapsam erigeret? nihil eratis sane.
Quando Hectore quidem ualente uirtute bellica
Perijmus, & infinita alia manu:
Ciuitate uero capta, & Phrygibus perditis,
Infantem tantùdum metuistis? Non laudo metum,

Quã

Qui formidatur non profectus ex ratione.
O charißime, quàm tibi mors uenit infœlix.
Nam si mortuus omnes pro ciuitate adultus
Et adeptus nuptias, & diuinum regnum,
Beatus esses utiq;, si quid harum rerum beatum est.
Nunc porro uidebas, & cognoscebas tuo ingenio,
ô fili,
Nihil, sed tamen interfectus es domi tuæ nihil habēs.
Infœlix secundum caput, ut te perstrinxerūt misere
Mœnia paterna, Apollinis ædificationes:
Quem plurimum excoluit mater cæsariem,
Et osculis tradidit, unde subsannat
Oßibus comminutis cædes, ne turpia dicam.
O manus, ut imagines iucundas patris
Habetis in articulis, dissolutæ sitæ estis ante me.
O sæpe uerba iactantia eloquens gratum os,
Perijsti: fefelliſti me, quando incidens in peplos,
O mater (loquebaris) profecto multos tibi cæsarieī
Cincinnos abscindam, ad sepulchrū uero coæqualiū
Choros ducam, charas exhibens conclamationes.
+ Tu uero non me, sed ego te iuniorem
Anus, patria carens, orba, miserū sepelio cadauer.
Eheu, multi complexus, & meæ illæ alimoniæ,
Et somni illi, periere mihi. Quid nam
Scribat de te Poēta in sepulchro?
Hunc puerum interfecerunt Argiui olim

Meluentes?

+ οὐ σ' ἐμὲ, ἀλλ' ἐγὼ σε λίην

Metuentes? Turpe fuerit epigramma hoc.
Sed ô qui paterna non adeptus es, habebis tamen
In quo sepelieris ære reuinctum scutum.
O pulcherrimum Hectoris brachium,
Quod seruasti, optimum custodem perdidisti tui.
Quàm iucunda in loro tui iacet imago,
Scutiq; in polito ambitu sudor,
Quem à fronte laborans sæpe
Stillanit Hector, applicans mento.
Ferte, portate misero ornatum funeri,
» Ex rebus præsentibus. non enim ad pulchritudinem
fortunæ
» Dæman dat ex illis quæ habeo, accipiet hæc.
» Mortalium uero stultus est, quicunque bene se habi-
turum sperans,
» Insanus ueluti homo, aliàs aliorsum
» Firmiter gaudet. moribus enim fortunæ
» Tranßiliunt, & nullus idem fœlix unquam est.
CHO. Atqui in manibus istæ tibi ex spolijs
Phrygijs afferunt ornatum, ut appendas cadaueri.
HEC. O fili, non equis uincentem te,
Neq; arcubus socios, quas Phryges consuetudines
In precio habent, non ad satietatem captantes,
Mater patris tui addit decora
Tuorum olim existentium: nunc uero tibi dijs inuisa
Abstulit Helena, præterea etiam uitam tuam
Interfecit,

Interfecit, & omnem domum perdidit.
CHO. *He, he. animos commouisti,*
O magnus mihi olim existens imperator ciuitatis.
HE. *Quæ uero in nuptijs oportebat te induere cor-*
Asiaticarũ ducentem præstantißimam, (*pori,*
Phrygia peplorum decora appendo corpori.
Tuq; ô quæ olim fuisti potita infinitis
Mater tropheis Hectoris, charum scutum (*hoc.*
Coronato. morieris enim modò moriens cũ cadauere
Quandoquidem te longe satius est, quàm cati
Et mali Vlyßis dignum sit colere arma.
CHO. *Ae, æ, æ, æ.*
Triſtem lamentationem, terra te ô fili
Suscipiet. lamentare, ô mater.
HEC. *Ae æ.* CHO. *Mortuorum lamentationem.*
HEC. *Eheu mihi.*
CHO. *Eheu sanè propter tua intolerabilia mala.*
HEC. *Fasciolis uulnera hæc quidẽ ego tua medebor,*
Infœlix medicus nomen habens, opera uero non.
Cætera apud mortuos curabit pater tuus.
CHO. *Percute percute manu caput, ictus*
Impingens manu. hei mihi.
HEC. *O charißimæ mulieres.*
CHO. *Hecube, tuas alloquere.*
Quam clamas uocem?
HEC. *Non est sanè apud deos, nisi mei labores,*

Digitized by Google

Et Troia præ ciuitatibus cæteris odio habetur.
Ergo frustra boues mactauimus. Si uero nos deus
Subuertisset, demittens sub terram,
Obscuri existentes non celebraremur
A' musis, carmina exhibentes posteris hominum.
Abite, sepelite misero tumulum cadaueri.
Habet enim qualia conuenit inferorum serta.
Existimo uero mortuis interesse paululum,
si magnificas quis consequatur inferias.
Inanis uero fastus est uiuentium illud.
CHO. Io, io. infœlix mater quidem est, quæ magnas
Spes in te concœperat uitæ.
Magnifice uero diuitijs euectus, quoniam ex parentibus
Bonis natus es, misera morte perijsti.
HEC. Ehem, quos nam Iliacis in istis collibus
Video, flammeas torribus manus
Agitantes? Troiæ
Nouum aliquod malum imminet.
TAL. Edico manipularibus, qui constituti sunt, succendere
Priami hanc urbem, non amplius ociosam facem
In manu tenere, sed ignem injcere,
Vt subruentes Ilij urbem,
Nauigemus domum alacres à Troia.
Vos uero, ut eadem oratio habeat formas duas,

Ite

Ite Troianorum filij, rectum quando
Tubæ clangorem dederint imperatores exercitus,
Ad naues Achiuorum, ut deducamini ab hac terra.
Tu uerò, ô anus, infœliciſſima mulier,
Sequere. traducent te ab Vlyſſe miſsi
Iſti. Cui te ſeruam ſors emittit ex patria.
HEC. O me miſeram, hoc nimirum iam ultimum,
Et fines omnium iam meorum malorum.
Egredior è patria, ciuitas ſuccenditur igne,
Sed ô anilis pes, feſtinato tandem,
Vt ſalutem infœlicem ciuitatem.
O magnifica olim ſpirans in barbaris
Troia, inclytum tuum nomen mox amittes.
Succenderis tu, & nos educunt iam è terra,
Seruas. O dij. quid deos uoco?
Nam ante non audiuerunt inuocati. «
Age in ignem curramus. nam honeſtiſsimum mihi «
Cum hac patria mori ardente. «
TAL. Inſanis, infœlix tuis ipſius in malis.
Verũ abducite, nihil parcite. Vlyſsis uerò conuenit
In manum dare hanc, & reducere munus.
HEC. Otto to to to to ti.
O Saturnie rex, Phrygiæ genitor
Pater, indigna Dardaniæ
Soboli hæc, qualia patimur, uides?
CHO. Vidit. hæc uerò magna ciuitas,

Digitized by Google

Non amplius ciuitas, periit.
Nec amplius est Troia.
HEC. Otto to to to ti.
Splenduit Ilium,
Perganorum igne ardent
Aedificia, & ciuitas, & summa murorum.
CHO. Alatus uerò fumus, ueluti quædam
Immensa demolita bello consumit terræ
Ardentia atria igne occupata,
Hostilibusq; armis.
HEC. O terra altrix meorũ liberorum. CHO. He he.
HEC. O liberi, auditis, intelligitis matris uocem?
CHO. Cum funebri cantu mortuos inuocas,
Aniliaq; in terram ponens membra,
Et utraq; terram abscondens manu,
Succedentia tibi genua pono
Terræ meos
Inuocans mortuos miseros maritos.
HEC. Agimur, ferimur. CHO. Rem tristem narras.
HEC. Seruiles ad ædes. CHO. Ex patria mea.
HEC. O Priame Priame tu enim mortuus,
Insepultus, absq; amicis, malorum meorũ inscius es.
Nigra enim oculos obtegit
Mors, pium impia cæde
Eheu deorum templa, & ciuitas chara.
CHO. Eheu lætalem continete

Flammam,

Digitized by Google

Flammam, & belli hastam.
Mox in charam patriam incidetis inglorij.
Puluis uerò similis fumo cum ala ad æthera
Arduum mearum domorum ruit.
Nomen uerò terræ obscurum abit.
Aliter uerò aliud perit,
Neq; amplius est infœlix Troia.
HEC. Cognouistis, audiuistis
Perganorum strepitum.
Motus totam, motus
Obruit ciuitatem.
O trementia trementia membra,
Ducite meum pedem.
TAL. Ite ad miserum
Seruilem diem uitæ.
O misera ciuitas. sed tamen nihilominus
Promoue pedem tuum,
Ad naues Græcorum.

TROADVM FINIS.

Digitized by Google

706

EVRIPIDIS
Bacchæ.

ARGVMENTVM.

BAcchus receptus inter deos, nolente Pentheo sacra eius recipere, in insaniam ducens matris sorores, coëgit Pentheum dilaniare. Actio fabulæ composita est iuxta Aeschylum in Pentheo.

PERSONAE.

Bacchus	Tiresias.
Pentheus	Nuncius.
Chorus Baccharum	Cadmus
Famulus	Alius nuncius.
	Mulier.

PRAEFATVR BACCHVS.



Adsum Iouis filius Thebanorũ ad terram
Bacchus, quem parit olim
Cadmi filia
Semele, enixa fulguranti igne.
Formam uerò permutans ex deo humanam,
Adsum Dircæ ad fontes & Ismeni fluuium.
Video uerò matris monumentum ictæ fulmine

Hoc

Digitized by Google

Hoc, prope domos, & ædium rudera
Fumigantia, diuini ignis adhuc ardentem flammã,
Immortalem Iunonis matrem in meam consumeliã.
Laudo uerò Cadmum, inaccessum qui locum hunc
Fecit filiæ templum. Vitis uerò ipsum
Circumcirca ego obtexi racemosis frondibus.
Relinquens uerò Lydorum diuitem terram,
Et Phrygum, Persarumq; apricas glebas,
Et Bactriana mœnia, & tempestuosam terram
Medorum peragrans, & Arabiam fœlicem,
Asiam uerò totam, quæ iuxta salsum mare
Sita est, mixtis Græcis simulq; barbaris,
Frequentes habens bene munitas ciuitates,
Ad hanc primum ueni Græcorum ciuitatem,
Et ibi saltans, & constituens mea
Festa, ut sim certus deus mortalibus.
Primas uerò Thebas huius terræ Græcanicæ
Celebraui, nebridem induens corpori,
Thyrsumq; dans in manum hederaceum carmen.
Quoniã me sorores matris, quas minime conuenie-
Bacchum negant genitum ex Ioue. (bat,
Sed Semelem compressam à mortali quodam,
Ad Iouem referre peccatum Veneris,
Cadmi per commenta. quorũ ipsam gratia occidisse
Iouem gloriantur, quod nuptias mentita.
Profecto ipsas è domibus egi ego

Per furorẽ, in monte aũt uersantur, alienatæ animis.
Ornatum uerò habere coẽgi meorum sacrorum,
Et omne fœmineum semen Thebanorum, quotquot
Mulieres fuerunt, per furorem exegi domibus.
Simul uerò Cadmi cum filiabus permixtæ
Viridibus sub abietibus, in excelsis sedent saxis.
Oportet enim ciuitatem hanc experiri, & si nolit,
Non initiatam existentem meis sacris
Semele pro matre defensionem adferre me,
Apparentem mortalibus deum, quem peperit Ioui.
Cadmus quidem & honorem & imperium
Pentheo tradidit, ex filia nato. (nibus
Qui oppugnat ea quæ ad me attinent, & à libatio-
Pellit me, & in precibus nusquã mei mentionẽ facit.
Quorum gratia ei quod deus sim ostendam,
Et cunctis Thebanis. ad aliam uerò terram,
Rebus hic bene compositis, transferam pedem
Vbi ostendero me ipsum. Si uerò Thebanorũ ciuitas
Per iram cum armis extorres Bacchas facere
Voluerit, congrediar Mænadibus dux existens.
Propter quæ formam humanam mutaui,
Figuram uerò meam permutans in uiri naturam.
Sed ô relinquentes Tmolum, montem Lydiæ,
Tripudium meum mulieres, quas ex barbaris
Adduxi asistrices, & comites mihi,
Tollite peculiaria in ciuitate Phrygum
Tympana,

Digitized by Google

Tympana, Rheæq; matris, meaq; inuenta,
Regias circa has domos. & profectæ, has
Pulsate Penthei, ut uideat Cadmi ciuitas.
Ego uerò cum Bacchis ad Citheronis iuga
Profectus, ubi sunt, particeps fiam chororum.
CHO. Asiæ à terra sacra Tmolum
Permutans, tripudio Baccho
Studium suaue, & laborem leuem
Bacchicum celebrans deum.
Quis in uia? quis in uia?
Quis in atrijs? cedat loco,
Et os bene ominans quiuis sanctificet
Solita enim
Semper Dionysum cantabo hymnis.
O fœlix, quicunq; beatus sacra deorum
Sciens, uitam purificat.
Et initiat animam
In montibus Bacchans
Sanctis lustrationibus
Matris magnæ
Orgia Cybeles rite colens,
Thyrsum concutiens,
Et hedera coronatus
Dionysum colit.
Ite Bacchæ, ite Bacchæ,
Bromium filium Deum Dei

Digitized by Google

Dionyſum deducentes
Phrygijs ex montibus,
Græciæ in ſpacioſas plateas,
Hunc Bromium.
Quem olim habens partus enixu puerperij
Aduolante Iouis fulmine
Vteri abortum mater
Peperit, relinquens uitam
Fulmineo ictu.
Idoneis uerò ad conceptionem ſtatim ipſum
Suſcepit thalamis Saturnius Iupiter.
Femore uerò occultans,
Aureis conſtringit
Fibulis abſconditum à Iunone.
Peperit uerò, quando Parcæ
Perduxerunt cornutum deum,
Et coronauit Draconum
Coronis, unde prædam
Serpentum altrices mænades circumdant,
Suis crinibus.
O Semeles altrices Thebæ,
Coronamini hedera,
Luxuriamini luxuriamini candicanti
Smilace pulchros corymbos habente.
Et bacchamini quercus,
Aut abietis frondibus,

Picturum

Pictarum nebridum uestem
Obtegite flauorum cincinnorum
Villis, iuxta uero lasciuas ferulas
Sacras facite. iam iam tota terra saltabit
Bromius, qui ducet choreas,
In montem, in montem, ibi manet
Fœminea turba
Relictis telis, & radijs,
Concitata Baccho.
Et contubernium Curetum,
Et diuini Cretenses,
Ioue geniti incolæ.
Et multiuariè ornati capite antrorum,
Rotundum tympanum tensum ex byrsa
Mihi Corybantes inuenerunt.
Simulq; Bacchico acuto
Permiscuerunt dulciſono Phrygum
Tibiarum flatu, matrisq; Rheæ in
Manum posuerũt, strepitumq; in canticis Bacchariũ.
Iuxtà uero furentes Satyri,
Matris deæ perficiebant.
Porro ad tripudia
Contulerunt se Trieteridum,
Quibus gaudet Bacchus
Lætus in montibus, quando
Ex thyasis pernicibus

Ceciderit in planum, nebridis habens
Sacram ueſtem, captans
Sanguinem qui ei offertur ex capris interfectis, cru-
dum munus,
Tendens in montes Phrygios, Lydios.
Ipſe uero dux itineris Bromius, euæ.
Fluit uero lacte terra,
Fluit uino, fluit uero apum
Nectare, Syriaci tanquam thuris fumus.
Ipſe Bacchus autem geſtans
Ignitam facem piceam,
Per ferulam emicat,
Curſu & choreis irritans uagas,
Acclamationibus excitans,
Delicatos crines ad æthera iaciens.
Simul uero dulcibus cantibus inſremit
Talia. ô ite Bacchæ,
Ite Bacchæ, ad iuga
Tmoli auro fluentis molliter.
Cantate Dionyſum
Rauciſonis tympanis,
Euæ Euium
Celebrantes deum
Phrygio clamore, & uociferatione.
Tibia quando dulciſonans
Sacra ſacra

Ludicra

Ludicra fremuerit,
Continuè ruentibus
Ad montem, ad montem.
Exultans sanè
Pullus, quomodo simul cum
Matre armentaria
Pedem agit celerem
Saltationibus Bacchi.
TIR. Quis in portis Cadmum uocat è domibus,
Agenoris filium, qui urbe Sidonia
Relicta, ædificauit urbem Thebanorum hanc.
Eat quispiam, annuncia, Tiresias quod
Quærat ipsum. nouit uero ipse quibus rebus adsum.
Quæq; constituerim senex existens cum seniori,
Thyrsos sustollere, & hinnulorum pelles gestare,
Et coronare caput hederaceis frondibus.
CAD. O charissime, ut tuam uocem sensi audiens,
Sapientem à sapiente uiro in domo existens.
Venio uero paratus, hunc habens ornatum dei.
Oportet enim ipsum existentem filium filiæ meæ
Bacchum, qui apparuit hominibus deus,
Quantum per nos possibile, extollere magnum.
Vbi conuenit saltare? ubi firmare pedem,
Et caput iactare canum, dux uiæ tu mihi,
Senex seni Tiresia. Tu enim sapiens,
Quoniam nõ defatiger neq; per noctẽ neq; per diem
Thyrso

Thyrſo pulſando terram. obliti ſumus dulcium,
Senes cum ſimus. TI. Eodem modo mecum affectus
es certe.
CAD. Et ego quidem pubeſco, & aggrediar mox.
TI. Quin uehiculis ad montem ibimus.
CAD. Verum non ſimiliter deus honorem habebit
utique.
TI. Senex ſanè pueri inſtar ducam te ego.
CAD. Ipſe deus ſine labore illuc nos ducet.
TI. Soli ex ciuitate Baccho ſaltabimus?
CAD. Soli enim ſapimus. cæteri autem ſtulti ſunt.
TI. Longa cunctatio, uerum meam comprehende
manum.
CAD. Ecce coniunge, & duc manu.
TI. Non contemno diuina ego, mortalis exiſtens.
CAD. Nihil exacte loquendum cum ipſis dijs.
Patris traditiones, quas coæquales diu iam
Tenemus, nullus ea impugnat ſermo,
Neq; ſi ſummo ipſa ſapientia inuenta ſit ingenio.
Dicet quis, quod in ſenio non pudeat
Saltare caput hedera coronans meum.
Non diſcreuit enim deus, ſiue iuuenem
Conuenit ſaltare, ſiue ſenem.
" Sed ab omnibus uult honores habere
" Communes, per numeros uero nihil augeri uult.
Quoniam tu lucem Tireſia hanc non uides,

Eg

Ego propheta tibi sermonum ero.
Pentheus domum hic per libamina it,
Echionis filius, cui imperium tradidi terræ,
Vt attonitus est? Quid dicturus est insolentius?
PEN. Peregre fui quidem ab hac terra.
Audio uero noua per hanc ciuitatem mala,
Mulieres nobis domos reliquisse,
Cum uagabundis Bacchis in umbrosis
Montibus colere hunc nouum deum,
Dionysum, quicunq; sit, honorantes choreis.
Plenas enim thyasis in medijs stare
Crateras, aliam uero alio ad solitudinem
Fugientem, cubilibus uirorum inseruire,
Prætextu quidem tanq; Mænades sint sacrificantes,
Sed ipsam Venerem præferre Baccho.
Quotquot igitur cæpi, captiuas manus
Seruant publicis famuli tectis.
Quotquot autem absunt, ex montibus uenabor.
Et Ino, Agauemq;, quæ me peperit Echioni,
Et Actæonis matrem, Autonoëm dico.
Et ipsas ferreis constringens in uinculis,
Desinere faciam ab ista improba bacchatione.
Dicunt uero quod quidam uenerit hospes
Præstigiator, incantator, Lydia à terra,
Flaua cæsarie bene olentem comam,
Nigras oculis gratias Veneris habens,

Digitized by Google

Qui dies q; & noctes conuerſatur,
Sacra offerens Bacchica puellis.
Quod ſi ipſum intra hæc cæpero tecta,
Compeſcam plangentem thyrſum, & concutientem
Comas, ceruicem corporis ſecans.
Ille eſſe dicit Dionyſum deum,
Ille in femur olim inſitus fuit Iouis,
Qui arſit face fulminea
Cum matre, diuinas quod nuptias mentita fuit.
Hæc an non ſæua ſtrangulatione ſunt digna,
Laſciuire petulanter, quicunq; eſt tandem hoſpes?
Sed hoc aliud mirum, ipſum aruſpicem
In uarijs nebridibus Tireſiam uideo,
Patremq; meæ matris, magnum riſum,
Thyrſo bacchantem? improbo pater,
Senectutem ueſtram aſpiciens mentis expertem.
Non decuties hederam? non liberam
A thyrſo dimittes manum meæ matris pater?
Tu hoc perſuaſiſti Tireſia? Hunc uero iterum uis
Deum hominibus perſuadens nouum,
Spectare uolucres, & holocauſtorum præmium
ferre.
Niſi te cana ſenectus liberaſſet,
Sederes utiq; in Bacchis uinctus medijs,
Sacra mala introducens. mulieribus enim,
Vbi in conuiuio uini concingit Venus,

Non

Non ſacrum quicquam dico orgiorum.
CHO. Pietatis ergò, ô hoſpes, non uenearis deos,
Et Cadmum ſeminantem terrigenam ſegetem.
Echionis uero exiſtens filius, dedecoras genus?
TI. Quando uir nactus fuerit ſermonum
Bonam cauſam, non magnum opus benedicere.
Tu uero nobilem quidem linguam tanquam ſapiens
habes,
In uerbis uero non inſunt tibi mentes.
Confidens uero potens, & loqui ualens uir,
Malus ciuis eſt, mentem non habens.
Hic uero deus nouus, quem tu irrides,
Non ſane queam magnitudinem eloqui, quantus
Per Græciam erit. duo enim, ô adoleſcens,
Præcipua inter homines. Ceres dea,
Tellus uero eſt: & potus, utrum uero uis, dicito.
Ipſa quidem in aridis enutrit homines.
Sed hic uenit in contrarium, Semeles filius.
Vuæ humidam potionem inuenit, & attulit
Mortalibus, quod quieſcere facit miſeros homines
A triſtitia, ubi impleti fuerint uitis humore.
Per quæ ſomnum oblitionem, quæ quotidie ſunt
malorum,
Dat. Non eſt aliud pharmacum laborum.
Hic dijs libat, deus exiſtens.

Itaq;

Digitized by Google

Itaq; per huna bona homines consequuntur.
Et derides ipsum, quod insutus Iouis
Femori: docebo te, quàm bene se habeat hoc.
Postquam ipsum rapuit ex igne fulmineo,
Iupiter uero ad Olympum infantem duxit recentē,
Iuno ipsum uoluit eijcere è cœlo.
Iupiter uero contrà machinatus est, quippe deus,
Rumpens partem quandam eius, qui terram ambit,
Aetheris, posuit, pignus sui elocans (re
Dionysum, Iunonis propter rixas. procedente tēpo
Mortales educatum dicunt in femore Iouis,
Nomen transmutantes, quod deæ deus
Iunoni olim dederit obsidem, inde componentes ser-
monem.
Vates uero deus hic est. etenim ipsa bacchatio,
Et ipsa insania magnam uaticinandi uim habet.
Quãdo enim hic deus in corpus uenerit immodicus,
Dicere futura insanientes facit.
Martis uero partem assumens habet quandam.
Exercitum enim in armis existentem, & ordinibus,
Perterruit metus, antequam ad arma uentum sit.
Furor uero & ab hoc est Dionyso.
Præterea ipsum uidebis in Delphicis saxis
Saltantem, cum facibus bicipites rupes
Ferientem, & concutientem Bacchicum rarum,
Et magnũ per Græciã. Sed mihi ô Pentheu pareto,

Ne

Ne gloriare imperio potentiam in homines habere.
Neq; si uidearis quidē, existimatio uerò fuerit falsa,
Sapere existimato aliquid. sed deum in terrā recipe,
Et liba, & celebrato bacchanalibus, & coronato
caput.
Non ipse Dionysus non temperantes coget
Mulieres in Venerem, sed in natura
Modestia inest in perpetuum usq;.
Hoc considerandum enim. Etenim in festis Bacchi
Existens hæc modestia non corrumpatur.
Vides? Tu gaudes cum institerint foribus
Multi, Penthei uerò nomen magnificauerit ciuitas,
Et ille arbitror delectatur cultus.
Ego quidem igitur, & Cadmus quem tu irrides
Hedera coronabimur, & saltabimus
Senile iugum, sed tamen saltandum est. (suasus.
Neq; pugnabo contra deum tuis sermonibus per-
Insanis enim quàm grauissime, neq; pharmacis
Remedium accipies, neq; sine istis ægrotabis.
CHO. O senex, Phœbū uerò nō dedecoras tuis dictis,
Colensq; Bromium sentis recte, magnum deum.
CAD. O fili, recte te Tiresias admonuit.
Habitato nobiscum, non extra leges.
Nunc enim & uolas, & sapiens nihil sapis.
Siquidem non est deus hic, ut tu dicis,
Apud te dicito, & mentire honeste,

Digitized by Google

Quod sit Semeles, ut uideatur peperisse deum.
Nobis uerò omnibus, toti generi honor adsit.
Vides Actæonis miserum interitum,
Quem crudiferi canes, quos aluit,
Dilaniauerunt, præstantiorem in uenatione
Diana esse gloriantem in syluis.
Quod ne tibi accidat. age tuum coronato caput
Hedera, nobiscum deo exhibe honorem.
PEN. Ne mihi adferas manũ. bacchanalia uerò celebres profectus.
Neq; abstergas mihi stultitiam tuam.
Tuæ dementiæ præceptorem hunc
Vltione confectabor. abeat quispiam quamprimum,
Profectus uerò ad sedes istas, ubi augurium habet,
Vectibus tridentis conuerte retro,
Sursum deorsum omnia confundens simul,
Et coronas uentis ac procellis da.
Maxime enim ipsum mordebo faciens hæc.
Alij uerò per ciuitatem euntes, inuestigate
Effœminatum hospitem, qui introducit uitium
Nouum mulieribus, & connubia dedecore afficit.
Et siquidem cœperitis, uinctum ducite
Huc eum, ut delapidationis pœnam adeptus
Moriatur, tristia bacchanalia Thebis uidens.
TI. O miser, ut nescis quò uerborum uenias.
Insanis iam, & antè non constitisti animo.

Eamus

Eamus nos Cadme, & deprecemur
Et super hoc, quamuis existente sæuo,
Et super ciuitate deum, ne quid noui
Faciat. Sed sequere me hederaceo cum baculo.
Conare uerò erigere corpus meum, & ego tuum.
Senes uerò turpe duos cadere. eat uerò nihilominus.
Baccho enim filio Iouis seruiendum erit.
Pentheus uerò quomodo non luctum inferat familiæ
Tuæ Cadme? arte uaticinandi non dico,
Sed rebus. Stulta enim stultus dicit.
CHO. Sancta ueneranda deorum,
Sancta quæ supra terram
Aureas alas fers,
Hæc Penthei audis,
Audis impiam contumeliam
In Bromium filium Semeles,
Apud iucundissimam lætitiam
Deum præcipuum deorum: qui hæc potest,
Et tripudiare choreis,
Et cum tibia ridere,
Et sedare curas,
Quoties uuæ uenerit
Liquor in conuiuium deorum,
Hederaceis uerò in compotationibus
Viris crater somnum immiserit.
Infrenis oris,

» Enormisq; dementiæ,
» Finis infœlicitas.
» Sed tranquillitatis
» Vita, & sapientia
» Inconcussa manet, & continet
» Rem domesticam longe quidem. sed tamen ethere
» Habitantes, uident res mortalium cœlites.
» Non recta uerò sapientia,
» Et non mortalia sapere,
» Abbreuiat uitam. Hac de caussa
» Vere qui magna sectatur,
» Mediocria non consequitur.
» Insanientium hi mores,
» Et imprudentium (meo iudicio) uirorum.
Vtinam ueniam ad Cyprum
Insulam, Veneris
Vbi demulcentes animos uersantur
Mortalibus amores.
Et ad Paphum, quam centum ostia habentes
Barbari fluuij riui
Frugiferam reddunt carentes imbribus.
Vbi pulcherrima
Pieria Musarum sedes,
Inclita fama Olympi,
Illuc duc me
Bromi Bromi

Bacchans

Bacchans deus.
Illic Gratiæ.
Illic Desiderium.
Illic uerò Bacchis
Fas est celebrare orgia.
Deus hic Iouis filius
Gaudet quidem conuiuijs,
Amat uerò diuitiarum largitricem
Pacem, iuuenum altricem deam.
Parem uerò diuiti
Et pauperi dat habere
Vini iucunditatem, carentem tristitia.
Odit uerò, cui non hæc curæ sunt
Per diem, & gratas noctes,
Lætum degere.
Sapientem uerò abstinere
Animum mentemq;,
Curiosis à uiris.
Et quod uulgus
Iniquius
Iudicat, & loquitur,
Hæc utiq; dixero.
PA. Pentheu, adsumus hanc prædam uenati,
Ad quam misisti, neq; frustra festinauimus.
Hæc fera enim nobis mansueta, neq; subduxit
Fuga pedem, uerum tradidit non inuita manus,

Digitized by Google

Neq; pallidus, neq; permutauit purpuream genam.
Sed ridens, & ligare & abducere petijt,
Et manſit, partem mei mitem faciens.
Et ego per pudorem dixi, ô hoſpes, non lubens
Ego te, ſed Penthei, qui me miſit, mandato.
Quas porro tu Bacchas cõcluſiſti, quas corripuiſti,
Et ligaſti uinculis publicis tectis,
Abierunt illæ ſolutæ ad montes,
Saliunt, Bromium inuocantes deum.
Sponte ſua ipſis uincula ſoluta pedum,
Et clauſtra dimiſerunt fores, ſine mortali manu.
Multis uerò hic uir miraculis adeſt plenus,
Ad has Thebas. tibi alia curæ oportet eſſe. (ſtes,
PEN. Corripite manus huius. in uinculis enim exi-
Non eſt adeò celer, ut me effugiat.
Certe quidem corpore non deformis es hoſpes,
Quantum ad mulieres, quare Thebas ueniſti.
Capillus etenim tuus prolixus, non propter luctum
Secundum genas fuſus, deſiderij plenus.
Album uerò colorem adornatum habes
Non ſolis radijs, ſed ſub umbra.
Venerem pulchritudine captas.
Primum igitur mihi dicito, quis nam es genere?
DIO. Nulla iactantia. facile uerò hoc dicere.
Floridum Tmolum nouiſti audiens?
PEN. Noui, qui Sardoum urbem ambit in orbem.

DIO.

Digitized by Google

DIO. Inde sum. Lydia uerò mihi patria.
PEN. Vnde uerò sacra hæc ducis in Græciam?
DIO. Dionysius nos pietatem docuit, filius Iouis.
PE. Iupiter uerò est illic quis, qui nouos parit deos?
DIO. Non, uerũ qui Semeles hic coniunxit nuptijs.
PEN. Vtrum uerò noctu te, aut interdiu coëgit?
DIO. Cernens cernentem, & tradit sacra.
PEN. Hæc orgia sunt, quam speciem habentia tibi?
DIO. Non dicenda, non initiatis sacris Bacchi cognitum hominibus.
PEN. Habent uerò utilitatẽ celebrantes quandam?
DIO. Nõ fas est audire te, sunt uerò digna cognitu.
PEN. Bene hoc tergiuersatus es, cum audire cupio.
DIO. Impie celebrantem orgia odit deus.
PEN. Deum enim uidisse tu dicis manifeste, qualis fuerit.
DIO. Qualis uoluit, non ego notaui hoc.
PEN. Hæc certe declinasti bene, nihil dicens.
DIO. Videbitur aliquis desipienti sapientia loquens desipere.
PEN. Venisti uerò primum huc. hũc ducens deum?
DIO. Omnes saltant Barbari hæc orgia.
PEN. Sapiunt enim prius Græcis longè.
DIO. In ijs lõge melius, cæterum leges dissentiũt.
PEN. Hæc uerò sacra noctu, aut interdiu celebras?
DIO. Noctu plerunq;, reuerentiã habent tenebræ,

PEN. *Istud erga mulieres dolosum est, & uitiosum.*

DIO. *Etiã die turpitudinem inueniat quispiã sanè.*

PEN. *Pœnam te dare oportet propter inuentiones malorum.*

DIO. *Te uerò propter impietatẽ impium in deum.*

PEN. *Quàm confidens Bacchus, neq; inexercitatus sermonum.*

DIO. *Dic quid pati oporteat, quid truculentum in me facies?*

PEN. *Primum quidem mollem capillum abscindam tuum.*

DIO. *Sacer est capillus, & deo ipsum nutrio.*

PEN. *Deinde thyrsum hunc da ex manibus.*

DIO. *Ipse tu mihi eripis, hunc Dionyso fero.*

PEN. *Et in custodijs corpus tuum custodiemus.*

DIO. *Soluet me deus ipse, cum ego uoluero.*

PEN. *Quando inuocaueris ipsum inter Bacchas cõstitutus.*

DIO. *Et nunc quæ patior prope existens uidet.*

PEN. *Et ubi est? non enim conspicuus oculis meis.*

DIO. *Penes me. Tu uerò impius ipse existens, non uides.*

PEN. *Comprehendite. despicit me & Thebas hic.*

DIO. *Interdico, me ne ligent, sapiens desipientibus.*

PEN. *Ego uerò ligandum te, potentior te.*

DIO. *Nescis quod uiuis, neq; uides, neq; quis sis.*

PEN.

Digitized by Google

PEN. Pentheus Agaues filius, patris uero Echionis.
DIO. Ad infortunium patiendum secundum nomen idoneus es.
PEN. Abi. constringite eum iuxta equestria
Præsepia, ut tenebrosas uideat tenebras.
Illic saltato. Istas uero quas adducens ades
Malorum cooperatrices, aut uendemus,
Aut manus à strepitu hoc, & byrsæ sonitu
Compescens, ad telas ancillas comparabo.
DIO. Ibo sanè. quod uero nõ conuenit, nõ conuenit ««
Pati. certe propter hanc talione contumeliam ««
Consequitur Dionysus te, quem non esse dicis.
Nos enim lædens, hunc in uincula ducis.
CHO. Acheloi filia
Veneranda, bona uirgo Dirce.
Tu enim in tuis olim fontibus
Iouis infantem accepisti,
Quando femore ex igne immortali Iupiter,
Qui peperit, rapuit ipsum.
Hæc exclamasti,
Io Dithyrambe, meum
Ad masculum hunc ito uterum.
Ostendam hoc ô
Bacche, Thebis nominandum.
Tu uero me ô beata Dirce,
Coronatos repellis

Digitized by Google

Thiasos habentem in te.
Quid me repudias? quid me fugis?
Posthac certe racemosi
Dionysij muneris uitium,
Posthac tibi Bromij curæ erit.
Qualem qualem iram
Exhibet terrestre
Genus, natus ex dracone
Olim Pentheus, quem Echion
Genera uit terrestris,
Immane monstrum,
Non uirum humanum,
Sed cruentum ueluti gigantem,
Aduersarium dijs,
Qui me laqueis famulam
Bromij mox colligabit.
Meum intus habet
In domo iam socium
Obscuris occultatum carceribus.
Vides hæc, ô Iouis fili
Dionyse, tuas prophetas
In certamine necessitatis?
Redi renidens auro, concutiens
Thyrsum per olympum.
Cruenti uero uiri petulantiam contine,
Ad Nyssam utig

Ferarum

Ferarum altricem thyrsum ferens,
Thiasum ô Dionyse, aut
Corycæis in uerticibus.
Statim in arboroſis olympi
Thalamis, ubi olim
Orpheus cithara ludens
Congregabat arbores Muſis,
Congregabat feras agreſtes.
Beata ô Muſa,
Colit te Euius.
Et ueniet ſaltaturus
Cum bacchationibus.
Velocem uero
Tranſcendens Axium,
Rotantesq; Mænades ducet,
Ad Lydiamq;, fœlicitatis
Mortalibus largitorem, & parentem,
Quem audiui equeſtrem regionem aquis
Limpidiſſimis irrigare.
DIO. Io audite meam
Io Bacchæ, io Bacchæ.
CHO. Quis hic? quis unde ſonitus
Me uocauit Bacchi?
DIO. Io iterum uoco,
Semeles Iouisq; filius.
CHO. Io io domine domine,

Veni

Veni iterum nostrum ad thiasum,
O Bromie Bromie.
Solum terræ commotione uenerandu.
A, a, mox Penthei atria
Concutientur ruinis,
Colite ipsum.
Ipse Dionysus in atrijs.
SEMI. Colimus ô.
Videtè lapideas columnarum pilas
Trementes has.
Bromius signum cũ clamore lætitiæ dat intra tecta.
SEMI. Accende fulmineam ardentem facem,
Combure combure domum Penthei.
SEMI. A, a. ignem non uides, neq; cernis
Semeles sacrum circa sepulchrum,
Quam olim fulmineum
Reliquit flammam Iouis tonitru.
Disijcite ad solum trementes domos,
Disijcite ô Mænades.
Hic enim rex, sursum deorsum positus, accedit
Atria hæc, Iouis filius Dionysus.
DIO. Barbaræ mulieres, adeò consternatæ metu
Ad solum cecidistis? Gauisæ estis, ut uidetur, Baccho
Concutiente domum Penthei. quare susciate
Corpus, & cõfirmate mẽbra, tremorẽ excludentes.
CHO. O lux maxima nobis Euij baccheumatis,

Vt

Vt aspexi lubens te solitariam habens solitudinem.
DIO. Ad animi mœrorem uenistis, cum mittebar
In Penthei ut in obscurum carcerem caderem.
CHO. Quomodo enim? nullus enim mihi custos es-
set, si tu male haberes.
Sed quomodo liberatus es in uirum impium incidēs?
DIO. Ego ipse seruaui meipsum facile sine labore.
CHO. Neq; tuam colligauit manum uinculis per la-
queos.
DIO. In his etiam elusi eum. quod me uincire exi-
stimans,
Neq; attigit, neq; nexuit nos, sed eb. uero pascebatur,
Ad præsepia uero taurum inueniens, ubi concluserit
nos agens
Huic laqueos circūposuit genubus, & ungulis pedū
Iracundiam spirans, sudorem à corpore stillans,
Labris dans dentes, propè ego præsto existens,
Quietus sedens aspexi, interea temporis
Cōcussit ueniens Bacchus domū, et matris sepulchro
Ignem succēdit. Hic uero ut uidit, domos ardere exi-
stimans,
Impetum fecit huc, & isthuc, famulis aquam ferre
Iubens. omnis uero in opere seruus erat, frustra la-
borans.
Omittens uero hunc laborem, tanquam me elapso
Fertur, gladium nigrum rapiens intra domum.

Deinde

Deinde Bromius (ut mihi uidetur, opinionem dicã)
Lueem fecit per aulam. hic uero ad hunc ruens,
Impetum fecit, & pungebat lucidum, tanquam occisurus me.
Ad hæc ei, cætera Bacchus damno afficit,
Domumq; diruit ad solum, concidit uero tota.
Acerbißima expertus uincula mea, propter labores
Amittens gladium, defatigatus est, erga deum existens homo
Congredi ausus. tranquillus uero Bacchus ducens
E' domo uenio ad uos, Pentheum non curans.
Vt uero mihi uidetur, strepunt solea in domo.
Ad ueſtibula statim ueniet. Quid nam propter illa dicet?
Facile enim ipsum feram, etiamsi spirans ueniat magnum.
Sapientis enim uiri est, exercere modestam iræ continentiam.
PEN. Passus sum indigna, effugit mihi hospes,
Qui modò uinculis erat constrictus.
Ehẽ hic est uir. quid isthuc? quomodo ante ueſtibula
Appares, extra meas ædes egressus?
DIO. Siste pedem, iræ uero siste quietum pedem.
PEN. Vnde tu uincula effugiens egrederis?
DIO. Non dixi? non audiuisti quod soluet quispiã?
PEN. Quis? nouos enim adfers sermones semper.

DIO.

DIO. Qui racemosam uitem producit mortalibus.
PEN. Acceptum fers hoc iam Dionyso bonum.
DIO. Claudere iubeo omnes turres circumcirca.
PEN. Quid isthuc? non transcendunt enim muros dij?
BAC. Sapiens, sapiens es, præterquam in quibus oportebat te esse sapientem.
PEN. In quibus oportet, maxime ego sum sapiens.
Hoc uero audiens, primum sermones disce.
Qui ex monte adest nuncians quiddam tibi.
Nos uero tibi manebimus, non fugiemus.
NVN. O Pentheu, imperator huius Thebanæ terræ,
Adsum Cytheronem relinquens, ubi nunquam
Albæ niuis liquescunt sacræ aspergines.
PEN. Venis uero quod nã adferens studiũ sermonũ?
NVN. Bacchas furiosas aspiciens, quæ ex hac terra
Per œstrum albos pedes detulerunt.
Adsum dicere tibi & ciuitati cupiens, ô rex,
Quod dira agunt, & miracula superantia.
Sed cupio audire, utrum tibi libere
Dicam ea quæ inde fero, an sermonem contineamus?
Impetum enim tui animi metuo, ô rex,
Et iracundiam, & regalem nimium.
PEN. Dic, quoniam indemnis ex me omnino eris.
Iustis enim non irasci conuenit.
Quanto uero dixeris atrociora de Bacchis,

Tanto

Tanto magis ſubminiſtrantem artes
Mulieribus, hunc ſupplicio proponemus.
NVN. Armentariæ quidem pecudes modò ad iugum
Vitulorum paulatim aſcendebant, cum ſol
Radios emittebat, calefaciens terram.
Video autem thiaſos tres muliebrium chororum,
Quibus præerat, uni quidem Autonoe, ſecundo
Mater Agaue tua, tertio uerò Ino choro.
Dormiebant uero omnes corporibus diſſolutæ:
Hæ quidem ad abietis tergum, enixæ frondem:
Aliæ in quercus ſolijs ad ſolum caput,
Temere proſtratæ modeſte, non ut tu ais
Inebriatas cratere, & ſtrepitu tibiæ,
Venari per ſyluam Venerem mares imitantes.
Tua uero mater, ululauit in medijs
Collocata Bacchis, ex ſomno mouens corpus,
Boatus ut audiuit cornutorum boum.
Illæ uero abſtergentes recentem ab oculis ſomnum,
Aſſurrexerũt erectæ, mirum uiſu, propter decentiã.
Iuuenes, uetulæ, & uirgines, & innuptæ.
Et primum quidem demiſerunt in hũmeros comas,
Et nebridas collegerunt, quibuſcunq; nodorum
Vinculum ſolutum erat, & uariegatas pelles
Serpentum colligarunt lambenti gula.
Aliæ in ulnis capream, aut catulos luporum
Agreſtes geſtantes, album dederunt lac,

Quibuſcunq;

Digitized by Google

Quibuſcunq; nuper parturientibus mammæ turgebant adhuc
Infantibus relictis. Impoſuerunt autem ciſſinas
Coronas, & quercus, & milacis floriferi.
Thyrſum uerò quædã capiens percußit in petram,
Vnde rorulentus aquæ proſiliebat humor.
Alia ferulam in ſolum miſit terræ,
Et hac parte fontem emiſit uini deus.
Quibuscunq; uerò albæ potionis deſiderium erat,
Summis digitis diuidentes terram,
Lactis ſcaturigines habebant. ex hederaceis autem
Thyrſis dulces mellis ſtillabant humores.
Ita ut ſi adfuiſſes, deum, quem nunc uituperas,
Precibus petiuiſſes utiq;, aſpiciens hæc.
Conuenimus uerò bubulci & paſtores ouium,
Mutuis ſermonibus dantes inuicem contentionem,
Quod dira ageret, & miraculis digna.
Atq; quidam erro per urbem, ſolersq; dicendi,
Dixit ad omnes, ô ſacra iuga
Habitantes montium, uultis capiamus
Penthei Agauen matrem ex baccheumatis, (tare
Remq; gratã regi faciamus? bene uerò nobis cõſul-
Viſus eſt. arbuſtorum autem inſidias ponebamus in
Occultantes nos ipſos. Ipſæ uerò certa (frondibus,
Hora mouebant thyrſum ad baccheumata,
Iacchum pleno ore, Iouis filium,

Ad Bromium

Bromium uocantes. totus uerò conbacchauit mons,
Et feræ, nihil erat immotum cursu.
Erat uerò Agaue prope saltans me.
Ibi ego simul exiliui, tanquam corripere cupiens
Arbustum deserens, ubi occultauimus corpus.
Ipsa uerò exclamauit: O cursu cõcitatæ meæ canes,
Capiamus uiros istos. quare subsequimini me,
Sequimini thyrsis manibus armatæ.
Nos itaq; fugientes euitauimus
Baccharum laceratione. ipsæ uerò pastorũ pascua
Vitulorum irruerunt cum manu absq; ferro.
Et hanc quidem aspexisses, opimam iuuencam
Mugientem, habentem in manibus per ultionem:
Aliæ uerò uaccas dissipabant laniatu.
Vidisses certe aut latus, aut bifidum pedem,
Iacti sursum & deorsum. pensilia uerò
Stillabant sub abietibus permixta sanguine.
Tauri uerò animosi, & cornibus se defendentes,
Ab anteriori parte sternebantur ad terrã corpore,
Magna multitudine manuum cum agerentur iuuencularum.
Citius uerò dissipabantur carnis tegumenta,
Quàm tu attingere queas palpebras r ijs pupulis.
Petunt autem ueluti aues sublata [illegible],
Camporum latifundia, quæ apud Asopi fluenta
Fructuosam emittunt Theban[illegible] segetem.

Et ad

Et ad Hyſias Erythraſq;, quæ Citheronis ad radicē
In fra habitant, ueluti hoſtes
Incidentes, omnia ſurſum atq; deorſum
Spoliabant. rapiebant quidem ex domibus liberos.
Quotquot uerò in humeros poſuerunt, à nullis uinculis
Continebantur, neq; cadebant ad nigram terram.
Non æs erat, neq; ferrum: ſed in capillis
Ignem ferebant, neq; comburebat. iſti uerò propter iram
Ad arma uerſi ſunt, cum uaſtarentur à Bacchis.
Vbi quidem graue erat ſpectaculum uidere, ô rex.
Has etenim non cruentabat haſtile iaculum.
Sed illæ thyrſos emittentes manibus,
Vulnera inſligebant, & conuerterunt in fugam
Mulieres, uiros, non abſq; deo quopiam.
Iterum uerò ibant, unde mouerunt pedem,
Ad fontes ipſos, quos emiſit ipſis deus.
Abluerunt uerò ſanguinem guttam ex genis
Lingua ſerpentis abſtergebant à corpore.
Deum itaq; hunc quicunq; ſit, ô domine,
Recipe in ciuitatem hanc. quoniam & in cæteris
Etiam illud dicunt ipſum, quantum audio,
Sedatricem uitem dare hominibus, «
Vino enim ſublato, non eſt Venus, «

» Neq; aliud iucundum quicquã mortalibus posthac.
CHO. Timeo quidem loqui sermones liberos,
Ad tyrannum, sed tamen dicetur.
» Dionysius inferior nullo deorum est.
PEN. Iam propè ueluti ignis ardet
Petulantia baccharum, probrum in Græcos ingens.
Verum non cunctandũ est. abi ad Electræ profectus
Portas, iube omnes scutatos
Et equorũ obuiam uenire celeripedũ conscensores,
Et peltas quotquot uibrant, & arcuum manu
Pulsant neruos, ut expeditionem ducamus
In Bacchas. Aliàs enim uincunt hæc,
Si à mulieribus patiemur quæ patimur.
NVN. Pares quidem nihil meis dictis audiens,
O Pentheu. male uerò à te cum tractor, tamen
Asserо, non oportere te arma inferre deo,
Sed quiescere. Bromius non sustinebit,
Mouenti Bacchas Euijs à montibus.
PEN. Nequaquã castigabis me, aut uinctus elapsus
Seruaberis in hoc, aut tibi iterũ inferam supplicii.
NVN. Sacrificarem ei potius, quàm succensus
» Contra stimulum calcitrem, mortalis existens deo.
PEN. Sacrificabo cædem fœmineam, ut dignæ sunt,
Magnam, tumultum faciens in Citheronis iugis.
Fugietis omnes: & hoc turpe est, scuta
Thyrsis Baccharum cedere ærea.

NVN.

Digitized by Google

NVN. Perplexo cũ hoc negociũ habemus hospite.
Quoniam neq; patiens, neq; inferens quiescet,
Quandoquidem adhuc ista recte componi possunt.
PEN. Quid facientem, seruientem seruitute mea?
NVN. Ego mulieres huc absq; armis adducam.
PEN. Eheu, hoc iam fraudulentũ in me machinaris.
NVN. Quod nam? si te uolo seruare artibus meis?
PEN. Conspiraſtis cõmuniter in hæc, ut bacchemini usque.
NVN. Quamuis pactus sim, hoc sic est, cum deo.
PEN. Efferte mihi huc arma, tu uerò desine loqui.
NVN. Vis ipsas in montibus consedentes uidere?
PEN. Maxime, ingens ubi dedero auri pondus.
NVN. Cur in amorem huius rei incidisti magnum?
PEN. Libenter uiderem eas inebriatas.
NVN. Tamẽ uideres libenter quæ tibi aduersa sunt.
PEN. Manifeste scius, tacite sub abiete sedens.
NVN. Verum uestigia inquirent tua, si uelis clam.
PEN. Imò palàm. bene enim dixisti hoc.
NVN. Ducamus igitur te, & aggrediaris uiam.
PE. Duc ut primũ, propter tẽpus enim nõ grauor.
NVN. Indue nunc corpori byssinos peplos.
PEN. Cur nam hoc modo in mulieres è uiro migro?
NVN. Ne te interficiant, si uir uisus fueris illic.
PEN. Bene dixisti hoc, & sapiens dudum es.
NVN. Dionysus nos docuit hæc.

Digitized by Google

PE. Quomodo igitur fieri queāt, quæ tu me admones?
NV. Ego ornabo te, intro in domū profectus. (scitet
PEN. Quo ornatu, an fœmineo? uerum me pudet.
NVN. Nō amplius ſpectator mænadū promptus es.
PE. Veſtē uerò quam ais circa corpus meū poſituri?
NV. Capillū quidē ad caput tuum prolixū extendā.
PEN. Alter uerò habitus ornatus, quis mihi eſt?
NVN. Pepli talares. in capite uerò erit mitra.
PEN. Ecquid aliud ad iſta addes mihi?
NVN. Et thyrſum manui ceu himnuli uariā pellem.
PEN. Non queam fœmineam induere ueſtem.
NVN. Verū ſupplicū dabis, congreſſus cū Bacchis
PEN. Recte, ire cōuenit primū exploratū. (prælio.
NVN. Sapientius certe, quàm malis capere mala.
PEN. Et quomodo per urbem ibo Thebanos latēs?
NVN. Vias ſecretas imus. ego dux ero. (mihi.
PEN. Quodlibet potius eſt, me irrideant Bacchæ,
NVN. Profecti domū, quæcunq; uiſa fuerint conſul
PE. Omnino licet. mea cōmoditas adeſt tibi. (tabimus.
NVN. Eo utiq;. aut enim armatus ibo,
Aut tuis parebo conſilijs.
DIO. Veniet uerò ad Bacchas, ubi moriens dabit
O mulieres, hic uir in iactū conſtitutus eſt. (pœnā.
O Dionyſe, nunc tuū opus eſt. nō enim procul abes.
Vlciſcamur eum. primum moue animo,
Immittens leuem furorem, ut ſapiens bene,

Nolit

Nolit fœmineum induere ornatum.
Extra uerò pellens sapientiam, induet.
Cupio uerò ipsum ridiculum Thebanis facere,
In ueste fœminea cum ducitur per urbem,
Propter minas quas antè dixit, quibus uehemẽs erat.
Sed eo ornatum accipiens, quo in Plutonis
Abibit matris ex manibus interfectus,
Pentheo adaptaturus. cognoscet uerò Iouis filium
Dionysum, qui est in authoritate deus
Vehementißimus, sed hominibus clementißimus.
CHO. An in nocturnis choreis
Ponam aliquando album
Pedem debacchans,
Ceruicem ad æthera roscidum
Iaciens, ueluti hinnula uiridi
Cursitans prati uoluptate,
Quando timendam effugerit
Venationem extra stationes,
Bene torta super retia.
Incitans uerò uenatores,
Intendit cursum canum,
Et laboribus, & uelocibus turbinibus
Salit iuxta campum fluuiatilem, gaudens
Mortalium solitudine,
Et opacæ in arbustis syluæ.
Quid sapientius, aut quod pulchrius

» A' dijs munus apud homines,
» Quam manum supra uerticem
» Hostium uictricem habere?
» Quoniam quod bonum est, gratum semper.
» Aduentat uix, sed tamen uenit,
» Certa diuina
» Virtus. punit uerò
» Et mortales eos qui improbitatem
» Colunt, & non deorum sacra
» Promouent, cum peruersa opinione.
» Occultant uerò uarie
» Longo tempore pedem, &
» Captant impium. non
» Enim aliquid quod potius sit legibus
» Inquirere conuenit, aut cogitare.
Facilis enim iactura putare,
Et ratum habere, quicunq; tandem sit deus,
Qui tempore longo,
Legitime cultus sit, semperq; natura existat.
» Quid sapientius? aut quod pulchrius
» A' dijs munus apud homines,
» Quam manum supra uerticem
» Hostium uictricem habere?
» Quoniam quod bonum est, gratum semper.
» Beatus quidem, qui ex maris
» Fugit fluctu, portum uerò adeptus est.

Beatus

Beatus uero, qui superauit cc
Calamitates. Alijs uero alius aliam cc
Diuitijs & potentia præterijt. cc
Infinitæ infinitis cc
Superſunt ſpes. hæ quidem cc
Finem faciunt in diuitijs cc
Mortalibus, aliæ irritæ fiunt. Hunc uero, in diem cc
Cui uictus abundans, beatum iudico. cc

DIO. Te cupidum exiſtentem quæ non conuenit cernere,
Et conantem non conanda, Penthea dico,
Foras prodi, compareto mihi,
Ornatum mulieris mænadis Bacchæ habens,
Et tuæ matris & agminis explorator.
Decorus uero es Cadmi uni ex filiabus forma.

PEN. Atqui uidere mihi duos quidem ſoles uideor,
Geminasq; Thebas, & oppidum ſeptem portas habens.
Et taurus nobis præire uideris,
Et tuo cornua bina capiti adnata eſſe.
Sed reuerá ne es fera? mutatus enim es in taurum.
Deus ipſe it præ, non exiſtens benignus.

DIO. Socius nobis. nunc uero uides quæ te uidere conuenit.

PEN. Quid uideor tandem? an non Inonis conſtitutionem,

Aut Agaues repræsentare matris meæ?
DIO. Illas ipsas aspicere existimo te cernens.
Verum è suo loco tibi motus est cincinnus hic,
Non ut ego ipsum sub mitra adaptaui.
PEN. Intus antrorsum ipsum & retrorsum quatiens ego,
Et debacchans ex loco moui.
DIO. Sed ipsum nos, quibus te colere curæ est,
Iterum componemus, quare erige caput.
PEN. Ecce, tu ornato: tibi enim paremus iam.
DIO. Et zonæ tibi laxæ sunt, neque in ordinem peplorum
Plicæ sub talis tenduntur tuorum.
PEN. Et mihi uidentur iuxta dextrum pedem.
Hic uero recte iuxta neruos ceruicis habet peplus.
DIO. An ne me tuorum primum habebis amicorū,
Vbi præter opinionem modestas Bacchas uideris?
PEN. Vtrum ne thyrsum dextra sumens manu,
Aut hac, Bacchæ magis similis ero?
DIO. In dextra conuenit, & simul dextro pede
Tollere ipsum. laudo uero, quod mutasti animum.
PEN. Queam ne Cytheronis colles,
Cum ipsis Bacchis meis humeris ferre?
DIO. Poteris, si uelis. priorem uero mentem
Non habuisti sanam. nunc uero habes, qualem te conuenit.

PEN.

PEN. Vectes feramus, aut manibus diuellam,
Verticibus supponens humerum aut brachium?
DIO. Ne tu Nympharum perdas sedes,
Et Panis sedes ibi habene susurri uernorum.
PEN. Recte admonuisti: non uiribus uincendæ «
Mulieres. abietibus uero meum abscondam corpus. «
DIO. Occultaberis tu occultatione, qua te occultari conuenit,
Profectum fraudulentum Mænadum speculatorem.
PEN. Atqui uideor ipsas in arbustis ueluti aues,
Lectorum contineri gratissimis in latebris.
DIO. Quin igitur ad hoc ipsum migras custos,
Capiens fortasse ipsas, si tu non captus fueris prius.
PEN. Deduc me per mediam Thebanam terram,
Solus enim sum ex ipsis uir audens hæc.
DIO. Solus tu super ciuitate hac laboras solus.
Certe enim te certamina expectant, quæ conuenit.
Sequere tantum, deductor sum ego salutaris.
Inde uero abducet te alius, PEN. Mater nimirum.
DIO. Conspicuum existentem omnibus. PEN. Ad hoc accedo.
DIO. Portandus uenies. PEN. Molliciem meam dicis?
DIO. In manibus matris. PEN. Et deliciari coges me?

DIO.

Digitized by Google

DIO. Delicias huiusmodi. PEN. Digna enim egredior.

DIO. Vehemens tu uir, uehemens, & ad magna uadis pericula,

Itaq; ad cœlum confirmatã inuenies gloriam.

Extende Agaue manus, atq; aliæ simul genitæ

Cadmi filiæ, iuuenem duco (ego,

Hũc in certamen magnum. uictor uero futurus sum

Et Bromius erit. cætera uero res ipsa indicabit.

CHO. Ite ueloces furoris canes, ite in montem,

Thiasum ubi celebrant Cadmi filiæ.

Oestro concitate ipsas,

Aduersus illum qui est in ornatu quo imitatur mulie

Mænadum exploratorem furiosum. (res,

Mater prima ipsum plana à petra,

Aut palo uidebit

Explorantem. Mænadibus uero acclamabit.

Quis hic Thebanorum inuestigator monticolarum,

Ad montem, ad montem uenit? ô Bacchæ.

Quis nam ipsum peperit?

Non enim ex sanguine

Mulierum natus est.

Sed leænæ nimirum cuiusdam, aut Gorgonum

Libycarum genus est.

Veniat Dice manifesta,

Veniat ensem gestans,

Trucidans

Trucidans dea funditus
Impium, sceleratum, iniustum,
Echionis sobolem Gygantis.
Qui iniqua sententia, & scelerata ira,
Quantum attinet ad orgia Bacchica & matris suae
Furiosa mente,
Et uesaniente animo proficiscitur,
Inuictum tanquam uicturus per uim,
Iudicio equo, mors non accipiens excusationes,
Contra res deorum est,
Mortali uero habere absq; tristitia uitam.
Sapientem non inuidia gaudeo capiens.
Cætera magna, manifesta omnem
Ad honestatem, uitam
Interdiu & noctu
Ducentia ad pietatem.
Ritus uero extra iustitiam sunt, reijcientes "
Cultum deorum. "
Veniat Dice manifesta,
Veniat ensem gestans,
Trucidans dea penitus
Impium, sceleratum, iniustum
Echionis filium terrigenam.
Appareto taurus, aut cristatus uisu
Draco, aut ardens
Visu leo.

Digitized by Google

748

Eas ô Bacche, uenator, Bacchārum
Ridenti uultu.
Injice laqueum,
In letalem turmam
In illum qui incidit Mænadum.
NV. O domus, quæ antè olim beata fuisti p Græciā
Sidonij senis, qui terrigenam
Draconis seminauit serpentis in terra messem,
Vt te ingemisco, seruus existens quidem, sed tamen
Frugi seruis calamitas est res dominorum.
CHO. Quid est? ex Bacchis, quid indicas nouī?
NVN. Pentheus perijt, filius Echionis patris.
CHO. O rex Bromie. namq; deus appares magnus.
NVN. Quid agis? quid hoc narras? an de meis
Gaudes male habentibus heris, ô mulier?
CHO. Bacchū celebro hospita, carminib. barbaris.
Non enim amplius ūmculorum præ metu formido.
NVN. Thebas uero carere uiris sic arbitraris?
CHO. Dionysius ipse, Dionysius, non Thebæ imperiū
Habent in me.
NVN. Ignoscendū quidē tibi, tamen ob perpetrata
Mala, gaudere ô mulieres non conuenit.
CHO. Loquere mihi, dicito quo fato mortuus est
Iniustus, & iniusta perficiens uir.
NVN. Ex quo campos huius Thebanæ terræ
Relinquentes, transgressi sumus Asopi fluenta,

Iugum

Iugum Citheronium aggreſſi ſumus,
Pentheus & ego: herum enim ſequebar:
Et hoſpes, qui nobis ductor erat ſpectaculi diuini.
Primum itaq; ad herbidum peruenimus lucum,
Et ad procul tacenda, & à lingua,
Amouentes ut uideamus non uideamur.
Erat autem uallis utrinq; præcipitio munita, aquis irrigua,
Piceis opaca, ubi Mænades
Sedebant, habentes manus in iucundis laboribus.
Hæ quidem ex ipſis thyrſum deficientem
Hedera comatum, iterum coronabant.
Aliæ uero, relinquentes uaria ueluti aquæ iuga
Bacchicum obfremebant inuicem carmen.
Pentheus uero miſer, fœmineam nõ cernens turbam,
Dixit hæc. ô hoſpes, ubi quidem ſtamus?
Nõ aſſequor Mænadum quotquot ſint adulterarũ.
Collem uero conſcendens in abietem altam,
Videre queam recte Mænadum turpitudinem.
Exinde tum hoſpitis huius quoddam mirum uideo.
Apprehendens enim abietis ſublimem ſummũ ramũ
Deduxit, duxit duxit ad nigrum ſolum.
Curuabatur uero ueluti arcus, aut curua rota
Torno ſculpta, ad circumferentiam ducit flexum.
Sic ramum montanum hoſpes manibus trahens,
Flectebat ad terram, opera non mortalia faciens.

Pentheo

Penthea uero collocans abiegnos super ramos,
Rectum dimittit per manus germen sursum,
Paulatim cauens ne reijceret ipsum.
Erecta uero in sublimem æthera firmabatur,
Habens tergis dominum insidentem.
Visus uero est potius, quàm uidit Mænades.
Celerrime enim manifestus erat sedens superius.
Et hospitem quidem non amplius aspicere licebat,
Ex æthere uero uox quædam, quantum licet conicctare,
Dionysus exclamauit. O mulierculæ,
Duco illum qui uos & me & mea orgia
Risui habet, quare supplicio afficite illum.
Atq; hæc simul dixit, & ad cœlum
Et terram emisit fulgorem sacri ignis.
Ibi tacuit æther, taciteq; herbidum nemus
Folia continuit. ferarum non audiuisses uocem.
Hæ uero non manifeste uocem auribus accipientes,
Constiterunt erectæ, & distulerunt pupulas.
Hic uero denuo cohortatus est. cũ uero cognouissent
Certam adhortationem Bacchi, Cadmi filiæ,
Concitatæ sunt, columbæ uelocitate non inferiores,
Pedum intentæ continuis cursibus,
Mater Agaue, sorores q; germanæ,
Omnes q; Bacchæ, per torrentem nemoris
Et rupes, saliebant dei flatibus furiosæ.

Cum

Cum uero aspexerunt abieti dominum insidentem,
Primum quidem ibi lapides missiles
Iaciebant, ex aduerso positam conscendentes petrã.
Ramis uero abiegnis iaculabatur.
Aliæ uero thyrsos mittebant per æthera,
Pentheiq; miserum uehiculum. sed nihil perficiebant.
Superiorem enim altitudinem cupiditate occupans,
Sedebat infœlix, perplexitate non compos sui.
Postremo quernos unà emittentes ramos,
Radices euellebant, nullo ferro munitis uectibus.
Cum uero laborum fines non perficerent,
Dixit Agaue, age circumcollocate in orbem
Ramos apprehendite Mænades, ascensorem
Feram ut capiamus, ne renunciet dei
Choros arcanos. Illæ uero infinitam manum
Admouerunt abieti, & euulserunt è terra.
In alto uero sedens, ex alto humi procidens,
Cadit ad solum innumeris ploratibus.
Pentheus. cum in malo enim prope esset, resipuit.
Prima uero ipsa mater præfuit sacerdos cædi,
Et ruit in ipsum. Hic uero mitram à coma
Abiecit, ubi se agnouisset, non occideret
Vt infœlix Agaue. & dicit genas
Attingens, Ego certe mater sum filius tuus
Pentheus, quem peperisti in domo Echionis,
Miserere mei ô mater, neq; meo

Scelere filium tuum occidas.
Hæc uero ſpumam emittens, & diſtortos (ſapere,
Oculos contorquens, non ſapiens quæ conueniebat
A Baccho obſidebatur, neq; commouit eam.
Apprehendens uero manibus ſiniſtram manum,
Lateribus inſiſtens infœlicis
Auulſit humerum, non per robur.
Sed ipſe deus facultatem addebat manibus.
In o uero deinde alia perpetrauit,
Dilaniens carnes. & Autonoe, & turba tota
Inſiſtebat Baccharum. erat uero omnis ſimul clamor
Hic quidem ingemiſcens quatenus ſpirabat,
Bacchæ uero ululabant more bacchantium. referebat
hæc manum,
Alia pedem cum ipſis ſoleis. nudabantur uero
Latera laniatu. Quælibet uero cruentata
Manus, pilæ inſtar ſubmittebat carnes Penthei.
Iacet uero ſeparatum corpus, hæc quidem pars ſub
cætis
Saxis, alia pars ſyluæ in denſis frondibus,
Non facile inuenta. caput uero miſerum,
Quod accepit mater manibus
Infigens in cuſpidem thyrſi, ueluti montani
Fert leonis per Cithæronem medium,
Relinquens ſorores in choris Mænadum,
Pergit uero fera infœlici gaudens,

Intra

Intra mœnia inuocans Bacchum,
Conuenatorem, cooperatorem prædæ,
Victorem. certe lachrymas fert uictoria.
Ego itaq; procul à calamitate
Abeo, Agaue antequam ueniat ad domas,
Sed esse temperantem, & colere numina deorum,
Pulcherrimam existimo & sapientissimam
Mortalibus esse rem, qui ea utuntur.
CHO. *Saltando celebremus Bacchicum.*
Exclamemus calamitatem,
Draconis filij, Penthei.
Qui fœmineam stolam,
Et ferulam, certam mortem
Accepit, aptam thyrso,
Taurum ductorem calamitatis habens,
Bacchæ Thebanæ.
Victoriam inclitam effecit.
In filium, in lachrymas.
Pulchrum certamen, sanguine
Stillantem manum
Inijcere filio.
Sed enim aspicio cursibus concitatam,
Penthei Agauen matrem, distortis
Oculis, accipite festiuitatem Euij dei.
AG. O Asiaticæ Bacchæ. CHO. *Quid me iã suscitas?ô.*
AG. *Afferimus ex montibus uitulum,*

Digitized by Google

Modo mactatum, domum
Fœlicem uenationem.
CHO. Video, & te accipio ſociam, ô.
AGA. Corripui hunc abſq; laqueis,
Iuuenē ipſum, ut licet uidere. CHO. Vnde ſolitudinis?
AGA. Citheron. CHO. Quid, Citheron?
AGA. Interfecit ipſum.
CHO. Quæ illum percuſſit primum?
AGA. Meus eſt hic honor. CHO. Beata Agaue.
AGA. Celebramur in thiaſis.
Quis alia quæ ad Cadmum? CHO. Quid Cadmi?
AGA. Soboles, ſoboles poſt me poſt me hanc
Attigit feram? CHO. Beata es hac præda.
AGA. Particeps ſis nunc epuli. CHO. Quid particeps
ſim miſera?
AGA. Iuuenis eſt uitulus, modo mentum
Sub fronte teneras ſetas habens
Villoſum emittit.
Decorus eſt, quoniam beſtiæ huius immanis metu
Bacchus uenator,
Sapiens ſapiens incitauit
In hanc ferā Mænadas. CHO. Ipſe enim rex uenator.
AGA. Laudas? CHO. Quid laudo?
AGA. Mox uero Thebani,
Et Pentheus filius matrem
Laudabit, capientem prædam.

Hanc

Hanc, leonem
Insignem insignitæ. CHO. Lætaris?
AGA. Gaudeo, magna magna, insigniáq;
Hæc opera perfecta esse.
CHO. Ostende quæso ô misera tuam uictoriosam
Ciuibus prædam, quam ferens aduenisti.
AGA. O pulchre turribus munitum oppidum Thebanæ terræ
Habitantes, uenite, ut uideatis hanc prædam,
Cadmi filiæ, beluæ huius quam cæpimus,
Non missili Thessalorum collimatione,
Non retibus, sed ualido digitorum
Manuum uigore, & deinde gloriari conuenit,
Et fabrorum hastas facientium instrumenta parare frustra,
Nos uero hac manu hunc cæpimus.
In diuersas partes uero beluæ artus distulimus.
Vbi mihi pater senex? adueniat prope,
Pentheusq; meus filius ubi est? capiet capiens
Factarum ex fumibus ad domos scalarum gradus,
Vt clauis infigat caput sculpturis hoc
Leonis, quem cæpi ego in uenatione.
CAD. Sequimini me, ferentes miserum pondus
Pentheï. sequimini famuli ad domos.
Cuius corpus laboris magna inquisitione,
Fero hoc, nactus in Citheronis uallibus

7 56

Dilaniatum, & nihil in eodem solo
Capiens, in sylua iacens miserrimum.
Audiui enim à quopiam filiarum facinora,
Tum per urbem intra mœnia iter faciens,
Cum hoc sene Tiresia de Bacchis.
Retro uero iter flectens in montem, deporto
Mortuum filium à Mænadibus.
Et filiam quidem, quæ Actæona principem olim
Peperit, uidi Autonoën, unanimq; simul,
Adhuc in syluis œstro perculsas miseras.
Sed ipsam dixit quispiam, mihi huc bacchico pede
Ire Agauen. neq; uanum audiuimus,
Video enim eius uultum non fœlicem.
AGA. O pater, summe gloriari tibi licet,
Omnium optimas filias genuisse iam longo tempore,
Mortalium omnes dixi, præcipue uero me.
Quæ iuxta telas relinquens radios,
Ad maiora uenio, capere beluas manibus.
Fero uero in manibus, ut uides,
Capiens eximia munera, tuas ad ædes
Vt suffigantur. Tu uero pater accipe manibus.
Superbiens uero mea præda,
Vocato amicos ad conuiuium. beatus enim es,
Beatus nobis talia patrantibus. (uidere
CAD. O luctum non mediocrem, & qui non potest
Cædem miseris manibus patratam.

Egregiam

Egregiam uictimam quæ proſtrauiſti diis,
Ad conuiuium Thebas has & me aduocæ.
Ehem, propter tua mala primum, deinde me.
Quoniam deus nos merito quidem, ſed nimium,
Bromius rex perdidit, domeſticus exiſtens.
AGA. Vt moroſum ipſum ſenium apud homines eſt,
Et in oculis tetricum. Vtinam filius meus
Fœlix in uenatione ſit, matris aſſimilatus moribus,
Cum ſimul inter iuuenes Thebanos
Feras inuaſerit. uerum repugnare deo ſolum
Valet ille. admonendus, pater,
Et tibi eſt, & mihi, non ſapientibus gaudere malis.
Vbi nam eſt? quis ipſum huc in uiſum meum
Vocarit, ut uideat me fœlicem?
CA. Heu heu, ubi redieritis ad animũ, qualia patraſtis,
Dolebitis dolorem grauem. Si uero perpetuo
In hoc ſtatu ſemper manſeritis, in quo cõſtitutæ eſtis,
Non uidebimini fœlices, non infœlices eſſe.
AGA. Quid uero nõ recte horũ? aut quid male habet?
CAD. Primũ quidẽ in hũc ætherẽ oculos tuos dimitte.
AGA. Ecce, quid mihi horum commonuiſti aſpicere?
CAD. Adhuc idẽ eſt, aut tibi mutationes habere uide-
AGA. Clarior quàm antea, & liquidior. (tur?
CAD. Ipſa conſternatio tuæ animæ adhuc ineſt?
AGA. Non intelligo dictum hoc, fio uero paulatim
Mente prædita, tranſmutata à priſtino animo.

Digitized by Google

CAD. Audias igitur quid, & respondeas sapienter?
AGA. Quoniam oblita sum illorum quæ prius dixi, ô pater.
CAD. In qualem uenisti domum cum hymenæis?
AGA. Nato ex dete draconis me tradidisti, ut traderet, Echioni.
CAD. Qui igitur domi filius natus fuit tuo marito?
AGA. Pentheus, & mea & patris societate.
CAD. Cuius uultum igitur in manibus gestas?
AGA. Leonis, ut dixerunt uenatrices.
CAD. Quin considera recte. breuis labor est aspiciendi.
AGA. Eheu. quid uideo? quid fero hoc in manibus?
CAD. Contemplare istuc ipsum, & planius explora.
AGA. Video maximum dolorem, misera ego.
CAD. Num tibi leoni uidetur simile esse?
AGA. Non, sed Penthei ego misera habeo caput.
CAD. Deploratum antea quàm tu agnosceres.
AGA. Quis interfecit ipsum? quomodo meas uenit in manus?
CAD. Infœlix ueritas, quàm non in tempore ades.
AGA. Dic, quoniam præsagit futurum cor trepidatione.
CAD. Tu ipsum interfeciſti, & soror tua?
AGA. Vbi periit? an domi? aut quibus locis?
CAD. Vbi antea Actæonia nacti sunt canes.

AGA.

Digitized by Google

AGA. Quid uero, in Citheronem uenit infœlix hiĕ?
CAD. Irritabat deũ & tuas bacchationes, profectus.
AGA. Nos uero illuc quomodo acceßimus?
CAD. Inſaniſtis, & tota ciuitas Bacchico furore correpta eſt.
AGA. Dionyſus nos perdidit. iam nunc intelligo.
CAD. Contumeliam ultus, deum enim non exiſtimaſtis illum.
AGA. Charißimum uero corpus ubi filij eſt pater?
CAD. Ego uix iſtud inueſtigans affero.
AGA. An totum ſuis membris coniunctum recte?
Ad Pĕthea uero quæ pars dementiæ pertinebat meæ?
CAD. Vobis fuit ſimilis, non colens deum.
Certe coniunxit omnes in eandem noxam,
Et nos & hunc, ut perderem domum.
Et me, qui orbus maſculorum filiorum exiſtens,
Tui hanc plantam ô miſera uteri
Turpißime & peßime mortuam uideo.
Ad quem domus reſpiciebat, qui continebas, ô fili
Meum atrium, filia ex mea natus,
Et ciuibus metus eras, ſenem uero
Nullus lædere auſus fuiſſet, aſpiciens tuum
Caput: pœnam enim dignam accepiſſet.
Nunc uero ignominioſus è domo ejiciar,
Cadmus ille ingens, qui Thebanorum genus
Seminauit, & demeſſui pulcherrimam meſſem.

O charissime uirorum, quamuis non amplius exiſtēs,
Inter charissimos mihi numeraberis, ô fili. (tamen
Non amplius mentum hoc attingens manu
Matris alloquens patrem amplecteris, ô fili,
Dictitans, quis te lædit, quis non honorat ô senex,
Quis tuum perturbat cor molestus exiſtens?
Dic, ut puniam lædentem te, ô pater.
Nunc uerò miser sum ego, infœlix uero tu,
Miserabilis autem mater, infœlices uero sorores.
» Si est qui deos contemnit,
» Ad huius respiciens mortem, existimet esse deos.
CHO. Tuas quidē uices doleo Cadme, tuus autem habet pœnam
Nepos, dignā quidē, luctuosam tamen tibi. (tatæ sint,
DIO. O pater, uides enim res meas quatenus permu-
Efferatæ serpentis transferes aliò significationem,
Quam Martis filiā uxorē habes Harmoniā mortalis
Par uero boum, oraculum ut narrat Iouis, (exiſtens.
Agitabis cum uxore, barbarorum imperator exiſtēs.
Multas uero depopulaberis innumerabili exercitu
Ciuitates. Cum uero Apollinis oraculum
Depopulati fuerint, reditum infœlicem iterum
Finient. sed te Mars & Harmoniam liberabit,
Et beatorum in tuam terram constituet uitam,
Hæc non mortali patre natus dico,
Dionysius, sed ex Ioue. Si uero recte sapere

Statue-

Statueritis, quod noluistis, Iouis filium
Fœlices eritis auxiliarem habentes.
CAD. Dionyse, supplicamus tibi, peccauimus.
DIO. Sero didicistis nos. tum uero opus erat, nescius
CAD. Agnosco quidē hæc, sed ingrassaris nimis. (stis.
DIO. Etenim à uobis deus existens lædebar.
CAD. Secundū irā non conuenit deos assimilari mor
DIO. Iā olim hæc Iupiter meus annuit pater. (talibus.
AGA. Ae, æ, decretum est ô senex, misera exilia.
CAD. O filia, ut in grauc peruenimus malum.
Tuq; misera, sororesq; tuæ charæ,
Et ego infœlix, ad barbaros perueniam
Senex aduentitius. adhuc tamen mihi hoc oraculum,
In Græciam ducturum mixtum Barbarum exercitū.
Et Martis filiam Harmoniam, uxorem meam,
Draco draconæ naturam habentem seram,
Ducam ad aras & sepulchra Græcanica,
Dux existens exercitu. nec finem faciam
Malorum infœlix, neq; ad inferum
Acheronta nauigans quietus ero.
AGA. O pater, ego te orbata, exulabo.
CAD. Quid me circumdas manibus, ô misera filia,
Auis ueluti uesper candidus cycnus?
AGA. Quò enim me uertam è patria ciecta?
CAD. Nescio ô filia, paruus auxiliator pater.
AGA. O atrium uale, uale ô patria

Ciuitas,

Digitized by Google

Ciuitas, deferam te per infortunium,
Exul ex thalamis.
CAD. Abi ô filia ad Aristæum.
AGA. Orbor tui, ô pater. CAD. Et ego, ô filia,
Et tuus deploro sorores.
AGA. Indigne enim indigne hanc noxam
Dionysius rex
In tuam domum tulit.
DIO. Etenim passa sum indigna à uobis,
Inhonoratum habens nomen apud Thebas.
AGA. Vale mihi pater.
CAD. Vale ô misera & tu filia.
Vix ad hoc uenies.
AGA. Ducite ô ductores me, sorores
Vt simul exules inueniam miseras.
Vtinam ueniam, ubi
Neq; Citheron scelestus,
Neq; Citherona oculis ego,
Neq; ubi thyrsus memoriale est.
Bacchis uero alijs curæ sit.
» CHO. Multæ sunt formæ deorum,
» Multa insperato perficiunt dij.
» Et ea quæ uidebantur, non perfecta sunt.
» Sed insperatorum exitum inuenit deus.
Tali modo finita est hæc res.

BACCHARVM FINIS.

Digitized by Google

EVRIPIDIS
Cyclops.
ARGVMENTVM.

VLyſſes nauigans ab Ilio, in Siciliam abiectus fuit, ubi Polyphemus erat. Inueniens autẽ ſeruientes illic Satyros, uino dato, agnos acceptuus erat, & lac ab ipſis. Superueniens uero Polyphemus, inquirit cauſſam rerum propriarum elationis. Silenus autem, hoſpitem prædantem accepiſſe ait.

PERSONAE.

Silenus — Vlyſſes
Chorus Satyrorum — Cyclops.

PRAEFATVR SILENVS.



Bromie, propter te innumeros patior labores
Nunc, & quando in iuuenta meum robuſtum erat corpus,
Primum quidem quando furioſus à Iunone
Nymphas montanas relinquens aufugiſti nutrices,
Deinde circa terrigenam pugnam belli
Strenuus ad tuum pedem ſcutifer exiſtens.

Enceladum

Enceladum per clypeum meum uerberans, hasta mea
Interfeci. Agedum uideam hos uigilans somnũ dico?
Non per Iouem, quoniam etiam spolia ostendi Bacchо.
Et nunc illis maiorem ex anulo laborem.
Post quam enim uno tibi Tyrrhenos
Prædones immisi, ut peregre proficiscereris lõgius,
Ego audiens, cum liberis meis nauigo
Ad tui inquisitionem. in puppi uero summa
Ipse capiens moderatus sum anciputem hastam.
Et filij remis sedentes, cæruleum mare
Remigatione uerrentes, quærebant te, ô rex.
Iam uero prope Maleam nauigantes
Subsolanus uentus irruens in nauim
Eiecit nos ad hunc Aetnæum montem,
Vbi monoculi Neptuni filij
Cyclopes habitant antra deserta, homicidæ.
Horum unius capti sumus domi
Serui, uocant uero ipsum cui seruimus
Polyphemum. pro Euijs uero baccheumatis,
Greges Cyclopis impij pascimus.
Filij itaq; mihi uallum in extremis
Pascunt agnos iuuenes existentes.
Ego uero implere alueos, & uerrere domum
Manens constitutus sum, huic impio
Cyclopi conuiuiorum impiorum minister.

Et

Et nunc secundum imperata necesse est
Verrere ferrea hac harpagine domum.
Vt absentem dominum Cyclopem meum
Puris antris, & oues excipiamus.
Iam uero filios iuxta pascentes uideo
Greges. Quid hæc? num plausus Sicinidum
Similis nobis & nunc, & quando ipsi Bacchi
Chori constipati iuxta Altheæ domum
Eratis, cantilenis barbitorum tripudiantes?
CHO. Quò iam mihi à generosis patribus,
Et generosis à matribus
Quò iam mihi abis ad scopulos?
Non hic est lenis aura,
Et pinguis herba,
Et uorticosa aqua
Inter alueos est, iuxta
Antrum, non tibi balatus agnorum
Heus, non hic non, non hic pasceris.
Neq; certè in ualle roscida
O he, petam te mox lapide,
Reduco reduco te ô cornuta,
Pastoris ouium ad stationem montanam,
Cyclopis agrestis pastoris
Turgentia mihi ubera laxato,
Suscipe papillis fœtus
Quos relinquis agnorum in thalamis.

Defide-

Digitized by Google

7.66

Desiderant te diuini
Balatus paruorum agnorum.
In caulam tandem ingrederis,
Herbida relinquens pascua,
Actneos intra scopulos.
Non hic Bromius, non choreæ
Et Bacchæ thyrsum ferentes,
Non tympanorum strepitus
Apud fontes aquæ fluentes.
Non uini recentes guttæ.
Non in Nyssa cum Nymphis
Iacchum Iacchum cantilenam
Canto ad Venerem.
Ad quam captans aduolaui,
Cum Bacchis albos pedes habentibus.
O chare ô chare Bacche,
Vbi solus obambulas,
Flauam Cæsariem concutiens.
Ego uero tuus famulus
Seruio Cyclopi
Monoculo,
Seruus errans cum hac
Hirci chlæna misera, seorsim à tua amicitia.
SI. Silete ô filij, in antra uero conuexa petris
Greges congregare famulos iubete.
CHO. Abite. sed quam ô pater sedulitatem habes?

SI.

Digitized by Google

SIL. Video ad littora nauis Græcanicæ ſcapham,
Et naucleros cum imperatore quodam
Euntes ad hoc antrum, circa colla
Vaſa ferentes uacua, cibo indigentes,
Et urnas aquaticas. ô infœlices hoſpites,
Quicunq; tandem ſint. neſciunt dominum
Polyphemum qualis ſit, inhoſpitalem domum
Hanc ingreſſi, & ad Cyclopicam malam
Hanc uiriuoram infœliciter aduenientes.
Sed tacete, ut perconctemur
Vnde adſint ad Siculum Aetnæum ſaxum.
VL. O hoſpites, dixeritis laticem fluuiatilem, unde
Sitis remedium accipiamus? aut ſi quis uelit
Cibum uendere nautis indigentibus?
Quid rei eſt? Bromij ad urbem uidemur acceßiſſe,
Satyrorum iuxta antra. hanc uerò turbam aſpicio.
Saluere iubeo primum natu maximum.
SIL. Salue ô hoſpes, quicunq; ſis dic, patriamq; tuã.
VL. Ithacẽſis Vlyſſes, terræ Cephalenorũ princeps.
SIL. Noui uirum facundum, aſtutum Siſyphi genus.
VLY. Ille iſte ſum. ſed ne conuiciator.
SIL. Vnde ad Siciliam hanc nauigans appellis?
VLY. Ab Ilio, & à Troianis bellis.
SIL. Quomodo? fretum non nouiſti paternæ terræ?
VLY. Ventorũ procellæ huc me rapuerũt per uim.
SIL. Papæ, eandem fortunam exhauris mecum.

Digitized by Google

VLY. Num & tu huc per uim deiectus es?
SIL. Prædones persequens, qui Bromiũ abduxerũt.
VLY. Quæ uerò hæc regio? & qui habitant eam?
SIL. Aetnæus mons Siciliæ altißimus.
VL. Mœnia uerò ubi sunt, & ciuitatis arces? (spes.
SIL. Non sunt, uacui montes sunt hominibus, ô ho-
VLY. Qui uerò inhabitant terrã? an ferarũ genus?
SIL. Cyclopes antra incolentes, non tecta domorũ.
VLY. Quem nam audientes? an populare imperiũ?
SI. Nomades sunt. paret uerò nulla in re nullus nulli.
VL. Seminãt uerò, aut qua ratione uuũt, Cereris an
SIL. Lacte, & caseis, & ouium esu. (stam?
VLY. Bromij uerò potionem habent uitis fluxibus?
SIL. Minime. Certe enim illepidã inhabitant terrã.
VLY. Hospitales uerò & pij circa hospites?
SIL. Iucundißimas dicunt carnes hospites afferre.
VL. Quid ais? esu gaudent quæ fit ex cæde hominis?
SIL. Nullus uenit huc, qui non occisus sit.
VLY. Ipse uerò Cyclops ubi est? an intus in ædibus?
SIL. Abijt ad Aetnam, feras uestigans canibus.
VL. Scis igitur qd facies, ut soluamus ab hac terra?
SIL. Nescio ô Vlysses. omne uerò tibi fecerimus.
VLY. Vende nobis cibum, quo egemus.
SIL. Non est, ut dixi, aliud quàm caro.
VLY. Verum suaue famis etiam hoc leuamen.
SIL. Et caseus coagularis, & bubulum lac.

VLY.

VLY. Efferte, lux enim mercationibus conuenit.
SIL. Tu uerò reddes, dic mihi, auri quantum?
VLY. Non aurum, sed potionem Dionysi fero.
SIL. O gratißima uerba, cuius indigemus iam pridē.
VLY. Atqui Maron mihi potionem dedit, filius dei.
SIL. Quem educaui filium ego olim ulnis?
VLY. Bacchi filius, ut planius scias.
SIL. In tabulis nauis est, aut fers tu ipsum?
VLY. Hic uter, qui continet ipsum, ut cernis senex.
SIL. Hic quidem non buccam impleret meam.
VLY. Certe. bis tanta potio, quanta ex utre flueret.
SIL. Iucundum fontem dixisti, gratum certe mihi.
VLY. Vis gustandum tibi dem primū merum uinū?
SIL. Aequum. certe enim gustus mercatum inuitat.
VLY. Atqui attraho etiam poculum, cum utre.
SIL. Age exprome, ut memor sim bibens.
VLY. Ecce. SIL. Papæ, ut pulchrum odorē habet.
VL. Vidisti enim ipsum. SIL. Nō certe, sed olfacio.
VLY. Gustato nunc, ut non tantum uerbis laudes.
SIL. Papæ, ad saltandum prouocat me Bacchus,
Ha ha ha. VL. Num guttur perstrinxit tuū pulchre?
SIL. Ita ut in extremos ungues penetrarit.
VLY. Ad hoc certe etiam nummum dabimus.
SIL. Aperi utrem tantum. omitte aurulum.
VLY. Efferte nunc lacticinia, aut ouium fœtum.
SIL. Faciam hæc, parum curans utiq; dominos.

Digitized by Google

Quoniam ebibere calicem malim unum,
Omnium Cyclopum uicißim promens pecudes,
Et iacere in mare ab albicante petra,
Semel inebriatus, & deponens supercilia.
» Quoniam qui bibit, nec lætatur, insanit.
Vbi est hoc, rectum erigere,
Mamillæq; tractatio, atq; præparatum
Attingere manibus pratum, saltationesq; simul,
Et malorum obliuio. proinde ego exhauriam
Hoc poculum, Cyclopis rusticitatem
Plorare iubens, & oculum medium.
Audi Vlysses, loquemur quiddam tecum.
VLY. Atqui amici loquimini ad amicum.
SIL Cepistis Troiam, & Helenam mancipatam?
VLY. Insuper totam domum Priamidarum depopulati sumus.
SIL. Num postquam puellam cæpistis,
Omnes ipsam pulsastis per uices?
Quoniam multis gaudet nupta.
Illam proditricem, quæ cum caligis uarijs
Circa tibias uidisset, & aureum
Monile ferentem circa medium collum,
Consternata est, Menelaum homuncionem
» Optimum relinquens. Vtinam genus nunquam
» Esset mulierum, nisi mihi soli.
Ecce hæ uobis pastorum pecudes,

Rex

Rex Vlysses, balantium agnorum fœtus.
Concreti lactis abundantia lacticinia.
Auferte, discedite quàm primum ab antris,
Botri mihi poculum uicissim dantes Bacchici.
VLY. Hei mihi, Cyclops hic accedit. quid agemus?
Perijmus enim ô senex, quò conuenit fugere?
SIL. Intra petram hanc, ubi latêre potestis.
VLY. Graue hoc dixisti, intra retia ire.
SIL. Non graue, sunt effugia multa petræ.
VLY. Minime. quando quidem ualde Troia lugeret,
Si fugeremus unum uirum, innumeram uerò turbam
Phrygum substiti sæpe cum scuto.
Verum si moriendum est, moriemur glorioſe,
Aut uiuentes laudem pristinam seruabimus.
SIL. Sustine, præbe. quid hæc? quæ ignauia?
CYC. Quid debacchamini? non Dionysius hic,
Non timtinabula æris, & tympanorum pulsationes.
Quomodo mihi paßim in antris nouitij fœtus,
An ad ubera sunt? aut ad matrum
Latera currunt, iunceisq; in uasis
Copia caseorum est expressa?
Quid dicitis? quid aitis? mox aliquis uestrũ baculo
Lachrymas emittet. respicite sursum, & non deor-
SIL. Ecce ad ipsum Iouem resupinamur, (sum.
Et astra & Oriona uideo.
CYC. Ientaculum est ne bene paratum?

SIL. Eſt, guttur paratum ſit modò.
CY. Num etiam lactis ſunt crateres pleni?
SIL. Ita ut ebibere poßis, ſi uelis, totum dolium.
CY. Ouillum, aut bubulum, aut miſcellaneum?
SIL. Quodcunq; uelis tu, ne me deglutias modò.
CY. Minime. quoniam in medio uentre
Salientes, perderetis præ geſticulationibus.
Ehem quam copiam hanc uideo iuxta ſtabula?
An ne prædones aliqui occuparunt, aut fures terrã
Video ſanè hos agnos ex antris meis
Tortis uiminibus corpore conſtrictos,
Et uaſa lacticmij commixta, & ſenem
Verberibus capite caluo extumeſcentem.
SIL. Eheu, doleo pulſatus ego miſer. (uex?
CY. A quo? Quis in tuũ caput pugnos immiſit ſe-
SIL. Ab iſtis ô Cyclops, quod nõ iſta ſinebã auſerre.
CY. An neſciebant eſſe deum me, & à dijs genitum?
SIL. Dicebam ego hæc, iſti uerò efferebant res tuas,
Et caſeum deuorarunt me non ſinente,
Et agnos efferebant. ubi ligauiſſent uerò te
Vnco trium ulnarum, deinde oculum medium,
Viſcera dicebant execturos per uim,
Et flagello bene tergum perſtricturos tuum.
Deinde colligantes, in dolia
Náuis reijcientes, uenditurum alicui
Vt ſaxa feras, aut muros deijcias.

CY.

Digitized by Google

CY. Ita'ne? Quin culinarios celerrimè profectus.
Acues cultros, & magnum fasciculum lignorum
Addens succendes, ut cæsi statim
Impleant uentrem meum, super carbonem
Calidam edentis cœnam à coquo,
Cetera ex lebete elixa & cocta,
Quoniam satur sum cibi quotidiani,
Satis leonum est mihi epulanti,
Et ceruorum. diu uerò non gustaui hominum esum.
SIL. Noua à consuetis, ô domine,
Gratiora sunt. non enim admodum nuper
Alij ad antra tua uenerunt hospites.
VLY. Cyclops, audi uicissim etiam hospites.
Nos cibo egenes mercimonium ut acciperemus,
Ad tua prope antra uenimus à naui.
Hos uerò agnos nobis iste pro scypho uini
Et uendidit, & exposuit, bibere cum accepissent
Volens à uolentibus, & nihil cum hoc actum est ui.
Sed iste. sanum nihil ex omnibus quæ dicit, dicit.
Quoniã deprehensus est, clam te uendens res tuas.
SIL. Ego? male peream. VLY. Si mentior.
SIL. Non per Neptunum, qui genuit te ô Cyclops,
Non per magnum Tritonem, & Nerea,
Non per Calypsonem, perq; Nerei filias,
Non per sacros fluctus, piscium q; omne genus.
Deiuro ô pulcherrime, ô Polyphemule,
O domicellule, non hos uendidisse me

Hoſpitibus res. aut male hi mali
Filij pereant, quos ego maxime diligo.
CHO. Mane. ego non hoſpitibus res
Vendentem te uidi. Si ego falſa loquor,
Pereat pater meus, hoſpites uerò non lædus.
CYC. Mentimini. ego certe ipſo Rhadamante
Multa feci & iuſtius dico.
Sed perconctari uolo, unde nauigaſtis ô hoſpites?
Cuiates? quæ uos educauit à pueris ciuitas?
VLY. Ithacenſes quidem genere, ab Ilio uerò
Depopulata urbe, uentis marinis
Ad tuam terram eiecti adſumus, ô Cyclops.
CYC. An peßimæ qui perſequuti eſtis raptum
Illius Helenæ, Scamandri uicinam Ilij ad urbem?
VLY. Hi ipſi, laborem grauem qui paßi ſumus.
CYC. Turpis expeditio, qui unius gratia
Mulieris nauigaſtis in terram Phrygum.
VLY. Dei hoc opus, neminem inculpes mortalium.
Nos uerò te, ô dei marini generoſe fili,
Et ſupplicamus, & loquimur libere,
Ne uelis ad antra tuos amicos qui uenerunt
Occidere, & eſcam impiam facere maxillis.
Qui tuum, ô rex, patrem habere ſedes nauium
Colimus, terræ Græciæ in ſeceßibus.
Sacerq; inuiolatus Tænari manet portus,
Maleæq; altaſpecula, & ipſa Sunij

Dia

Digitized by Google

Diæ Palladis ſoſpes, argento ſcatens petra,
Geraſtiaq; effugia, & Græciæ
Intolerabilia opprobria Phrygibus non condonauimus.
Quorum & tu particeps fies. Terræ enim Græciæ ſeceſſus
Habitas, ſub Aetna ignem ſpirante petra.
Lege uero mortali ad ſermones conuertaris,
Supplices excipere marinos perditos,
Et hoſpitalia munera dare, & ueſtibus adiutare.
Non circa magna fixos membris
Verua, uentrem & buccam implere tuam.
Satis Priami terra uiduauit Græciam,
Multorum cadauerum faciens bellicam cædem.
Et uxores uiduas, & anus orbas perdidit,
Et canos patres. Si uero reliquias
Tu aſſando faciens conuiuium perdes triſte, (clops
Quò aliquis ſe uertet? Quare mihi pareto, ô Cy-
Omitte edacitatem tuæ buccæ, ſed ipſam pietatem
Impietate potiorem fac. Multis enim ‹‹
Lucrum malum, damnum rependit. ‹‹
SIL. Admonere te uolo, ex carnibus
Nihil relinquas huius. ſi uero linguam ederis,
Eloquens fies, & loquaciſſimus, ô Cyclops.
CY. Ipſæ diuitiæ, ô homuncio, ſapientibus Deus. ‹‹
Cætera inania uerba ſunt, & uerborum ornamenta. ‹‹

Cc 5 Arces

Arces uero maximas, quas incolit pater,
Valere iubeo, quid hæc euehant uerbis?
Iouis uero ego fulmen non horreo, ô hospes.
Neq; noui quod Iupiter sit præstantior me deus.
Non mihi curæ est, quodcunq; reliquum est. ut uero
non mihi curæ sit,
Audi. Quando superne imbrem effuderit,
In hac petra solida habeo tabernacula,
Aut uitulum assatum, aut aliquam feram beluam
Epulans in occulto, supino uentre.
Vbi epotauero lactis amphoram, uestem
Pulso, Iouis tonitru ad imitationem stridens.
Quando uero Boreas niuem Threicius fuderit,
Pellibus ferarum corpus implicans meum,
Et ignem succendens, niuem nihil curo.
Hæc uero terra ex necessitate, & si uelit nolit,
Producit herbam, meaq; pinguefacit pecudes.
Quas ego nulli sacrifico, nisi mihi, dijs uero nequa-
Et maximo uentri huic deorum. quam,
» Quoniam in bibendo & edendo per integrũ diem,
» Iupiter is hominibus est sapientibus.
» Molestare uero nihil seipsum. Qui uero leges
» Sanxerunt, uarie tractantes hominum uitam,
» Flere iussi. animam meam ego
» Non desistam bene afficere, & deuorare te. (sim,
Et hæc munera hospitalia accipies, ut inculpatus
Ignem,

Digitized by Google

Ignem, paternum hunc lebetem, qui coquens
Tuam carnem afflictam, continebit bene.
Sed ite intro, stabulenfi deo
Vt circa conuiuium stantes, epulo me fuscipiatis.
VL. *Eheu. bella quidem Troiana effugi,*
Et marina pericula, sed nunc in uiri impij
Animum incidi, & inhospitale ad cor.
O Pallas, ô domina Ioue genita dea,
Nunc nunc auxiliare. potentiores enim Ilio
Ad labores peruenio, & ad pericula summa.
Et tu ô lucidorum siderum incolens sedes
Iupiter, hospitalitia hæc uide. si enim hæc non uide- «
Frustra crederis Iupiter, nihili existens deus. (ris, «
CHO. *Vasti palati, ô Cyclops,*
Aperi labra. quoniam parata tibi
Elixa & assa, & à prunis decerpere,
Mandere, dissecare membra hospitum,
Hirsutum supra clypeum occisa.
Ne mihi, ne porrigas.
Solus soli defer traiectionis scapham.
Valeat quidem aula hæc,
Valeat porro à uictimis
Execranda, quam
Victimam habet Cyclops
Aetnæus, hospitum
Carnium qui gaudet esu.

Seum

„ Sæuus ille infœlix, quicunq;
„ Ad domos supplices uenientes
„ Hospites supplices repellit è domo,
Interficiens, mandens, & elixas edens
Nefarijs dentibus
Hominum calidas à prunis carnes. (tuas
VLY. O Iupiter, quid dicã, dira qui uidi in antris in
Neque credibilia, fabulis similia, neq; operibus hominum.
CHO. Quid est Vlysses? num edit tuos
Charos socios impijßimus Cyclops?
VLY. Certe duos contemplatus, librauit etiam manibus,
Qui carnis haberent pinguißimam craßitudinem.
CHO. Quomodo ô miser, paßi estis hæc?
VL. Postquam petricosam hanc ingreßi sumus regionem,
Succendit quidem ignem primum altæ quercus
Truncos latos inijciens foco,
Tribus quadrigis nempe uectile pondus.
Deinde ex frondibus abiegnis in solo
Statuit thorum, prope ignis flammam.
Craterem uero expleuit tanquam capacem decem amphorarum,
Vaccas cum mulsisset album infundens lac.
Et cyathum ex hedera apposuit, ad latitudinem trium
Vlnarum,

Vlnarum, ad profunditatẽ uero quatuor uidebatur.
Et æreum lebetem feruescere fecit igni.
Et uerua summa quidem candentia igne,
Polita uero falce, sed paliuri ramo,
Aeneaq; uasa sanguinaria cultrorum cũ loculis.
Vt uero erant parata omnia, scelesto
Dabat coquo uiros correptos duos,
Mactauit ex socijs meis concimnitate quadam
Hunc, lebetis in profunditatem æream.
Alium autem neruo corripiens extremi pedis,
Illidens ad acutam eminentiam asperi saxi,
Cerebrum dispersit, & corripiens
Sæua machæra carnes, assabat igne.
Cætera in lebetem demisit ad elixandum membra.
Ego uero infœlix lachrymas ab oculis fundens,
Accedebam ad Cyclopem, & inseruiebam.
Alij uero ueluti aues, in penetralibus petræ
Horrescebant, sanguis uero non inerat corpori.
Postquam uero sociorum meorũ impletus uoratione
Recubuit, ex faucibus anhelitum emittens grauem,
In mentem uenit mihi aliquid diuinum. impleto enim
cyatho
Maronis ipsius, huic adfero ut bibat.
Dicens hæc, ô fili pomici dei Cyclops,
Vide hoc, qualem Græcia à uitibus
Diuinam mittit potionem, Bacchi merum uinum.

Hic

Digitized by Google

Hic ſatur exiſtens pudendi cibi,
Accepit, ebibit amyſtida trahens,
Et collaudauit ſublata manu, Chariſſime hoſpitum,
Bonam potionem ad cænam bonam das.
Gauiſum uero ipſum ut animaduerti ego,
Alium porrexi ſcyphum, ſciens quid
Facturum eſſet ei uinum, ut pœnam daret mox.
Et iam ad carmina ſe conferebat. ego uero ſuperfundens
Alium atq; alium, uiſcera caleſeci potu.
Cantat uero apud plorantes ſocios meos
Abſurda, reſonat uero antrum. egreſſus autem ego
Tacite te ſeruare. & me, ſi uelis, uolo.
Sed dicite, ſi uelitis, ſiue non uelitis
Fugere inhoſpitalem uirum, & Bacchi
Habitare atria cum Græcanicis nymphis.
Qui intus eſt pater tuus, hæc probauit.
Sed enim imbecillis, & uictus à uino,
Veluti à uiſco calice captus,
Alis langueſcit. Tu uero (nam iuuenis es)
Saluus ſis unà mecum, & priſtinum amicum
Dionyſum recipe, haud Cyclopi ſimilem.
CHO. O chariſſime, ô utinam hanc uideremus diem,
Cyclopis effugientes impium caput.
Quoniam longo iam tempore ſiphone charo
Caremus, hunc uero non poſſumus effugere.

VLY.

Digitized by Google

VLY. Audi iam nunc, quod habeam ſupplicium,
Peræ ſceleſtæ & tuæ ſeruitutis fugam.
CHO. Dic, quoniam Aſiaticæ non libentius ſtrepitũ
Citharæ audiremus, quàm Cyclopa pereuntem.
VLY. Ad comeſationem ire ad fratres uult
Cyclopas, lætatus hoc bacchico potu.
CHO. Intelligo, ſolũ cõprehendens, rhythmis ipſum
Iugulare cupis, aut à petris depellere deorſum?
VLY. Nihil huiuſmodi. doloſum meum conſilium.
CHO. Quî iſthuc? ſapientem ſanè te exiſtentem audiuimus dudum.
VL. Comeſatione ſanè ipſum ab hoc ſeparare dicti-
Quod non Cyclopibus potionẽ dare hanc, (tans,
Sed ſolum habentem uitam ſuauiter agere.
Cum uero conſopitus fuerit, à uino uictus,
Ramus oleæ eſt in antro quidam,
Quem gladio hoc abſcindendo acuens ſummum
In ignem dimittam. deinde ubi ardentem
Videro ipſum, ſuſtollẽs candentẽ in mediũ immittẽs
Cyclopis oculum, oculum elidam igne.
Trabes nauales ueluti ſi quis compingens uir,
Duobus loris terebram circumagit:
Sic circumuertam torrem in lucifero
Cyclopis oculo, & ſimul comburam oculos.
CHO. Iu, iu.
Gaudeo, inſanimus hoc conſilio.

VLY.

Digitized by Google

VLY. Deinde & te, & socios, & senem,
Nauis nigræ cauam conscendere faciens scapham,
Biremibus ab hac aueham terra.
CHO. Est'ne ut quemadmodum ex sacrificijs dei,
Et ego adprehendam excæcantem oculos
Torrem? cædis enim huius particeps fieri uolo.
VLY. Oportet certe. ingens enim torris, qui comprehendendus est.
CHO. Quoniam quadrigarum centum sustollere onus,
Si Cyclopis male pereuntis
Oculum ueluti uespetum expungemus.
VLY. Silete nunc, dolum enim pernostis:
Et ubi iussero, magistris fabrum
Parete. ego enim uiris relictis amicis
Qui intus sunt, non solus seruabor,
Quamuis fugere queam, & egressus sum ex antri penetralibus.
» Sed non æquum, relinquentem meos amicos,
» Cum quibus ueni, huc seruari solum.
CHO. Age quis primus? quis secundus
Constitutus, torri ramum incumbens
Cyclopis intra palpebras trudens,
Clarum uisum eradet? SEMI. Cantus intus.
Sile, sile. atqui ebrius
Rusticum strepitum cantans

Dissonum

Dissonus cantator, & mox ploraturus,
Prodit ex saxea regia.
Age ipsum in conuiuijs erudiemus
Ineruditum.
Omnino debet cæcus esse.
SEM. Beatus est, qui bacchatur,
Vuarum gratis fontibus
Iuxta conuiuium exporrectus,
Charum sodalem manibus attingens,
Et qui in cubilibus flauum
Delicatæ habens sociæ
Vnguento delibutus nitidus
Capillum. loquitur uerò, ianuam quis aperit?
CYC. Quò quò quò? plenus quidem uini.
Lætor etiam cœna florida,
Nauis oneraria ueluti refertus,
Ad tabulata uentre summo.
Illicit me gramen uiridans
Ad sodalitatem ueris tempore,
Ad Cyclopas fratres.
Fer mihi ô hospes, fer utrem domi.
CHO. Lepide oculis qui uidet,
Lepidè egreditur ex atrijs.
Amat quidem nos.
Lucerna uerò succensa pulchra circa tuum
Corpus, & ueluti tenera nympha

Digitized by Google

Humidis intus in antris,
Sertorum non unus color
Circa tuum caput mox uerſabitur.
VL. CYclops, audi: quoniam ego uini
Huius experientiã habeo, quod qui bibi tradidi tibi.
CY. Bacchius uerò, qui deus exiſtimatur?
VL. Maximus hominibus ad oblectationem uitæ.
CY. Laudo igitur ipſum libenter ego.
VL. Huiuſmodi deus neminem lædit mortalium.
CY. Deus uerò in utre eſt: ut lætor, uina habens?
» VL. Vbicunq; ponit quiſpiam, ibi eſt libenter.
CY. Abſurdum eſt, deos corpus habere in pellibus.
VL. Ecquid ſi te delectat, an pellis male olet?
CY. Odi utrem, ſed potum amo hunc. (clops.
VL. Manens igitur hoc in loco, bibe, & lætus ſis Cy
CY. Nõ conuenit me fratres huius participes facere
VL. Si tu habueris, honoratior uideberis. (potus?
» CY. Dans uerò amicis, commodior.
» VL. Pugnos ebria ſodalitas et cõuicioſam rixã amat.
CY. Inebriemur, ſed tamen nullus attingeret me.
VL. O amice, potum domi conuenit manere.
» CY. Fatuus, quicunq; potus non ſodalitatem amat.
» VL. Quicunq; uerò ebrius modò domi manſerit, ſapiens eſt.
CY. Quid agemus ô Silene? tibi manere placet?
SIL. Placet. quid enim opus eſt alijs cõpotatoribus
ô Cyclops? CY.

Digitized by Google

CY. Atqui floridum hoc ſolum frondenti herba.
SIL. Quinetiã ad calorem ſolis bibere bonum eſt.
Accumbe modò, latera ponens ſupra terram.
CY. Ecce, ſed quid craterem poſt me ponis?
SIL. Ne quis præſens capiat. CY. Imò bibere
Fur tu uis. depone ipſum in medium.
Tu uerò ô hoſpes, dic nomẽ, quo te cõueniat uocare.
VL. Neminem. quod uerò beneficium accipiens à
te, ut laudem?
CY. Omnium te ſociorum ultimum deglutiam.
VL. Pulchrum munus hoſpiti das, ô Cyclops.
CY. Heus tu, quid agis, uinum ebibis clam?
SIL. Nõ. ſed iſte me oſculatus eſt, quod formoſus ſum.
CY. Plorabis, amans uinum, quod te non amat.
SIL. Certe non per Iouem, quoniam me dicis amare
pulchrum exiſtentem.
CY. Infunde, plenum uerò cyathum da tantum,
SIL. Quomodo igitur mixtum ſit, age uideamus.
CY. Perdis, da ſic. SIL. Certe non per Iouẽ, niſi an-
Coronatum uideam, & guſtem amplius. (tea te
CY. O pocillatorem iniquum.
SIL. Sed non per Iouem, ſed precium dulce.
Emungendum uerò tibi eſt, ut accipias bibere.
CY. Ecce purgatum os, & barba mea.
SIL. Pone iam cubitum concinne, & deinde bibe,
Quemadmodũ uides bibentem, & non bibentẽ me.

Digitized by Google

CYC. Ha ha. quid agis? SIL. Suauiter potaui ex amyſtide.
CYC. Accipiens ô hoſpes ipſe, pocillator meus fias.
VLY. Cognoſcitur certè hoc uinum mea manu.
CYC. Age infunde nunc. VLY. Infundo. tace modò.
CYC. Difficile hoc dixiſti, qui biberit multum.
VLY. Ecce capiens ebibe, & nihil relinquas.
Simul emori uerò tacentem conuenit cum poculo.
CYC. Papæ. Scitum lignum uitis.
VL. Et ſiquidem epotaueris poſt cibi multũ, ſæpius
Madefaciens ſiti carentem uentrem, dormitabis,
Si uerò aliquid reliqueris, arefaciet te uinum.
CYC. Iu, iu.
Vt uix me ſubduxi, mera eſt gratia.
Cœlum uerò mihi commixtum uidetur
Terræ ferri. Iouis autem ſedem
Video. totum uerò dæmonum ſacrum cultum
Haud amarum utiq;, gratiæ penetrant me.
Satis Ganymedem hunc habens quieſcam,
Pulcherrime per Charitas. oblector aũt quodãmodo
Puſionibus magis, quàm femellis.
SIL. Ego enim Iouis ſum Ganymedes, ô Cyclops.
CYC. Ita per Iouem, quem ego rapui ex Dardano.
SIL. Perij ô pueri, miſera patior mala.
CHO. Reprehendis amatorem, etſi delicijs ebrium.
Ebeu, amariſſimum ſomnum uidebo forſitan.

VLY.

VLY. Age iam Dionysi filij, generosa soboles,
Intus quidem uir hoc somno resolutus,
Mox ex scelestis faucibus euomet carnes.
Torris uerò intus in aula fumum agit.
Adornatum est autem nihil aliud, nisi accendere
Cyclopis uultum. sed uir sis.
CHO. Petræ fortitudinem, et adamantis habebimus.
Abi uerò in domũ, anteq̃ aliquomodo pater resciscat
Discessum. quoniã tibi quæ hic agẽda, sunt ornata.
VLY. Vulcane rex Aetnæe, uicinæ pestis
Splendidum succendens oculum, sis propitius semel,
Tuq; ô nigræ Noctis fili Somne,
Integer adsis bestiæ huic dijs inuisæ.
Et ne post præclarissimos Troianos labores
Ipsumq;, & nautas, perdatis Vlyssem,
Sub uiro, cui deorũ aut hominũ nihil res curæ sunt,
Nisi quod fortunam quidem dæmonem putat fatum,
Res diuinas autem fortuna deteriores esse.
CHO. Apprehendet collum
Constanter laqueus ipse
Hospitum comesatoris.
Igne enim mox
Luciferos perdet oculos.
Iam torris ambustus
Occidtatur in cinerem,
Quercus ingens ramus.

Sed eat Maron,
Faciat furere,
Eximat oculum
Cyclopis, ut bibat male.
Et ego, qui delectatur sertis hederaceis,
Bromium amabilem aspicere uolo,
Cyclopis relinquens solitudinem.
Num ad hoc perueniam?
VL. Tacete per deos bestiæ, quiescite
Componentes artus oris. non spirare sino,
Non nictari, neq; screare quenquam,
Ne expergiscatur hoc malum, donec uisus
Oculi Cyclopis expungetur igne.
CHO. Silemus, deglutientes æthereum maxillis.
VL. Age nunc, ut attingatis torrem manibus,
Ingressi, nam ignitus est probe.
CHO. Igitur tu constitues, quos primos oporteat,
Et uectem accipientes exurere oculum
Cyclopis, ut fortunæ participes simus.
CHO. Nos quidem diutius ante fores
Stabimus, ut pellatis in oculum ignem.
SEM. Nos uerò claudi nuper facti sumus.
CHO. Idē uobis accidit ac mihi. CHO. Pedes enim
Stantes luxati sumus, nescio ex quo casu.
VL. Luxati estis stantes? CHO. Et oculi nostri
Repleti sunt cinere, aut puluere nescio unde.

VL.

Digitized by Google

VL. Viri improbi, neq; socij.
CHO. Eo quod dorsi & spinæ miseret,
Et eo quod dentes elidere nolo
Vapulando? inde oritur improbitas.
Sed noui cantilenam Orphei bonam omnino,
Vt sponte sua torris in craneum
Vadens, comburat monoculum filium terræ.
VL. Dudum quidem noui te esse huiusmodi naturæ.
Nunc uerò noui melius, meis domesticis socijs
Vti me necesse est. manu uerò si nihil uales,
Saltem tamen adhortor, ut animositatem
Amicorum adhortationibus tuis comparemus.
CHO. Faciam hoc. in Care periculum faciemus.
Per adhortationes uerò ardeat Cyclops.
Io io strenuissime impellite, festinate,
Exurite oculum
Bestiæ hospitum comesatoris.
Ardeat, igneſcat.
Aetnæ pastorem
Terebrato, trabe, ne aliquod elapsus
Faciat tibi malum.
CY. Eheu, comburendo amisimus oculi iubar.
CHO. Pulchra hæc cantio, cane mihi hanc Cyclops.
CY. Hei mihi iterum, ut lædimur, ut perimus.
Sed nequaquam fugietis hanc extra petram
Læti, nihili existentes. in portis enim

Digitized by Google

Conſtitutus faucium, has coniungam manus.
CHO. Quamobrē uociferaris, ô Cyclops? CY. Perij.
CHO. Turpis ſane uideris. CY. Quin ad hæc miſer.
CHO. Ebrius decidiſti in medios carbones?
CYC. Nemo me perdidit. CHO. Nullus itaq; læſit.
CYC. Nemo me excæcat oculo. CHO. Nō igitur cæcus es. (cum facere poſſet?
CYC. Vt iā tu. CHO. Et quomodo tu ais? quis te cæ-
CYC. Irrides. Ille Nemo ubi nam eſt? CHO. Nuſquā eſt, ô Cyclops.
CYC. Ille hoſpes, ut recte intelligas, me perdidit,
Ille ſceleſtus, qui mihi dans poculum, combuſit.
Vehemēs res enim eſt uinū, et ad colluctandū grauis.
Per deos effugerunt ne, an manēt intus in domibus?
CHO. Iſti tacite petram concauam
Occupantes ſtant. CY. Ad utram manum?
CH. Ad dextrā. CY. Vbi? CH. Ad hanc ipſam petrā.
Habes? CY. Malum ad malum, craneum
Illidens confregi. CHO. Et iam te effugiunt.
CY. Non hæc, quoniā hac dixiſti. CH. Nō ibi dico.
CY. Vbi uerò? CH. Circumcurrunt te ad ſiniſtram.
CY. Eheu, irrideor, ſubſannatis me in malis.
CHO. Verum non amplius, ſed ante hic eſt te.
CY. O peſſime, ubi nam es? VLY. Procul à te
Cuſtodijs conſeruo domum Vlyßis hancce.
CY. Quomodo dixiſti? nomen cōmutans nouū nar-
(ras? VLY.

Digitized by Google

VLY. *Quod pater meus me nominauit Vlyſſem.*
Dare debuiſti impij cibi ſupplicium.
Turpiter enim Troiam combuſſiſſem,
Niſi te de ſociorum cæde ultus eſſem.
CY. *Ae æ, antiquum oraculum perficitur.*
Cæcum enim uiſum ex te habiturum me dicebat,
A Troia nauigante. Verum etiam te
Pœnas luere pro his prædixit uaticinium,
Longo mari tempore iactatum.
VLY. *Flere te iubeo, & uideo, ita ut dico.*
Ego uero ad littora pergo, & nauis ſcapham
Deducam in pontum Siculum, & in meam patriam.
CY. *Minime, quoniam te ab hac petra abrumpens*
Cum ipſis nautis comminuam feriens.
Aſcendo uero ad collem, quamuis exiſtens cæcus,
Per mare hoc, aſcendens pede.
CHO. *Nos uero in nauigatione commilitones huius*
Vlyßis
Exiſtentes, in poſterum Baccho ſeruiemus.

CYCLOPIS FINIS.

Digitized by Google

EVRIPIDIS
Heraclidæ.

ARGVMENTVM.

Iolaus filius quidem erat Iphiclis, nepos autem ex sorore Herculis. in iuuentute uero cũ illo militãs, in senectute filijs illius auxiliator beneuolus adfuit. Liberis enim ex omni pulsis terra ab Eurystheo, ipse continens eos uenit Athenas. atqui illic fugiens ad deos, consequutus est securitatem, Demophoonte ciuitatis imperium tenente. Copreo uero Eurysthei præcone ab aris auellere uolente supplices, prohibuit ipsum. Ibi discessit præco, bellum minatus suscipiendum. Demophoon autem hoc parum curabat. Oraculis uero ei uictoriosis datis, si Cereri nobilissimam uirginem immolaret, dictis grauiter afflictus est. neque enim propriam, neque ciuium cuiusquam filiam gratia supplicum interficere iustum existimat. Vaticinium uero cognoscens una ex Herculis filiabus, Macaria, mortem sponte sua sustulit. Hanc itaque generose mortuam, honorauit. Ipsi uero hostes cum cognouissent præsentes esse, ad prælium se contulerunt.

PERSO-

Digitized by Google

HERACLIDAE.

PERSONAE.

Iolaus	Virgo
Copreus	Alcmena
Chorus	Nuncius
Demophoon.	Eurystheus.
Macaria	

PRAEFATVR IOLAVS.



Iam pridem est haec mea sententia,
Alius quidem iustus proximis exi- "
stit uir,
Alius uero ad luerum studium ha- "
bens intentum,
Et Reipub. inutilis est, & ad consuetudinem grauis, "
Sed sibi ipsi utilissimus. noui uero non sermone ex- "
pertus.
Ego enim ex pudore & consanguinitatem colens,
Cum licuisset Argis tranquille habitare, laborum
Plurimorum particeps fui unicus ut cum Hercule,
Cum esset nobiscum. nunc uero cum in cœlis
Habitat, illius liberos habens sub alis
Seruo eosdem, cum ipse opus habeam salutis.
Postquam enim ipsorum è terra discesserit pater,
Primum quidem nos uoluit Eurystheus interficere.
Sed effugi, & ciuitas quidem perijt,
Sed uita seruata est. fugimus uero errantes

Aliam

Aliam ex alia exilio permutantes ciuitatem.
Ad cætera enim & hanc Eurystheus mala
Iniuriam in nos dignatus est inferre,
Mittens ubicũq; terrarũ audiuisset collocasse sedes,
Præcones, & depoſcit ad ſupplicium, & arcet ab ea terra,
Ciuitatem præferens cæteris Argos, non paruam amicorum
Inimicitiam fore, & ſeipſum fœliciter agentem.
Hi uero imbecilles res meas cum uidiſſent,
Puſillos uero illos, & patre orbatos,
Potentiores colentes, expellunt è terra.
Ego uero cum fugientibus unà fugio liberis,
Et cum male habentibus habeo unà male.
Refugiens prodere, ne quis ſic dicat mortalium,
Videte, poſtquam liberis non eſt pater,
Iolaus non opem fert, cum cognatus ſit.
Omni uero agro Græciæ orbati,
Ad Marathonem & eiuſdẽ ſortis terrã peruenimus,
Supplices conſedimus ad aras deorum,
Vt auxilium capiamus. campos enim huius terræ
Geminos incolere filios Theſei fama eſt
Sorte ſortientes, ex genere Pandionis,
Iſtis cognatos exiſtentes. quorum gratia ad fines
Inclitarum Athenarum ad hunc uenimus terminũ.
A' duobus uero ſenibus gubernatur exilium.

Ego

Digitized by Google

Ego quidem de hisce curam habeo liberis.
Ipsa porro fœmineum Alcmenæ genus,
Inuus in hoc templo ulnis fouens
Seruat. iuuenes enim uirgines prohibemur
Turbæ admouere, & ad aras supplices collocare.
Hyllus uero, & fratres, quibus ætas senior est,
Quærunt ubi terrarum turrim habitemus,
Si ab hac repellamur per uim terra.
O filij filij, agite apprehendite meas
Vestes. Video præconem hunc Euryſthei
Euntem ad uos, à quo perſequimur,
Ab omni errones terra priuati.
O odium, utinam pereas, & qui te miſit uir.
Quoniam multa iam etiam horum generoſo patri,
Ex hoc ipſo ore annunciaſti mala.
CO. An conſediſſe hanc ſedem cõmodam exiſtimas,
Et ad ciuitatem peruenisſe ſociam bene tibi cõſtans?
Non enim quiſquam eſt qui potius eliget
Tuam imbecillem poteſtatem, quàm Euryſthei.
Vade. quid laboras hæc? Aſſurgere te oportet
Ad Argos, ubi te lapidatoria manet pœna.
IO. Minime, quoniam mihi ara opitulabitur dei,
Et libera terra, ad quam deuenimus.
CO. Vis laborem mihi huic addere manui?
IO. Non per uim utique me, neque hoſce abduces
capiens.

CO.

Digitized by Google

COP. Experieris tu. uates uero nouisti hæc, non bonus.
IO. Non fiet hoc me uiuente unquam.
CO. Abi. ego uero hosce, etiam si tu nolis,
Abducam, legittime faciens ubi sunt Euryslhei.
IO. O Athenarum, longo incolæ tempore,
Ferte opem. supplices cum simus forensis Iouis,
Vim patimur, & serta polluuntur,
Ciuitatisq; opprobrium est, & Deorum uiolatio.
CHO. Hem, quæ hæc uociferatio tam prope
Exislit? quam calamitatem ostendet statim?
IO. Videte senem
Valde, supra solum
Prosusum. me miserum.
CHO. A' quo? unde in terra casu infœlici cadit?
IO. Hicce, ô hospes, me, tuos uiolans deos,
Trahit uiolenter Iouis ex uestibulis.
CHO. Hiccine? Ex qua terra ad Tetrapolim
Cohabitantem ueniisti populum?
An aliunde marina naui
Habitastis, relinquentes
Euboica littora?
IO. Non insulanam, ô hospites, tero uitam:
Sed ex Mycenis ad tuam peruenimus terram.
CHO. Nomine quo te, ô senex, Myceneus,
Nominauit populus?

IO.

IO. *Herculanum nouistis fortasse astitem*
Iolaum? non enim corpus inuulgare hoc.
CHO. *Noui, audiens etiam antea. Cur uero in*
Manu tua retines adolescentes nuper genitos? dic.
IO. *Herculis hi sunt filij, ô hospites,*
Supplices tui, & ciuitatis uenerunt.
CHO. *Ob quam causam? an tuos sermones ob ius ci-*
uitatis? dic mihi
Cupienti assequi.
IO. *Vt non dedantur, neq; per uim, Dijs*
A' tuis diuulsi, Argos ueniant.
COP. *Sed nequaquam tuis dominis hæc satis erunt,*
Qui in te imperium obtinentes hic inueniunt te.
CHOR. *Decet deorum supplices reuereri, ô ho-* "
spes,
Et non uiolenta manu "
Deorum negligere templa. "
Veneranda enim Dice dea hæc non patietur. "
CO. *Mitte nunc ex terra istos Eurysthei,*
Neq; uiolenter hac utar manu.
CHO. *Hospitum ad rem quamlibet,* "
Impium, supplicationem negligere ciuitatem. "
CO. *Imò bonum, extra negotia habere pedem,* "
Consilium sequentem melius. "
CHO. *Quin principi huius terræ dicentem te*
Conueniebat hæc audere, sed non per uim hospites

A' *dijs*

A' dijs abſtrahere. Sed terram uenerare liberam.
CO. Quis uero eſt regionis huius & ciuitatis rex?
CHO. Inclyti patris filius Demophoon Theſei.
CO. Coram hoc certamen quoddam huius orationis
Potißimum ſit. cætera dicta ſint fruſtra.
CHO. Atqui hic ipſe accedit feſtinanter,
Et Acamas frater, horum auſcultatores ſermonum.
DE. Quoniam præueniſti, ſenex exiſtens, iuniores
Opitulans ad hanc aram Iouis,
Dicito quis turbam hanc congregat caſus?
CHO. Supplices ſedent filij hi Herculis,
Aram coronantes, ut uides, ô rex,
Et patris fidus Iolaus ſocius.
DE. Quid igitur clamorum hæc opus habebat calamitas?
CHO. Per uim iſtum iſte ab hac ara ducere
Conatus, uociferatione excitauit, & labefecit genu
Senis, ut mihi exciderint ex miſeratione lachrymæ.
DE. Atqui ueſtitum Græcanicum, & concinnitatem peplorum
Habet, cætera barbaræ manus iſta.
Tuæ iam eloqui partes ſunt, neq; cunctari mihi.
Cuius aduenisti huc terræ fines relinquens?
CO. Argiuus ſum. hoc enim cupis ſcire.
Propter quæ uero uenerim, quamuis nõ, dicere uolo.
Legat Mycenarum huc me Euryſtheus rex,
Abducturum

Abducturum istos. multa uerò ueni, ô hospes,
Aequa simul & facere & dicere habens.
Argiuus enim existens ipse, Argiuos abduco,
Ex mea ipsius istos fugitiuos comprehendens,
Legibus patrijs addictos (uitatem,
Morti. auctoritatē uerò habemus, qui incolimus ci-
Nos ipsi per nos ipsos rata perficere iudicia.
Multorū uerò etiā aliorū, cum ad aras peruenerint,
Inter hos ipsos his usi sumus sermonibus,
Et nullus ausus fuit priuata conciliare mala.
Verum si aliquam in te considerantes simplicitatē
Huc uenerūt in periculū, propter res suas perplexas
Iacientes, siue igitur sit, siue non, fiet tamen.
Non enim cordatum esse te sperant certe
Solum, ex tota quam peragrati sunt Graecia,
Vt horum inconsultam calamitatē commiserearis.
Age. oppone enim, istos in tuam terram concedens,
Et nos sinens educere, quid commodi capies?
A nobis huiusmodi licet tibi capere.
Argus ipsius tantam manum, & Eurysthei
Imperium uniuersum, huic conciliare ciuitati.
Si uerò & ad dicta & horum miserationes
Respiciens, fractus fueris, ad certamen constituitur
Belli res ipsa. ne enim existimes, quod dimittamus
Gloriae certamen hoc absq; armis.
Quid tum dices? quibus agris spoliatus

Digitized by Google

Tirynthijs oppones bellum cum Argiuis habere?
Cum quibus uerò pugnans socijs? quo prætextu
Sepelies mortuos cæsos? an infamiam
Comparabis à ciuibus, si propter senem
A tumulo nil distantem, ut sic dicam,
Et propter pueros istos in sententiã intuleris pedem?
» Dicis, hoc quod optimũ sit, inuenturũ spem solum.
Atqui hoc procul à præsente abest.
Male uerò cum Argiuis hi armati
Pugnauerint, ubi excreuerint, si hoc te
Animo suscitat. & quod interest, longum est tẽpus,
In quo perire poteritis uos. sed mihi pareto.
Concede nihil, sed meas res sinens abducere me,
Vt iure suo utantur Mycenæ. neq; quod soletis face-
» Facias tu hoc, præstantiores cum liceat (re,
» Amicos eligere, deteriores capias.
» DE. Quis sententiã ferret, aut cognosceret causam,
» Antequam ab ambobus sermonem didicerit certum?
IO. O rex, licet quidem in tua terra
Accusare, & audire per uices licet mihi.
Et nullus me expellet antea ueluti aliunde.
Nobis uerò cũ hoc nihil est priuatim controuersiæ.
Postquam enim Argis nihil est nobis amplius
Publico decreto, sed fugimus patriam,
Quomodo legitime ad Mycenæos abduceret,
Hic existentes nos, quos expulit è terra?

Hospites

Hospites enim sumus. An Græcorum finibus
Exulare iustum existimatis, si quis Argos fugerit,
Non certe Athenas, non Argiuorum metu
Herculanos filios quod expellant è terra.
Nihil enim Trachis est, neq; Achaica
Ciuitas, unde tu istos, non quidem ullo iure,
Ipsum uerò Argos iactans, quemadmodũ nũc dicis
Abegisti supplices ad aram sedentes.
Si uerò hoc fiet, & sermones ratos facient tuos,
Non noui Athenas istas liberas posthac.
Sed noui ego horum animum & naturam,
Mori mauelint. Turpitudo enim tædium "
Vitæ apud bonos uiros existimatur. "
Ciuitatem quidem satis est, etenim inuidiosum est "
Nimis laudare. sæpenumero iam "
Etiam me grauatum noui, nimis laudatum. "
Tibi uerò quod necessitas sit hos uolo dicere
Seruare, quandoquidem huic præsides terræ.
Pittheus quidem filius est Pelopis, ex Pittheo uerò
Aethra, pater uerò ex hac nascitur tuus
Theseus. contra uerò horum refero tibi genus.
Hercules erat Iouis & Alcmenæ filius,
Illa uerò Pelopis filiæ. consobrini
Pater igitur fuerint tuus & horum.
Genere quidem pertines sic ad hos Demophoon.
Quæ uerò extra iam dictam affinitatẽ te conueniãt,

Pendere dico tibi filijs. Dico enim olim
Coniugationem fuisse horum defendentem patrĩ
Baltheum Theseа multos interficientem inter.
Plutonis uerò ex munitis reduxit penetralibus
Patrem tuum, tota Græcia hoc testatur,
Pro quibus rependere uicissim te bi petunt gratiam,
Neq; dedere, neq; per uim à dijs
Tuis auulsos expellere è terra.
» Tibi enim hoc turpe priuatim, & publice malum,
» Supplices, profugos, cognatos (hem mala)
» Respice ad illos, respice, trabi per uim.
Sed obsecro te, & corono manibus,
Et per mentum te rogo, nequaquam negligas
Herculanos filios, in tuam potestatem acceptos.
Sis uerò illis cognatus, sis amicus,
Pater, frater, dominus. omnia enim
Hæc sunt potiora, quàm ab Argiuis perire.
CHO. Miserere audiens istas calamitates, ô rex,
» Ipsam uerò uirtutem à fortuna uinci,
Nunc potissimum uideo. hi enim è patre
Forti nati, in infœlicitate sunt indigne.
DE. Tres me cogunt calamitatis rationes,
O Iolaĕ, tuos non repellere hospites.
Quod quidem maximũ est, Iupiter, ad cuius tu aras
Consides, pullorum hunc habens cœtum:
Et affinitas ipsa, & prior obligatio, bene

Habere

Habere à nobis hoſce paterno beneficio:
Et ipſa turpitudo, cuius conuenit maxime rationem habere. «
Si enim conceſſero hanc uiolari per uim
A uiro peregrino aram, non liberam
Incolere uidebor terram. Argiuis uerò refugio
Supplices prodere, idq; in ipſo diſcrimine.
Sed debueras quidem auſpicatius ueniſſe.
Sed tamen etiam nunc ne trepides, quod te quiſpiam
Cum pueris ab hac ara auellat per uim.
Tu uerò Argos proficiſcere, & hæc Euryſtheo dicito.
Ad hæc amplius, ſi quod obijcit crimen his hoſpitibus,
Ius conſequetur. hos certe non abduces unquam.
CO. *Non fuerit iuſtum, ſi quo modo uel conuincam ſermone?*
DE. *Et quomodo æquũ, ſupplicẽ abducere per uim?* «
CO. *Non certe mihi hoc turpe, ſed tibi damnoſum.* «
DE. *Mihi certe, ſi tibi illos abducere conceſſero.*
CO. *Tu uerò exterminato, & tum inde abducemus.*
DE. *Improbus es, numen ipſum contemnens.* «
CO. *Huc, ut apparet, improbis fugiendum eſt.*
DE. *Omnibus commune aſylum deorum ara.* «
CO. *Hæ non probabuntur Mycenæis pari modo.*
DE. *An non ego ea quæ hic ſunt, in mea poteſtate habeo?*

Digitized by Google

CO. Lædens illos nihil, si tu sapis.
DE. Lædimini, me non polluente deos?
CO. Nolim te bellum cum Argiuis habere.
DE. Et ego talis sum, istos uerò non dimittam.
CO. Abducam profectò meos ego cum accepi.
DE. Non profecto Argos facile redibis.
CO. Experiens iam istud mox sciam.
DE. Plorans certè attinges istos, idq; iam nunc.
» CHO. Ne per deos præconem ausis uerberare.
» DE. Nisi præco recte agere discat.
CHO. Abi & tu, hunc uerò ne attigeris ô rex.
CO. Abeo. Vnius enim manus imbecillis pugna.
Sed ueniam ingentem Martis Argiui accipiens
Armatam pugnam huc. infiniti me
Scutati manent, & Eurystheus rex
Ipse dux exercitus. Alcathi uerò ad ultimos
Expectans ea quæ inde ueniant fines manet.
Impetuosus uerò, audita tua contumelia, aderit
Tibi, & ciuibus, & huic terræ, & arboribus.
Frustra enim florem sic haberemus
Multum Argis, non te punientes.
DE. Pereas, tuum enim Argos non metuo ego.
Hinc uerò nunquam cum dedecore meo
Abduces per uim istos. Non enim Argiuorũ ciuitati
Obedientem hanc, sed liberam habeo.
CHO. Tempus est prospiciendi, antequam termimos
accedat

Exercitus

Exercitus Græcorum. Valde asper Mars
Mycenæorũ est. insuper quoq; nunc magis amplius
quàm antea.
Omnibus enim hæc præconibus consuetudo est,
Bis tantum exaggerare, atq; facta sunt.
Quanta ipsum dicturum regibus existimas?
Quod indigna passus sit, & fermè
Vitæ uenerit in periculum.
IO. Non est hoc liberis precium preciosius,
Quàm patre fórti bonoq; natum, (more
Vxores ducere à probis & bonis. qui uerò uictus a-
Cum improbis commercium habet, non laudabo,
Liberis opprobrium uoluptatis gratia superari.
Infœlicitatem enim probitas arcet
Magis quàm improbitas. Nos enim malorum
Ad summum delapsi, inuenimus amicos
Et cognatos istos, qui ex tanta quæ habitatur
Græcanica terra hos tutati sunt soli.
Date ô filij ipsis manum dextram, date
Et uos filijs, & propè accedite.
O filij, ad experimentum uenimus amicorum.
Si igitur unquã uobis reditus ad patriã apparuerit,
Et domos incolueritis, & facultates patris,
Seruatores semper & amicos existimate,
Neq; unquam ad terram hostilem tollite hastam,
Memores horũ beneficiorũ. sed amicissimã ciuitatẽ

Omnium existimate. dignum enim uobis colere,
Qui tantam terram, & Pelasgicum populum,
Vobiscum permutarunt hostes habere,
Mendicos errones cum uos aspicerent. sed tamen
Non dediderunt, neq; expulerunt è terra.
Ego certe & uiuus & mortuus, ubi mortuus fuero,
Magna laude te, ô Thesei fili amice,
Sublimem tollam, & dictitans hæc lætabor,
Quod opportunè susceperis, & filijs suppetias tuli-
Herculanis. nobilis uerò per Græciam (sti
» Seruas paternam gloriam. Ex bonis cum natus sis,
» Nihilo deterior existis patre.
» Paucis cum alijs. Vnum etenim inter multos fortasse
» Inuenias, qui non sit deterior patre.
CHO. Semper hæc terra ærumnosos
Cum iure prompta est adiuuare.
Certe enim labores iam infinitos pro amicis
Tulit, & nunc hoc certamen uideo propè adesse.
DE. Et à te bene dictum est, & officia horum dico
ô senex
Huiusmodi fore, in memoriáq; manebit hoc benefi-
Equidem ciuium conuentum faciam. (cii.
Constituam uerò quo pacto Mycenæorū exercitum
Magna excipiam manu: primum quidem explora-
tores
Mittam ad ipsum, ne me inscio irruat.

Velox

Digitized by Google

Velox enim prohibet quilibet bellator. ‹‹
Vatesq; cognoscens sacra faciam. tu in domum
Cum pueris abi, Iouis focum relinquens.
Sunt enim qui tui, & si ego foris fuero,
Curam habituri sint. sed i in domos, ô senex.
IO. Non relinquam aram, sedemus iam
Supplices, expectantes hic bene agere ciuitatem.
Cum uero hoc certamine defunctus fueris bene,
Ibimus ad domum. Dijs uero non deterioribus ‹‹
Vtimur socijs, quàm Argiui sint, ô rex. ‹‹
His quidem Iuno præsidet Iouis uxor,
Nobis uero Minerua. Dico uero ad res fœliciter a- ‹‹
gendas
Et hoc facere, deos bonos habere. ‹‹
Vinci enim Pallas non patietur. ‹‹
CHO. Si tu magnifice loqueris, cæteri ‹‹
Te pluris non curant, ‹‹
O hospes ab Argis adueniens.
Iactantia tua profectò meum
Animum non terrebis.
Nunquam magnis sic
Et iucundis Dijs
Accidat. Tu uero demens, & ipse Argorum
Stheneli filius tyrannus,
Qui, ad ciuitatem cum ueneris aliam
Non inferiorem Argis,

Digitized by Google

Deorum ſupplices fugitiuos
Et meam terram occupantes
Hoſpes exiſtens, per uim
Trahis, non regibus cedens,
Nihil aliud iuſtum loquutus.
» Vbi hoc rectum eſſet?
» Apud ſapientes ſaltem.
Pax quidem mihi perplacet.
.. Tu uero ô mala ſentiens rex,
.. Edico, ſi ad ciuitatem ueneris,
Non ſic quæ exiſtimas conſequêris.
.. Non tibi ſoli haſta eſt, neq;
Scutum ære obductum eſt.
.. Quin bellorum amatores.
.. Ne mihi haſta concutias
.. Plenam rerum ſacrarum
.. Ciuitatem, ſed abſtine.
IO. O fili, quid mihi oculis ferens ſollicitudinem
Venis? noui aliquid de hoſtibus narras?
Cunctantur? aut adſunt? aut quid reſciſcis?
Nequaquam enim falſus fuerit præconis ſermo.
Ipſe enim imperator fœlix eſt à dijs,
Manifeſte noui, & ualde magnifice ſentiens
» Contra Athenas. ſed tamen animorum
» Iupiter uindex eſt nimis ſuperborum.
DE. Adeſt exercitus Argiuus, & Eurytheus rex,

Ego

Digitized by Google

Ego ipſum ipſe uidi. Virum uero conuenit,
Qui imperare, ut aiunt, nouerit bene,
Non nuncijs hoſtes coram uidere.
Campos itaq; terræ ad præſens non immiſit
Exercitum, aſpera autem iuga inſidens
Speculatur. conſideratione iam hoc poſſem dicere,
Qua uia adducat exercitum in præſens ſui belli.
Et tuto hoc in loco ſedetis terræ.
Namq; & mea omnia compoſui bene,
Et ciuitas in armis, & hæ uictimæ paratæ
Sunt, quibus conuenit ſacrificare dijs.
Luſtratur uero urbs à uatibus,
Et trophæa hoſtium, & ſalus ciuitati.
Oraculorũ uero uates omnes in unũ cũ congregaßẽ,
Examinaui & prophana & obſcura
Oracula antiqua, huic terræ ſalutaria.
Et inter cætera differentia eſt oracula
Magna, ſed unum omnium ſententiæ conuenit.
Mactare iubent me uirginem puellam
Cæteri, quæ ſit ex patre generoſo.
Ego uero habeo quidem, ut uides, ſtudium
Tantum in uos, ſed filiam neq; meam interficiam,
Neq; alium ciuium meorum per uim iubebo
Inuitum. uolens uero quis adeò deſiperet, «
Qui charißimos ex manibus traderet liberos? «
Et nunc, quod triſte ſit, ſeditiones aſpiceres,

His

His quidem dicentibus, quod iustum sit hospitibus
Supplicibus ferre auxilium, alijs stultitiam meam
Incusantibus. Si uero non fecero hoc,
Intestinum tunc bellum apparatur.
Hæc igitur dispice tu, & simul consule, ut
Et uosipsi seruemini, & hæc regio:
Et ego à ciuibus non criminer.
Non tyrannidem ueluti Barbarorum occupo:
» Sed si iusta fecero, iusta patiar.
CHO. Profecto promptam existentem non permittit deus
Hospitibus auxiliari hanc cupientem ciuitatem.
IO. O filij, similes sumus nautis, qui
Tempestatis cum effugerint sæuam uim,
Propè terræ appulerunt, deinde è terra
Flamimibus pelluntur in pontum iterum.
Sic certe & nos ab hac depellimur terra,
Iam ad littora existentes tanquam sospites.
Eheu, quid nam oblectasti ô misera me
Spes tum, non ad finem perductura gratiam?
Venia danda certe & huic, si nolit
Occidere ciuium filias. Quin laudo
Ea quæ hic acta sunt nobiscum. quoniam si dijs uidentur hæc
Degere me, non certe tibi perit beneficium.
O filij, uobis uero non habeo quid consulam,

Quod

Quò nos uertemus? Quis enim non coronatus est Deorum?
Ad quam terræ arcem non deuenimus?
Perimus ô filij, elocabimur iam nunc.
Et mei ipsius nulla, si mihi moriendum sit, est cura,
Nisi quod oblecto aliquantulũ meos hostes mortuus.
Sed uos deploro & misereor, ô filij,
Et uetulam matrem Alcamenem patris.
O ter misera, propter longæuam uitam tuam.
Infœlix uero & ego, qui multa laborani frustra.
Oportuit olim certe nos uiri hostilis in manus
Delapsos, turpiter & miserabiliter reliquisse uitã.
Sed scin in qua re me adiutes? non omnibus enim
Abijt spes horum mihi salutis.
Me dede Argiuis pro istis, ô rex.
Et neq; in periculum uenias, & seruato mihi
Filios. Non amare conuenit meam uitam. Esto.
Maxime certe Eurystheus me cuperet, ubi acceperit
Herculanum socium, contumelia afficere.
Stultus enim uir. sed sapientibus optandum est cum sapiente
Inimicitiam habere, non cum stulto.
Multam enim reuerentiam & fortunam quis consequeretur?
CHO. O senex, ne nunc hanc incusato ciuitatem.
Fortasse enim nobis utile, utcunq; malum

Esset

Esset probrum, tanquam hospites proderemus.
DE. Fortiter quidem hæc dixisti, sed impossibilia.
Non tui cupidus huc rex exercitum ducit.
Quid enim sene homine Eurystheus auctus esset,
Occiso? sed istos uult perire.
» Res acris enim est hostibus, germinantes sortes
» Et iuuenes, & patris memores
» Iniuriarũ. quæ illũ omnia præuidere cõsentaneũ est.
Quare si quod aliud nouisti opportunius
Consilium, expone. quoniam ego inops consilij sum,
Oraculis auditis, & timore plenus.
MA. Hospites, audaciam mihi nullã egressioni meæ
Adscribatis. primum enim hoc deprecor.
» Fœminæ enim & silentium, & modestia,
» Pulcherrimum donum, & intus tranquillã manere.
Tuam uero postquam audiui ô Iolaẽ deplorationem,
Egressa sum, non destinata legationem obire generis,
Sed sum aliàs officiosa. cura est mihi
Maxima fratrum horum, & de me ipsa
Volo percunctari, num ad pristina mala
Accidens quædam clades tuum mordeat animum.
IO. O filia, in primis te, nõ nunc primum inter filios
Herculanos iure laudare possum.
Nobis porro domus bene procedere uisa,
Iterum redijt retro ad infortunium.

Oraculorum

Oraculorum enim carmina dicit significare hic,
Non taurum, neq; uitulum, sed uirginem
Mactare iubere, à matre quæ sit nobilis,
Si conueniat nos, & si conueniat hanc esse ciuitatem. (ros
Propter hæc inopes sumus consiliorũ. neq; enim libe
Mactare hic suos dicit, neq; alterius cuiusdam.
Et mihi narrat quidem non clare, dicit tamen aliquo modo,
Nisi quo modo ex istis nos expediuerimus,
Nos quidem aliam terram inuenturos quampiam,
Ipse uero seruare hanc uult terram.
MA. Hoc etiam gloriamur seruari dicto.
IO. In hoc? aliâs fœlices fuimus.
MA. Ne nunc trepides amplius Argiua hostilia ar-
Ego enim ipsa antequã iubeas, ô senex, (ma.
Mori parata sum, & assistere cædi.
Quid dicemus enim, si ciuitas dignatur
Periculum nostri gratia suscipere magnum? "
Nos ipsi uero facessentes alijs negocia, "
Cum liceat seruari, fugiamus non mori? "
Minime, quoniam etiam ridiculum esset
Lugere nos supplices deorum sedentes,
Et à patre illo natos, à quo nati sumus,
Ignauos uideri. Vbi hæc apud bonos conuenientia "
esseni?

Melius

Digitized by Google

Melius ſcilicet arbitror, hac (quod nunquã euenisset)
Ciuitate capta, in manus hoſtium cadere,
Et deinde tamen quampiam ex patre exiſtentem captam,
Afflictam, nihilominus Plutonem aſpicere.
Verum effugiens ex hac oberrabo terra.
Neq; me pudebit ſi quis dixerit,
Quid huc aduenistis cum ſupplicibus ramis?
Cum ipſi amore uitæ teneamini. exite è terra,
Ignauos enim nos non iuuabimus.
Verum neq; ſanè iſtis mortuis
Ipſa ſola ſeruata, ſpem habeo bene me habituram.
» Multi enim iam hac ſpe prodiderunt amicos.
Quis enim uirginem pupillam, aut uxorem habere,
Aut liberos ſuſcipere ex me uolet?
» Igitur mori melius, quam harum incidere
» In indignitatem. alteri forte conuenirent cuipiam
Magis hæc, quæ non eſſet inſignis, ut ego.
Ducite, ubi oporteat corpus occidere hoc,
Et coronate ſertis, & initiate, ſi placet.
Vincite uero hoſtes. hæc enim anima præſto eſt,
Volens, neq; nolens, & pronuncio
Morituram pro fratribus iſtis, & meipſa.
» Inuentum etenim hoc non uitæ cupida ego
» Honeſtiſsimum inueni, glorioſe mori.
CHO. Papæ? Quid dicam uirginis fortem ſermonem
Audiens,

Digitized by Google

Audiens, pro fratribus quæ uult mori.
His quis nam diceret generosiores sermones
Magis? quis nam faceret hominum adhuc?
IO. O filia, non amplius aliunde tuum caput,
Sed ex illo semen diuinæ mentis
Es Hercule. neq; me pudet
Tuorum dictorum, fortuna autem tristor.
Sed quatenus fieri queat iustius, dicam.
Omnes sorores huiusce uocandæ sunt, (nere.
Et deinde quæ sorte electa fuerit, moriatur pro ge-
Nam te non æquum est mori absque sorte.
MA. Non morerer sorti per fortunam ego.
Gratia enim non adest. ne dixeris, ô senex.
Sed siquidem suscipitis, & uultis me
Vti prompte, meam uitam ego
Do uolens istis, sed coacta non dabo.
IO. Papæ, hic rursus sermo tuus priore generosior.
Et ille erat optimus: sed superas
Et audacia audaciã, & prudenti sermone prudentẽ.
Non tamen adhortor, neq; dehortor, ô filia,
Mori. Tuos autem seruabis moriens fratres.
MA. Sapienter me hortaris. ne trepides piaculo
Meo particeps fieri. nam libere morior.
Sequere uerò senex, in tua enim mori manu
Volo. ueſtibus uerò cadauer meũ absconde præsens.
Quoniam cædem ad ultimam uado ego.

Siquidem nata sum ex patre, de quo glorior.
IO. *Non queam tuæ assistere morti.*
MA. *Sed tu hoc iube, non me uirorum,*
Sed in mulierum manibus expirare uitam.
IO. *Erunt hæc, ô misera uirginum. quoniam*
Et mihi hoc turpe, non te ornare pulchre,
Multorũ gratia, & propter tuã animi fortitudinẽ,
Et propter ipsam æquitatem. miserrimam uerò te
Omnium mulierum uidi oculis ego.
Verum si quid uis istos, & senem
Age alloquens ultimum alloquium mihi.
MA. *O uale senex, uale, & doceto mihi*
Istos pueros in omnia sapientes.
» *Veluti tu. nulla in re magis placent enim.*
Conare uerò seruare, non mori promptus existens.
Tui filij sumus, tuis manibus nutriti sumus.
Vides enim me meam ætatem nubilem
Dantem pro his, dum morior.
Et uos fratrum præsens cœtus
Sitis fœlices, & contingant uobis, pro quibus
Meum cor mactabitur.
Et hunc senem, & quæ intus anum in domo,
Colite patris matrem Alcmenem mei,
Et hos hospites. Et si defunctio laborum
Et reditus uobis concedatur unquam à dijs,
Mementote hĩc seruatricẽ sepelire ut cõueniens est.

Magnifice

Digitized by Google

Magnifice certe æquum est. non enim indigens
Vobis adfui, sed mortua sum pro genere.
Hæc pro liberis sint mihi munera,
Et uirginitate, si modò sub terra
Fuerit utiq; nihil. Si enim habituri sumus
Etiam illic ærumnas mortales hominum,
Haud noui quò quis se uertat. mors enim ipsa
Malorum maximum remedium existimatur.
IO. At ô excellentißima fortitudine,
Omnium mulierum esto honoratißima,
Et consistens pro nobis, & moriens eris longe.
Sed uale. male ominatis enim dictis prosequi, religio
mihi, deam,
Cui tuum initiatum est corpus, Cereris filiam.
O filij perimus, labascunt membra
Ex tristitia, apprehendite, et in sedem me collocate,
Hoc in loco uestibus istis occultantes, ô filij.
Quoniam neq; his delector actis.
Et oraculo non perfecto, non uiuendum esset,
Maius enim damnum esset. & hæc calamitas.
CHO. Nullum assero exceptis dijs, beatum,
Non ærumnosum hominem extitisse.
Neq; unam eandemq; semper processisse familiam
Fœlicitate. alium uerò alia
Parca consequitur.
Hunc quidem è sublimi tenuem collocauit,

Digitized by Google

» Alium erronem, fœlicem facit.
» Fatalia uerò fugere non fas eſt, non per ſapientiam
» Aliquis repellet.
» Sed fruſtra qui uelit, ſemper laborem
» Habiturus eſt. Quare tu
Non ſupplicans ſuper ea quæ à dijs deſtinata ſunt,
Neq; doleas ſolicitudinem ex triſtitia.
Laudabilem enim habet mortis partem
Infœlix hæc, pro fratribus & terra.
Neq; ingloria eam
Gloria ab hominibus ſuſcipiet.
» Sed ipſa uirtus uenit per labores.
Digna quidem patre,
Digna etiam fratribus hæc fiunt.
Quod ſi colis tu
Mortuos, bonorum particeps tibi ſum.
FA. O filij ſaluete. Iolaus ubi eſt ſenex?
Mater uerò patris ab hac ſede abeſt?
IO. Adſumus, quatenus pro mea præſentia.
FA. Quamobrem decumbis, et deiectũ multũ habes?
IO. Solicitudo ſubijt quædã domeſtica, cui intentus (fui.
FA. Tolle nunc teipſum, erige caput.
IO. Senes ſumus, & nulla ex parte ualemus.
FA. Adſum ſanè, gaudium tibi ferens magnum,
IO. Quis tu es? ubi tecũ cõuerſatus ſum? nõ memini.
FA. Hylli mancipium, non me agnoſcis cernens?

IO.

Digitized by Google

IO. O chariſsime, uenis igitur ſeruator noſtræ noxæ?
FA. Maxime, & ad hæc fortunatus es quæ nũc ſunt.
IO. O mater fortis filij, Alcmenam aio,
Egredere, audi hos gratiſsimos ſermones.
Dudum enim dolens propter aduenientes
Animum macerabas, reditus ut fieret.
AL. Quamobrẽ clamas? totũ hoc cõpletũ eſt tectũ
Iolaẽ. num aliquis iterum tibi uim infert præſens
Præco ab Argis? imbecille utiq; meum
Robur. Ex tua uerò parte ſcire te cõuenit, ô hoſpes.
Non datur abducere te hoſce, me uiuente unquam.
Profectò illius non exiſtimer ego
Mater poſthac. Si uerò iſtos attigeris manu,
Cum duobus ſenibus non commode decertabis.
IO. Sis animo bono, ô anus, ne trepides, nõ ab Argis
Præco aduenit hoſtiles ſermones habens.
AL. Cur uerò uocem extuliſti, nuncium timoris?
IO. Te ante templum hoc ut ferres te propè.
AL. Neſcimus nos iſta, quis nam eſt hic?
IO. Adeſſe nepotem anunciat tuum.
AL. O ſalue & tu, ob hæc nuncia.
Sed quid regioni huic attulit pedem?
Vbi nunc abeſt? qui ipſum cohibet caſus,
Tecum apparentem huc meum delectare animum?
FA. Exercitũ collocat & inſtruit, quẽ uenit habẽs.
AL. Huius nõ amplius nobis eſt ſermonis participatio?

Digitized by Google

IO. Eſt, noſtrum opus eſt ſciſcitari hæc.
FA. Quid uerò ſuis ex rebus peractis ſcire?
IO. Quantam nã multitudinẽ ſociorũ adeſt habẽs?
FA. Multos, alium numerum non poſſum dicere.
IO. Sciunt, ut arbitror, hæc Athenienſiũ principes.
FA. Sciunt, & iam ſiniſtrum conſtituit cornu.
IO. Iam enim tanq̃ ad pugnã armatus eſt exercitus.
FA. Quin iam deductæ ſunt uictimæ procul ab ordi-
IO. Quantũ uerò abeſt Argiuus exercitus? (nibus.
FA. Ita ut uideri queat imperator palàm.
IO. Quid agens? num conſtituens hoſtiũ ordines?
FA. Coniectabamus iſta. non enim certò audiuimus.
IO. Verum ego abeo ad dominos deſertos, quantum
FA. Nolim cũ hoſtibus te congredi. (ex mea parte.
IO. Atqui ego tecum. hæc enim curamus,
Amicis præſentes ut uideamur prodeſſe.
FA. Minime per tuũ Geniũ. ſtultũ eſſet, ut ſic dicã.
IO. Et non participẽ eſſe fortis pugnæ cum amicis?
FA. Non eſt in conſpectu uulnus, ne accipias manu?
IO. Quid? an non ualeam ego clypeo?
FA. Valeas licet, ſed antea fortaſſe occumbas.
IO. Nullus me hoſtium aſpiciens ſuſtinebit.
FA. Non ſunt, ô optime, quæ olim erant uires tuæ.
IO. Verum pugnabo numero non minoribus.
FA. Paruum tuum tentorium adiungis amicis.
IO. Ne me detineas fortiter agere paratum.

FA.

Digitized by Google

FA. Agere fortiter tu non potis es, cupere uerò for-
IO. Tanq̃ non manſurũ. alia tibi dicere licet. (tãſſe.
FA. Quomodo igitur militibus abſq; armis aderis?
IO. Sunt in domo intus captiua arma
Iſta, quibus utemur, & reddemus
Viuentes, à mortuis uerò non repoſcet deus.
Sed i intro, & à paxillis capiens
Fer pedeſtrem armaturam quàm primum mihi.
Turpis enim domeſtica manſio eſſet hæc "
Alios pugnare, alios uerò ex timiditate manere. "
CHO. Animũ fortẽ quidem nondũ ſternit longæuitas
Tuum, ſed pubeſcit. corpus uerò euanidum eſt.
Quid laboras fruſtra? Quæ te quidem lædent,
Paulum uerò adiuuabunt ciuitatem noſtram.
Conuenit ſuam infirmitatem agnoſcere ætatem, "
Impoßibilia uerò omittere. minime licet, ut "
Pubertatem compares denuò. "
AL. Quid rei facturus es, animi non conſtans?
Relinquere me deſertam cum liberis meis?
IO. Virorum enim pugna. tibi cõuenit hos curare. "
AL. Quid uerò ſi moriaris tu, quomodo ego ſerua-
IO. Pueris curæ erit omnibus ſuperſtitibus. (bor?
AL. Si uerò, quod non fiat, infortunium patiantur?
IO. Hi non deſerent te, ne trepides, hoſpites.
AL. Hanc certe fiduciam, aliam nullam habeo.
IO. Et Ioui, tui (noui ego) curæ erunt labores.

Digitized by Google

AL. Papæ,
Iupiter ex me quidem non audiet male.
Quod si æquus ipse est, respicit ad me. (tionẽ.
FA. Armorũ quidẽ iam hanc uides omnigenã instru-
Præuenire aũt potes nõ certe hisce occultãs corpus.
» Quoniã prope adest prælũ, & maxime Mars odit
» Cunctantem. Si uerò armorum metuis pondus,
Nunc quidem proficiscere nudus, in ordinibus
Ornatu ornabere hoc, ego feram interim.
IO. Recte admonuisti. Verum mihi prompta habẽs
Arma portato. manu uerò hinc scutum,
Et sinistrũ extolle brachium, recte dirigẽs pedem.
FA. Scilicet. instituere enim armigerum conuenit ?
» IO. Boni ominis gratia caute eundum est.
» FA. Vtinam esses tam potens ad bene agendum,
quàm es promptus.
IO. Festina. ueniẽs post pugnã, grauiter cruciabor.
FA. Tu tarde incedis, neq; ego uideor tibi quicquã
IO. An non uides pedes meos ut festinent ? (agere.
FA. Video uisum magis, quàm festinantem te.
IO Tu hæc dicturus es, quando uideris me illic.
FA. Quid agentem ? uellem fœlici fortuna te uti.
IO. Per scutum uerberantem hostium aliquem.
FA. Iam tandem ueniemus. hic enim metus.
IO. Papæ. Vtinam ô meum brachium, quale pube-
scens te

Memi-

Digitized by Google

Meminimus nos, quum cum Hercule
Spartam depopulabaris, auxiliarius mihi fias
Talis, qualis utiq; fugam Euryſthei
Facerem. quoniam & timidus, ad manendum bellū.
Sita uero eſt in diuitijs, idq; perperam ſit,
Exiſtimatio uirtutis. exiſtimamus enim
Diuitem omnia ſcire recte.
CHO. O Tellus, & per totam noctem lucens Luna,
Et ſplendidiſſimi Dei
Ferentes lucem mortalibus radij,
Nuncium mihi afferte.
Exclamate uero in cœlo,
Et apud ſedem principem,
Et apud cæſiam Mineruam.
Volo pro patria terra,
Volo pro domibus,
Supplices qui ſuſcepi,
Periculum cano decernere ferro.
Graue quidem ciuitatem, ut Mycenæ,
Florentem, & haſtæ
Laudatiſſimæ propter pugnam,
Iram me terra occultare.
Sed malum, ô ciuitas, ſi hoſpites
Supplices prodiderimus,
Et exitiale eſt Argos.
Iupiter mihi auxiliator, non metuo.

Iupiter mihi gratiam meritò
Habet. Nunquam mortalibus
Minus boni, sine me sunt.
Quare ô sancta, tuum enim solum
Terræ tuum est, & ciuitas, cuius tu mater,
Et domina & conseruatrix,
In fugam uerte, (sed iniuria)
Hanc qui adduxit, oppugnaturus
Exercitum ab Argis. non enim per meas uires
Potis sum profligare ab atrijs.
Verũ quoniã tibi sacrificijs frequentatus perpetuus
Honor peragitur, neq; occultat
Mensium ultima quæq; dies,
Templorumq; carmina, & poëtarum cantiones,
In uentosa certe arce
Strepitus nocturnis à uir-
Ginum resonant pedum plausibus.
FA. O domina, & sermones tibi breuißimos
Auditu, & mihi huic pulcherrimos fero.
Vincimus hostes, & trophæa statuuntur,
Omnem armaturam habentia hostium tuorum.
AL. O charißime, hæc te dies perduxit
Ad libertatem, propter hæc nuncia.
Ab una uero nondum calamitate liberas.
Metuo enim, num mihi uiuant quos uolo.
FA. Viuunt, maxime glorioſi per exercitum.

AL.

Digitized by Google

AL. *Senex quidem hicce num est superstes Iolaus?*
FA. *Maxime, consequutus uero à dijs honestissime beneficium.*
AL. *Quid nam est, nunquid strenue decertauit?*
FA. *Iuuenis mutatus est è sene iam nunc denuo.*
AL. *Miranda narras. sed te fœlicem amicorum,*
Prælij pugnam primum exponere uolo.
FA. *Vnica mea oratio tibi omnia significat hæc.*
Postquam enim inuicem armatum exercitum
Ex aduersa explicantes opposuimus,
Ibi prosterens ex quadrigis Hyllus curribus pedem,
Constitit in medio spacio inter utrumque exercitum hasta.
Et deinde dixit: O imperator qui ab Argis
Venis ad hanc terram, res tuæ non permittunt,
Et Mycenas nullo incommodo afficies,
Vno homine priuans. quare cum solus solo
Prælium committens, aut trucidans abduc adeptus
Herculanos filios, aut occisus mihi
Honores paternos, & domos obtinere permitte.
Exercitus uero laudauit, & ad cessationem laborum
Bene dictum esse sermonem, & ad fortitudinem.
Ille uero neq; illos qui audierant reueritus sermones,
Neque ipse per suam timiditatem, quamuis imperator existens,
Ire ausus fuit ad sortem hastam.

Sed

Digitized by Google

Sed erat timidissimus. tamen cum talis esset,
Merculanos uenit in seruitutem redacturus filios.
Hyllus itaq; receßit in ordinem iterum.
Vates uero, postquam per singulare certamen
Pacem cognouerunt non fieri,
Mactabant, non cunctabantur, sed perfecerunt
Gutturis humani statim salutarem cædem.
Alij currus conscendebant, alij sub clypeis
Lateribus occultabant latera. Athenienſiũ uero dux
Exercitui edixit, ut conuenit sortem.
O conciues, & altrici terræ
Et genitrici nunc unumquemq; opem ferre cõuenit.
Ille contrà, Argos non dedecorare uolens,
Et Mycenas, socios hortabatur.
Postquam uero cecinit classicum Tyrrhena
Tuba, & congreßi sunt inuicem prælio,
Qualem nam strepitum existimas scutorũ fremere?
Quem nam motum & ululatum simul?
Ibi tum primum impetus Argiuæ hastæ
Perrupit nos, deinde concesserunt retro.
Secundo impetu pes innixus per uicißitudinem
pedi,
Vir uero ad uirum stans, consistebat in pugna.
Multi uero cadebant. erat uero adhortationis uox.
O Athenas, ô Argiuorum terram
Colentes, non depulsabitis dedecus ciuitati?

Vix

Vix uero omnia ſtrenue agentes, non abſq; laboribus
Conuertimus Argiuorum in fugam haſtam.
Atq; ibi ſenex Hyllũ ferri præter cæteros hoſtiliter
Videns, porrecta rogauit dextra
Iolaus, ut ſe conſcendere faceret equeſtrem currum.
Acceptis autem in manus frenis, Euryſthei
Equis imminebat. ea quæ poſt hoc facta ſunt audiẽs
Diceret quidem alius, huc uero ego ipſe qui uidi.
Quæ enim in Pallenide colitur uenerandum præter-
uectus pagum
Diuæ Palladis, currum conſpicatus Euryſthei,
Votum fecit Hebæ, & Ioui, diem unicum
Iuuenis fieri, & referre pœnam
Hoſtibus. audire iam miraculum adeſt tibi.
Geminæ enim ſtellæ equeſtria ſupra iuga
Stantes, occuluerunt currum obſcura nube.
Tuum iam filium ſapientiores dicunt,
Et Heben. hic uero ex illuſtri emerſus caligine, re-
centium
Brachiorum oſtendit iuuenilem formam.
Capit uero inclitus Iolaus Euryſthei
Quadrijugum currum ad ſaxa Scironia.
Vinculis uero colligans manus, ſpolia
Pulcherrima adeſt imperatorem adducens,
Illum beatum antea. Præſente uero fortuna
Mortalibus omnib. ſplendida prædicat, ut diſcant,

Illum

" Illum qui beatus esse uidetur, non admirari, antequã
" Mortuum uiderit quis: quoniam diurnæ sunt fortunæ.
CHO. O Iupiter Tropæe, nunc mihi à graui metu
Liberum licet diem aspicere.
AL. O Iupiter, serò quidem mea aspexisti mala,
Sed gratiam tamen habeo tibi factorum.
Et filium meum antea non existimans ego,
Dijs conuersari nunc scio manifeste.
O filij, iam nunc liberi à laboribus,
Liberi à male perdito
Eurystheo eritis, & ciuitatem patris
Videbitis, & in possessionem ibitis bonorum.
Et Dijs paternis sacrificate, à quibus pulsi
Hospites, erraticam habuistis miseram uitam.
Sed quid nam occultans Iolaus scitum
Eurystheo pepercit, quo minus interficeret?
Dicito. apud nos quidem non prudenter factũ hoc,
Vt is qui hostes caperet, non sumat supplicium.
FA. Tui honorem habens, ut ipsum oculis tuis uideas
Victum, & tua mancipatum manu.
Non certe lubentem ipsum, sed per uim
Constrinxit necessitate. etenim noluit
Viuus in tuum uenire conspectum, & dare pœnam.
Sed ô anus uale, & memento mei,
Quod primum dixisti cum incipiebam sermonem,

Fac

Fac me liberum. nam in huiusmodi conuenit
Verum esse generosis & probis os.
CHO. Mihi chorus quidem gratus, si
Stridula tibiæ gratia in conuiuio,
Sit uero decens Venus.
Iucundum uero etiam, & amicorum
Vtiq; fœlicitatem uidere,
Eorum qui antea non sperabantur.
Sed enim multa gignit
Parca, quæ omnibus rebus finem imponit,
Et Aetas filia Saturni.
Habes uiam quandam, ô ciuitas,
Conuenientem, non conuenit unquam hoc priuari,
Vt colas deos. Qui negat uero,
Ad insaniam uertitur,
Ostensis argumentis
Istis. Illustria enim exempla
Deus edit,
Iniustos priuans
Perpetua superbia.
Ascendit ad cœlum
Deus filius, ô anus.
Fugit sermonem, quod ad Plutonis
Domum descenderit, ignis
Acri flamma absumpto corpore.
Hebæq; amabile decorat

Coniugum,

Coniugium, aurea in aula.
O Hymenæe, duos
Filios Iouis dignatus es.
Conducunt alia alijs.
Etenim patri horum Palladem
Narrant auxiliatricem esse.
Et hosce deæ ciuitas,
Et populus seruauit illas.
Coercuit uero superbiam uiri, cui
Animus erat pro iustitia uiolenter,
Vtinam nunquam sit mihi spiritus insolens,
Et anima insatiabilis.
NVN. O domina, uides quidem, sed tamen dicam,
Eurystheum hunc tibi adducentes adsumus,
Insperatum spectaculum, & horum non minus ad
consequendum.
Nunquam enim speraſti, ad manus uenturum tuas,
Quando ex Mycenis laboriosis cum armis
Ibat, longe ultra fortunam spirans,
Depopulaturus Athenas. sed contrariam
Deus fecit, & transmutauit fortunas.
Hyllus itaq; & strenuus Iolaus simulachrum
Iouis Tropæi uictoriosum erexerunt.
Mihi uero ad te hunc præcipiunt ducere,
Delectare uolentes tuum animum. Ex fœlici enim,
Iucundissimum, hostem infœlicem uidere.

AL.

Digitized by Google

AL. O sceleſtiſsime ades? cæpit te ipſa Dice tandē?
Primum itaq; mihi huc conuerte caput,
Et ſuſtine tuos aſpicere oppoſitos
Hoſtes. uinceris enim nunc, neq; uincis amplius.
Ille es tu, uolo enim ſcire,
Qui multum quidem, exiſtentem qui nunc eſt meum
Filium uoluiſti, ô ſceleſte, calumniari?
Quid enim tu illum non auſus fuiſti calumniari?
Qui ad Plutonem uiuum ipſum deduxiſti,
Ad hydras, ad leones, perdere iubens,
Miſiſti. alia uerò qualia machinabaris mala,
Omitto, longa enim oratio fieret mihi.
Neq; ſatis fuit tibi hæc patraſſe ſolum,
Quin ex tota me & liberos Græcia
Expuliſti, ſupplices deorum ſedentes:
Nos quidem ſenes, hos uerò infantes adhuc.
Sed inueniſti uiros, & ciuitatem liberam,
Qui te non timuerunt. oportet te mori miſere.
Et rependes omnia. oportet enim non ſemel
Mori te, multa mala patrantem.
CHO. Non eſt integrum, hunc à te interfici.
NVN. Fruſtra igitur ipſum captiuum cæpimus.
Prohibet uerò quæ, quin hic moriatur, lex?
CHO. Huius regionis præfectis non uiſum eſt.
NVN. Quid uerò hoc? hoſtes iſtis non honeſtū uidetur interficere?

CHO. Nõn, quem uiuum cœperint in pugna.
NVN. Et hæc decreta Hyllus æquo animo tulit?
CHO. Conueniebat illum scilicet huic immorigerum
esse terræ. (lucem amplius.
NVN. Imò oportebat hunc non uiuere, neq; uidere
CHO. Ignominiam patitur in primis, cum hic non
moritur. (pœnam?
NVN. Non igitur amplius est æquum reposcere
CHO. Non est hunc, sed quicunq; illũ interfecerit.
AL. Equidem, & quid dico si quispiã ausus fuerit?
CHO. Multam certe habitura es incusationem, si fe-
ceris hoc.
AL. Ego amo hanc ciuitatem, nihil contradicendũ.
Sed hunc, quandoquidem in manus uenit meas,
Non est mortalium qui eximat.
Ad hæc audacem quicunq; uoluerit,
Et sapientem, plus quàm mulierem conueniat,
Dicet: hoc tamen opus mihi perfectum fecerit.
CHO. Grauem quandam & uenia dignã, ô mulier,
te habere
Contentionem aduersus uirum hunc, cognosco bene.
EV. O mulier, bene scias non me adulari tibi,
Neq; aliud quicquam pro obtinenda uita
Dicturũ, unde æquũ est reũ esse timiditatis aliquem.
Ego certe contentionem inuitus hanc suscepi.
Etenim tibi quidem consobrinus cum fuerim,

Tuo

Tuo uerò filio cognatus Herculi.
Verum uelim nolim, Dea enim fuit,
Ipsa Iuno me laborare hoc fecit morbo.
Sed postquam aduersus illum inimicitiam suscepi,
Et statui hoc certamen decertare,
Multorum excogitator malorum extiti,
Et multa peperi noctu considens usq;,
Vt populans & interficiens meos
Hostes, in posterum non cohabitarem per metum.
Sciens non numerum, sed reuera
Virum fuisse tuum filium. namq; quamuis hostis, "
Audiet bene, uir bonus existens. "
Illo uerò remoto, an non conueniebat me
Infensum istis, & qui mihi conscius eram
Inimicitiæ paternæ, omnem mouisse lapidem,
Interficiendo, eijciendo, & omnibus modis res nouas moliendo?
Faciente me talia, res meæ tutæ fiunt.
An non tu quidem suscipiens meas fortunas,
Inimici leonis inimicos catulos
Persequuta fuisses malis, sed potius cum modestia
Siuisses habitare Argos, neminem persuadebis.
Nunc igitur, quandoquidem me non interfecerunt,
Cupidum existentem, Græcorum legibus, (*tum*
Non purus sum interficienti interfectus.
Et ciuitas me dimisit, recte sapiens, Deum "

Magis colens mea inimicitia longe.
Ad ea quæ dixisti, uicißim audiuisti. inde uerò con-
Piacularem & generoſum uocare. (uenit
Sic certe res meæ ſe habent, mori quidem non
Cupio, relicta autem non cruciarer uita.
CHO. Admonere te paululum, ô Alcmene, uolo,
Hunc uirũ ut dimittas, quandoquidẽ ciuitati placet.
AL. Quid uerò etſi moriatur, & ſi pareamus ciuis-
CHO. Hæc optima fiẽt. quomodo uerò hæc fiẽt? (ti?
AL. Ego docebo facile. interficiens enim
Hunc, deinde cadauer rogantibus amicis
Dabo. Cadauer enim non diffidam terræ.
Iſte uerò dabit pœnam occiſus mihi.
EV. Occide, nõ deprecor abs te. hãc porro ciuitatẽ
Quandoquidẽ me dimiſit, & reuerita eſt occidere,
Oraculo antiquo Apollinis donabo,
Quod proderit plus opinione olim.
Mortuum enim me ſepelietis, ubi fatum eſt,
Dicem ante uirginem Pallenidem.
Et tibi quidem benignus, & ciuitati ſalutaris,
Inquilinus ſemper iacebo ſub terra,
Horum uerò poſtgenitis infeſtiſſimus.
Cum uenerint huc cum multa manu,
Beneficium prodentes hoc. huiuſmodi hoſpites
Defenditis. Quomodo igitur ego, cum hæc ſciam,
Huc ueni? ſed non potius oraculum conſului dei?

Iunonem

Iunonem existimo oraculis potentiorem longe,
Neq; me deserere. Verum neq; inferias,
Neq; sanguinem sinas in meum fundere locum.
Malum enim ipsis reditum pro istis ego
Dabo. duplex uerò lucrum habebitis à me,
Et uos iuuabo, & illos damno afficiam mortuus.
AL. *Quid igitur cunctamini, si ciuitati salutem*
Perficere, & meis posteris in fatis est?
Occidite hunc uirum audientes hæc.
Ostendit enim uiam tutissimam,
Vir quidem inimicus est, iuuabit uerò occisus.
Ducite ipsum famuli. deinde oportet, ubi interficie
Dare canibus. ne enim speres, ut (tis,
Denuo ex patria uiuus me eijcias terra.
CHO. *Eadem placent mihi. ite famuli.*
Ea enim quæ nobis decreta fuerint,
Rata erunt regibus.

HERACLIDARVM
FINIS.

Digitized by Google

A36

EVRIPIDIS
Helena.

PERSONAE.

Helena.	Anus
Paris	Nuncius.
Teucrus	Theonoe
Chorus	Theoclymenus
Menelaus.	Dioſcuri, uel Gemini.

PRAEFATVR HELENA.



Ili quidem hæc ſunt pulchras uir-
gines habentia fluenta,
Qui pro diuinis imbribus Aegy-
pti ſolum,
Alba cum liquitur nix humecta-
arua.
Proteus uerò cum uiuebat, huius terræ rex erat,
Pharum quidẽ incolens inſulam, Aegypti uerò rex.
Qui earum quæ ſunt ſub fluctibus uirginum unam
uxorem ducit,
Pſamathen, poſtquam matrimonium reliquit Aeoli.
Parit uerò geminos liberos huic domui,
Theoclymena maſculum, quoniam deos colens
Vitam tranſegit: generoſam uerò filiam

Forma,

Digitized by Google

Forma, matris decus, cum esset infans.
Cum uerò ad ætatem uenit maturarum nuptiarum,
Vocant eam Theonoën. diuina enim
Et præsentia & futura omnia callebat,
A progenitore cum accepisset Nereo honores.
Nobis uerò terra quidem patria non sine nomine
Sparta, pater uerò Tyndareus. Est sane
Fama quædam, quod Iupiter ad matrem uolarit meam
Ledam, cycni forma alitis accepta,
Qui furtiuum cubile effecit, ab aquila
Insectationem fugiens, si uerus iste sermo.
Helena uerò uocata sum. quæ uerò passæ simus aduersa,
Dicam. Venerunt tres deæ propter pulchritudinẽ,
Idæam ad uallem, ad Alexandrum,
Iuno & Venus & Ioue genita uirgo,
Formæ uolentes perfici iudicium.
Meam uerò pulchritudinem (quoniam pulchritudo res infœlix est)
Ibi Venus offerens, ut Alexander me in uxorem ducat,
Vincit. Relinquens uerò stabula Idæus Paris,
Spartam uenit, tanquam meas occupaturus nuptias.
Iuno uerò indigne ferens, quod non uicissent deas,

Inanes reddit meas Alexandro nuptias.
Tradit uerò non me, sed assimulans mihi
Simulachrum spirans cum composuisset à cœlo
Priami regis filio. & existimat me habere,
Inanẽ existimationẽ, cum nõ haberet. Interim Iouis
Consilia, alia hisce conueniunt malis.
Bellum enim intulit Græcorum terræ,
» Et Phrygibus miseris, ut turba mortalium
» Et multitudine leuaret matrem terram,
Et cognitum redderet fortissimum Græciæ.
Phrygum uerò ad pugnam proposita sum, non quidem ego,
Sed nomen mei certamen Græcis belli.
Cũ accepisset uerò me Mercurius in cõuexo ætheris
Nubibus obtegens (non enim neglexit me
Iupiter) ad hanc domum Protei collocauit,
Omnium iudicans continentissimum mortalium.
Incorruptum ut seruarem Menelao lectum.
Et ego quidem hic sum, sed infœlix maritus
Exercitum colligens, meos raptus
Insequitur, profectus ad mœnia Ilij.
Multæ uerò animæ propter me ad Scamandri
Fluenta oppetierunt. hæc ego quæ patior omnia,
Execrabilis sum, & existimor prodito meo
Marito conflasse bellum Græcis magnum.
Quid igitur posthac uiuo? Dei hoc audiui uerbum
Mercurij

Digitized by Google

Mercurij, inclytum posthac fore ut habitem solum
Spartæ cum marito, cum cognouisset quod ad Ilium
Non uenerim, ne cui lectos substernerem.
Quatenus igitur lumen solis hoc uidebat
Proteus, libera eram à nuptijs. postquã uero terræ
Tenebris occultatus est, filius ipsius defuncti
Captat uxorem me ducere. sed pristinum meum maritum
Magnificiens, Protei monumentum ad hoc accido
Supplex, ut marito meum conseruet lectum.
Vt si per Græciam nomen ignominiosum fero,
Ne mihi corpus saltem hic de turpitudine reum agatur.
TEV. Quis harum munitarum ædium tenet imperium?
Diuitijs enim domus digna ut assimiletur,
Regiæq; porticus, & pinnis bene munitæ sedes.
Ehem, ô Dij, quam uideo uisionem? inuisissimã uideo
Mulieris imaginem letalem, quæ me perdidit,
Et omnes Græcos. Dij te quantum odium habes
Helenes, perdant. quod si non in peregrina
Terra essem, hoc certo saxo (liæ.
Perderẽ, ut propter similitudinẽ morereris Iouis fi-
HE. Cur ô ærumnose, quicunq; es, me auersaris,
Et ob illius calamitates me odisti? (bat.
TEV. Peccaui. iræ locũ dedi magis quàm me oporte

Digitized by Google

Odio enim habet tota Græcia Iouis filiam.
Da uero ueniam nobis ob dicta, ô mulier.
HE. Quis uero estunde terræ huius appulisti solum?
TEV. Vnus sum Achiuorum, ô mulier, miserorum.
HE. Non te Helenam odisse admirandum.
Sed quis es? unde? quo num parente? eloqui te conuenit.
TEV. Nomen quidem nobis Teucer. qui uero genuit pater,
Telamon. Salamis uero patria, quæ aluit.
HE. Quid igitur Nili ad hæc uersaris arua?
TEV. Exul e patria expulsus sum terra.
HE. Infœlix es. quis uero te eijcit patria?
TEV. Telamon ipse qui genuit. quem haberes potius amicum?
HE. Quamobrem? hæc certe res calamitosa est.
TEV. Aiax frater perdidit me in Troia mortuus.
HE. Quo pacto? numquid fortasse tuo gladio ademisti uitam?
TEV. Proprium ipsum perdidit saltus in gladium.
HE. Furiosum? quoniã quis sibi cõstans hæc faceret?
TEV. Pelei quendam nouisti Achillem filium.
HE. Procus olim uenit Helenes, ut audiuimus.
TEV. Mortuus uero, armorũ litem excitauit socijs.
HE. Ecquid hoc Aiaci concitauit mali?
TEV. Alio accipiente arma, defunctus est uita.

HE.

Digitized by Google

HE. Tu illius igitur infortunijs male habes?
TEV. Eo quod non perij simul cum eo.
HE. Venisti ergo ô hospes Ilij ad inclitam urbem?
TEV. Quin cõmuni opa deuastãs ego, uicißim perij.
HE. Iam combusta est, & demolita incendio?
TEV. Ita ut ne uestigium quidem murorum sit manifestum.
HE. O misera Helena, propter te perierũt Phryges.
TEV. Quin insuper ipsi Achiui. maxima uero patrata sunt mala.
HE. Quanto iam tempore expugnata est ciuitas?
TEV. Septem fermè fructiferos circa amorum orbes.
HEL. Tempus uero mansistis aliud in Troia quantum?
TEV. Multas lunas, decem perficientes annos.
HE. Num etiam mulierem cæpistis Spartanã?
TEV. Menelaus ipsam traxit attrahens comam.
HE. Vidisti tu miseram, aut audiens narras?
TEV. Perinde ut te nihil minus oculis uideo.
HE. Videte, num elusionem habueritis à dijs.
TEV. Alterius sermonis mentionem fac, non illius posthac.
HE. Adcò existimatis existimationem certam?
TEV. Ipse enim oculis uidi, & mens uidet.
HE. Iam ne domi est cum uxore Menelaus?
TEV. Nondum Argis est, neq; ad Eurotæ fluenta.

HE.

Digitized by Google

HEL. Ae, æ. malum hoc dixisti, illis quibus malum dicis.

TEV. Quoniam ille nusquam apparens cum uxore fertur.

HE. Non omnibus traiectio eadem Argiuis erat?

TEV. Fuit, sed tempestas aliò alium disiecit.

HE. Qua in superficie Pontici maris?

TEV. Medium traijcientibus pelagus Aegei uadi.

HE. Et ex eo loco Menelaum nullus uidit reducem?

TEV. Nemo, sed mortuus dicitur per Græciam.

HE. Perijmus. Thestias ne uiuit filia?

TEV. Ledam dixisti? perijt, mortua iam.

HE. Num fortasse ipsam Helenes turpis perdidit infamia?

TEV. Ita dicunt, laqueo stringentem nobile collum.

HE. Sed Tyndarei sunt, aut non sunt iuuenes?

TEV. Mortui sunt, & non mortui. duplex uero sermo est.

HE. Vter melior? ô miseram me, propter mala.

TEV. Sideribus ipsos assimilatos aiunt esse deos.

HE. Bene dixisti hoc. alter qui est?

TEV. Cædibus propter sororem expirasse uitam.

Verum satis est sermonũ. nõ dupliciter uolo lugere.

Sed quorum gratia ueni ad has regias domos,

Vatem Theonoën cupiens uidere,

Communi opera adiuuato ut potiar uaticiniorum.

Vbi

Vbi nauis deducam prosperam nauigationem
In terram maritimam Cyprum, ubi me per oracula
iußit
Habitare Apollo, nomen insulare
Salamina condentem, quæ illic est propter patriam.
HE. *Ipsa nauigatio ô hospes indicabit, tu uero reli-*
Terra hac, fuge, antequam te filius Protei (*cta*
Videat, qui imperat huic terræ. abest uero
Canibus fretus, cædibus ferinis.
Interficit enim, Græcum quemcunq; acceperit ho-
spitem.
Cuius uero rei gratia, neq; tu quære scire,
Et ego taceo. quid enim te iuuarem?
TEV. *Recte admonuisti, ô mulier. dij uero tibi*
Beneficiorum retributiones uicißim rependant. ee
Helenæ uero simile corpus cum habeas, non mentes
Habes similes, sed longe dißimiles.
Sed male pereat, neq; ad Eurotæ fluenta
Veniat. tu uero sis fœlix perpetuò, ô mulier.
HEL. *O magnorum dolorum, me deiectam in ma-*
gnam miserationem. (*quæ?*
Quo concertauero luctu? aut quam musam perse-
Lachrymis, aut threnis, aut doloribus? eheu.
O alatæ puellæ,
Virgines Telluris filiæ
Sirenes, quæso ad mea

Accedite

Digitized by Google

Accedite habentes Libycam
Tibiam, aut fistulas, lamentabilia mala
Mea, continuas lachrymas,
Doloribus dolores, cum carminibus carmina,
Carminaq; lamentationibus conuenientia
Mittat Proserpina,
Cruenta cruenta gratiosa,
Vt per lachrymas, & à me
In nocturnis atrijs,
Pæanas cadaueribus mortuis accipiat.
CHO. Cæruleam ad undam
Eram, & uiridi in gramine
Purpureas sole uestes
Radijs aureis
Siccans, & circum in arundinis frondibus,
Ibi miserabilis gemitus reboauit.
Strepitum audiui inconcinnum miserabilem.
Quem edidit lamentis ingemiscens
Nympha quædam, utpote Nais,
In montibus propter nuptias quas fugit,
Edens triste carmen. Subtus uero
Petricosi cauernosi secessus,
Panis reboant nuptias.
HE. Io io. præda barbaræ nauis,
Græcanicæ puellæ,
Nauta Achiuorum

Quidam

Quidam aduenit,
Lachrymas lachrymis ferens mihi.
Ilij subuersionem,
Igne actam Idæo,
Propter me authorem multarum cædium,
Propter meum nomen laboriosum.
Leda uero per laqueum
Mortua est, pudore
Ducta propter nos, præ doloribus.
Ille meus in mari errabundus
Maritus perditus, perijt.
Castorisq; & fratris
Geminum decus patriæ,
Perijt perijt.
Ab equis pulsata reliquit sola,
Et gymnasia arundinosæ
Eurotæ iuuenile studium.
CHO. Eheu eheu. ô dæmonem luctuosum,
Fatumq; tuum, ô mulier.
Hora inauspicata
Quædam fuit,
Quando te genuit ex matre
Iupiter insignis per æthera
Niuei coloris cycni ala.
Quid enim deest malorum?
Quam uiuendi rationem non passa es?

Mater

Mater quidem perijt,
Et gemini Iouis non
Fœlices sunt filij chari.
Terram etiam patriam non uides.
Per oppida uadit
Fama, quæ te barbaro
Coniugio, ô ueneranda, tradit.
Ille tuus in mari
Et fluctibus amisit uitam.
Nunquam posthac paterna atria
Et æream domum beabis.
HE. Papæ, quis erat Phrygum,
Aut quis Græcus à terra
Abscidit lachrymabilem
Ilio pinum? unde pernicioſam
Nauim coniungens
Priamides,
Nauigauit barbara nauigatione
Meam ad domum,
Propter infœlicem pulchritudinem,
Vt caperet meas nuptias.
Sed fraudulenta cruenta
Venus, Græcis attulit
Mortem & Troianis.
Me miseram, ob calamitatem.
Sed aureis in sedibus

Digitized by Google

Iouis amplexus gratus Iuno, celeripedem
Misit Maiæ filium,
Qui me uiridantia
Carpentem in ueſtes
Roſea ſolia, æream domum habentem
Vt ad Palladem irem,
Surripiens per æthera
Hanc terram ad inopem,
Contentionem miſeram collocauit
Cum Troianis Græciæ.
Sed meum nomen
Apud Simoentica fluenta
Fruſtra celebratur.
CHO. Pateris quidē triſtia, noui: ſed cōmodum tibi,
Quàm facilime neceßitates uitæ ferre.
HEL. Charæ mulieres, quo fato implicita ſum?
An non mater me peperit prodigium hominibus?
Mulier enim neq; Græca, neq; barbara,
Vaſculum pullorum album incubando fouet,
In quo me Ledam dicunt ex Ioue peperiſſe.
Prodigium enim uita, & res ipſæ mihi ſunt,
Partim propter Iunonem, partim ipſa pulchritudo
in cauſſa eſt.
Deinceps emacerata ueluti ſtatua iam denuò
Turpiorem formam pro pulchritudine capio.
Præterea bonam fortunam, quam nunc habeo,

Digitized by Google

Græci ignorant. quam uerò non rectam
Caui, tanquam improbæ seruant uitæ conditionem
meæ.
» Quisquis igitur ad unicam respiciens fortunam,
» A dijs affligitur, graue quidem, sed ferendũ tamen.
» Sed nos multis calamitatibus obnoxiæ sumus.
Primum quidem nõ existens improba, sum infamis.
» Atq; istud maius ueritate malum,
» Quicunq;, quibus non est obnoxius, fert mala.
Deinde à patria dij me abstulerunt terra,
Ad barbaros mores. & amicis uiduata,
Serua facta sum, cum nata sim à liberis.
Barbari enim serui omnes, excepto uno.
Ancora porro meas fortunas uehit sola,
Maritum aliquando uenturum, & me liberaturum
à malis.
Iste mortuus est, iste non amplius est iam.
Mater uero perijt, & interfectrix illius ego.
Iniuste quidem, sed iniustum hoc meum est.
Quod uerò decus familiæ & meum fuit,
Filia uiro carens, uetula in uirginitate uiuit.
Ipsi uerò Iouis dicti Dioscuri,
Non sunt. Quare omnia quum habeam aduersa,
Rebus ipsis mortua sum, sed operibus non.
Istud ultimum, si rediremus in patriam,
Clausstris retineremur, quæ sub Ilio fuit

Existi-

Digitized by Google

Existimantes Helenam cum Menelao me redire.
Si etenim uiueret maritus, agnoscerемur, «
Ad signa uenientes, quæ cognita solis sunt. «
Nunc uerò neque hoc est, nec mihi seruatur us-
quam.
Quid igitur amplius uiuo? cui relinquor spei?
Nuptias eligens, malorum commutationes,
Cum uiro habitare Barbaro, ad diuitem
Mensam sedens. Sed quando uir inacceptus «
Vixerit cum uxore, & corpus est illepidum, «
Mori optimum est. præmorerer certe non honeste. «
Turpes quidem laquei sublimes, «
Et seruis indecorum existimatur, «
Sed cædes habent generosum quiddam & honestũ. «
Sed paruum momentum habet tempus, iam iam de-
fungi uita.
Nam ad tantam uenimus profunditatem malorum.
Cæteræ enim propter pulchritudinem fœlices sunt «
Mulieres, sed nos hoc ipsum perdidit. «
CHO. Helena, uenientem quicunq; est iste hospes,
Ne omnia uera existimes dixisse.
HEL. Atqui clare dixit, perijsse maritum.
CHO. Multa fiunt etiam per mendacia uerba. «
HEL. Et è contrà, harum rerum per ueritatẽ certa. «
CHO. Ad calamitatem enim pro bono ferris.

Digitized by Google

HEL. *Metus enim ad formidinem me circundans ducit.*

CHO. *Quomodo beneuolentiam hisce in domibus habes?*

» HEL. *Omnes amici mihi, nisi qui captat nuptias.*

CHO. *Scin' igitur quid facias? monumenti relinques sedem.*

HEL. *Ad qualem deflectis sermonem, aut admonitionem?*

CHO. *Profecta in domum, quæ omnia nouit*
Marinæ Nereidis filiæ puellæ,
Perconctator de tuo marito, Theonoes, siue uiuat,
Siue reliquerit uitam. Cum uerò bene cognoueris,
Secundum fortunam gaudium luctusq; habeto.

» *Antequam nihil recte scias, quid*

» *Dolens profeceris? quare mihi pareto.*
Sepulchrum relinquens hoc, adito puellam,
Vnde cognosces omnia uera dicta,
Habens in istis ædibus. Quid prospicis?
Volo & ego unà tecum ingredi domus,
Atq; unà sciscitari uirginis oracula.

» *Mulierem etenim opem ferre mulieri conuenit.*

HEL. O *charæ, sermones suscepi.*
Ite ite in domos.
Pericula intus in domibus
Vt audiatis meu.

CHO.

Digitized by Google

CHO. *Volentem non difficulter uocas.* cc
HEL. *O infœlicem diem,*
Quem nam infœlix, quem lachrymabilem
Sermonem audiam? (*dolet?*
CHO. *An non uates, quæ uaticinia acceptura est,*
Ante accipe, ô chara, luctus.
HEL. *Quid mihi maritus infœlix sustinuit?*
Vtrum uidet lumen,
Et quadrigas solis
Et ad uias stellarum? an cum mortuis sub terra
Infernalem habet fortunam?
CHO. *Ad melius uerte,* cc
Futurum, quodcunq; accidet. cc
HEL. *Te enim uocaui, te uerò deiuraui,*
Aquosum arundine agrum
Eurotam, defuncti
An fama uera hæc uiri mihi?
Quid hæc stulta?
Lætalem sublimationem per collum appetam,
Aut per ensem cædem è gutture fluentis cædis
Proprio ense intus admouebo per carnes, certamen,
Victima ter geminis deabus, & per fistulã canori
Pia, Prianeia olim iuxta stabula.
CHO. *Aliò auersio malorum fiat, tuæ partes bene fortunatæ sint.*
HEL. *O Troia misera,*

Digitized by Google

852

Per opera non opera perijsti, & infœlix facta es.
Sed mea dona Venus peperit,
Multum sanguinem, multas lachrymas,
Et dolores cum doloribus, lachrymas cũ lachrymis
Acceperunt, paßiones.
Et matres filios amiserunt,
Et uirgines comas
Deposuerunt, sorores interfectorum,
Scamandrium iuxta Phrygium mare.
Vociferationem miseram Græcia
Resonuit, & ululauit.
In caput manus posuit,
Vngue uerò teneras genas
Madefecit cruentis ictibus.
O beata in Arcadia olim uirgo
Callisto, Iouis quæ lectum
Conscendisti quadrupedibus membris,
Vt multo mea matre adepta es plus.
Quæ forma ferarum hispida membris,
Visu truci forma leonæ
Commutasti dolores tristes.
Et quam olim Diana furiosam reddidit,
Aurea cornua habentem ceruum, Meropis Titanicam puellam,
Propter pulchritudinem. Sed meum corpus
Omnino perdidit.

Pergama

Pergama Dardaniæ,
Et miserè perditos Græcos.
ME. O curulia Oenomai apud Pisam,
Pelops certamina qui uicisti olim.
Vtinam tunc, quando conuiuio deos
Confidens suscepisti, inter deos reliquisses uitam,
Antequam meum Atrea patrem procreasses,
Qui produxit Aeropes ex coniugio
Agamemnona, & me Menelaum, inclitum par.
Maximum enim (ut existimo, neq; hoc iactabunde loquor)
Exercitum nauigatione traducens ad Troiam,
Tyrannus nihil per uim imperio fungens,
Sed uolentibus imperitans Græciæ iuuenibus,
Et partim hos non amplius existentes numerare deceret,
Partim alios è mari qui cupide effugerunt
Interfectorum ferentes nomina domum.
Ego uerò per fluctus marinos glauci maris
Infœlix erro tamdiu, ex quo Ilij
Turres depopulatus sum, & in patriã cupio redire,
Non impetro hoc à dijs consequi.
Et Libyæ deserta, & in hospitalia littora
Nauigaui omnia: & ubi fuero prope patriam
Retro me repellit flatus, neq; unquam prosper
Aduenit uentus ut ego in patriam uenirem.

Digitized by Google

Et nunc miser, naufragus, amißis amicis,
Eiectus sum in hanc terram, & nauis ad saxa
Multis numeris frangitur naufragiorum.
Carina uerò relicta est uarijs compagibus,
In quibus seruata est uix insperata fortuna
Et Helena, à Troia quam auellens habeo,
Et amici. nomen uerò regionis & populum
Non noui. turbam enim recipere me puduit,
Vt oculis uiderent hunc meum turpem habitum,
» Occultans præ pudore meum infortunium. Quando enim uir
» Habuerit male magnus, in ineptias
» Cadit deteriores, eo qui fuit dudum infœlix. (tit,
Egestas uerò domat me. neq; enim cõmeatus suppe-
Neq; circa corpus uestes. ista uerò animaduertere
Licet. nauis enim electicijs uestior.
Peplos uerò quos antè habui, & splendida pallia,
Et operosas uestes pontus abripuit. in antri uerò secessibus
Occultans uxorem, malorum omnium mihi
Authorem, adsum: superstites
Amicos, meum seruare cogens coniugium.
Solus uerò oberro, quos illic habeo amicis quærens
Res necessarias, si quo modo pscrutans nactus fuero.
Videns uerò domum rotundam pinnis hanc,
Et portas preciosas uiri diuitis cuiuspiam,

Accessi.

Digitized by Google

Acceſsi. Spes uero ex diuitibus ædibus ‹‹
Accipere quippiã nautis. Ab illis qui non habuerint ‹‹
Neq; ſi uelint iuuare, poſsint. (uictũ, ‹‹
Obe, quis oſtiarius foras egrediatur,
Qui pronunciet mea intro mala?
AN. *Quis pro foribus? non diſcedis à domo,*
Neq; ad atrium conſiſtens
Negocium faceſſes heris? aut moriaris
Græcus cum ſis, quibus non ſunt reditus.
ME. *O anus, hæc hæc uerba recte dicis.*
Licet, parebo enim. ſed ſubmitte ſermonem.
AN. *Abi. mihi enim hoc iniunctum eſt hoſpes,*
Neminem appropinquare iſtis Græcorum domibus.
ME. *Ah, non arripe manum, neq; propelle per uim.*
AN. *Pares enim nihil dictis, tu in cauſa es.*
ME. *Renuncia intro heris tuis.*
AN. *Difficulter exiſtimo nunciaturã tuos ſermones.*
ME. *Naufragus adſum: hoſpes, nõ prædabile genus.* ‹‹
AN. *Ad domum aliam quandam pro hac abi nunc.*
ME. *Non. ſed intro ibo, & tu mihi morem gere.*
AN. *Moleſtus es, & mox pellêris per uim.*
ME. *Eheu, inclyti ubi mihi ſunt exercitus?*
AN. *Quin illic faſtuoſus eras, non hic.*
ME. *O dæmon, quàm indigna conquerimur.*
AN. *Quid palpebras madefacis lachrymis? erga quẽ miſericors es?*

ME. Erga priſtinas fortunas fœlices.
AN. Igitur digreſſus, lachrymas tuis dabis amicis.
ME. Quæ ſaltē hæc regio? cuius regales domus?
AN. Proteus hanc habitat domum, Aegyptus uero terra.
ME. Aegyptus? me miſerum, quò nauigaui?
AN. Quid nam Nili culpabile tibi eſt genus?
ME. Nō iſtud incuſaui, ſed meos ingemiſco fortunas.
AN. Multi infœlices ſunt, non tu iam ſolus.
ME. Eſt ne domi, quem nominas, rex?
AN. Hoc eſt illius ſepulchrum, ſed filius imperat terræ.
ME. Vbi nam fuerit? utrum foris an domi?
AN. Non intus eſt. ſed Græcis inimiciſſimus.
ME. Quam cauſam habens, cuius fruor ego?
AN. Helena in ædibus iſtis eſt, filia Iouis.
ME. Quid ais? quē dixiſti ſermonē? denuò mihi die.
AN. Tyndaris puella, quæ in Sparta olim erat.
ME. Vnde profecta? quem habet hæc res ſermonem?
AN. A Lacedæmone huc profecta.
ME. Quando? non certe priuati ſumus ex antris coniuge.
AN. Antequam Achiui, ô hoſpes, ad Troiam proficiſcerentur.
Sed diſcede à domo. Eſt enim quiſpiam intus
Caſu tyrannus, quo perturbatur domus.

Secundum

Secundū enim tempus non uenisti. Quod si dominus
Cæperit te, mors pro donis hospitalitijs tibi con-
tinget.
Beneuola enim sum Græcis. quatenus acerbos
Sermones dedi, dominum metui.
ME. Quid dicam? quid loquar? calamitates enim
miseras
A pristinis præsentes audio.
Quod hanc captam ex Troia ducens
Adsum uxorem, & in antris seruatur,
Nomen uero idem meæ habens quædam
Vxoris alia in istis habitat domibus.
Iouis quidem dixit filiam illam esse.
Num quis est Iouis nomen habens uir,
Nili ad ripas? unicus etenim iste, qui in cœlis.
Sparta uero ubi terrarum est? nisi ubi fluenta
Arundinosi sunt Eurotæ solum?
Simplex porro Tyndareum nomen celebratur.
Cum Lacedæmone uero quæ terra cognominis?
Et cum Troia? equidem non habeo quid sit dicen-
dum.
Multi enim, ut est uerisimile, in uarijs regionibus
Nomina eadem habent, & ciuitas cum ciuitate,
Et mulier cum muliere. nihil igitur admirandum.
Neq; porro acrimoniam ancillæ fugiemus.
Homo enim nemo sic immitis mente,

Qui

Qui nomen audiens meum non det cibum.
Famosum Troiæ incendium. ergo qui accendi istũ,
Menelaus, non ignotus in tota terra.
Domus huius regem expectabo. præbet uero mihi
Duplicem cautionem. Si enim crudelis quispiam fuerit,
Subducens meipsum ibo ad naufragia.
Si dederit quid blandum, quæ idonea sunt
Præsentis calamitatis postulabo.
" Malorum uero nobis ultimum miseris,
" Ab alijs tyrannis, cum egomet sim rex,
" Victum petere. quin necessarium est.
" Sermo est non meus, sed sapientium dictum,
" Dira necessitate nihil fortius esse.
CHO. Audiui uaticinatricem puellam,
Quæ rogantibus reuelauit regia in
Domo, quod Menelaus nondum
Obscurum abierit
Per Erebum, terra occultatus,
Sed adhuc in fluctu marmo
Vexatus, nondum portus
Attigerit patriæ terræ,
Egestate uictus,
Aerumnosus, carens amicis,
Ad diuersam terram
Pedem admouens marina

Nauigatione,

Digitized by Google

Nauigatione, Troica è terra.
HE. Has ſepulchri huius ad ſedes denuo
Eo, quæ cognoui Theonoës gratos ſermones,
Quæ omnia reuera nouit. dicit uero in luce
Maritum meum uiuentem, lucem uidere,
Per freta uero errare innumera nauigantem
Huc illuc, neq; expertem erroribus
Venturum, cum tandem laborum nactus fuerit finẽ.
Sed unum non dixit, an reuerſus ſaluus futurus ſit.
Ego uero deſtiti hoc interrogare clare,
Gauiſa, cum ipſum mihi dixit ſuperſtitem.
Prope uero ipſum alicubi hanc dixit eſſe terram,
Naufragum, eiectum, cum paucis amicis.
Vt mihi tandem uenies, ut deſiderabilis aderis?
Hem, quis iſte? nimirum inſidijs capior,
Protei impij filij ex conſilijs.
Quin ueluti pernix pullus, aut Baccha dei
Sepulchro admoueo pedem? agreſtis quiſpiam
Cultu hic eſt, qui me cupit capere.
ME. Te ad foſſam magnam contendentem
Sepulchri, & ad ſacras placentas,
Mane, quid fugis? Quoniam corpus oſtendens tuum,
Stuporem nobis & torporem linguæ addis.
HE. Violamur, ô mulieres. arcemur enim
A' ſepulchro, ab hoc uiro. & me ubi cæperit, uult
Dare regibus, quorum fugimus nuptias.

ME.

ME. Non prædones sumus, non ministri malorum.
HE. Atqui uestem deformem circa corpus habes.
ME. Siste, timore omisso, celerem pedem.
HE. Consisto, quandoquidem hunc attingo locum.
ME. Quæ nam es? quem uultum tuum, ô mulier, aspicio?
HE. Tu uero quis es? eadem enim te & me tenet oratio.
ME. Nunquam uidi similiorem corpore.
O dij. Deus enim & hoc, cognoscere amicos.
HE. Græca. uerum & tuum cupio scire.
ME. Helenæ te similem iam maxime uideo, ô mulier.
HE. Ego uero Menelao te. neq; habeo quid dicam.
ME. Agnouisti certe recte uirum infœlicissimum.
HE. O tandem ueniens tuæ uxoris in manus.
ME. Cuius uxoris? ne attigeris meas uestes.
HE. Quam tibi tradidit Tyndareus, meus pater.
ME. O Lucifera Hecate, mitte spectra benigna.
HE. Non nocturnam ministram Triuiæ me uides.
ME. Non tamen uxorum unicus duarũ sum maritus,
HE. Cuius uero coniugij dominus alterius existis?
ME. Quam antra occultant, & à Phrygibus d. fero.
HE. Non est ulla tibi alia, præter me, uxor.
ME. An nõ bene sapio? sed oculus meus hallucinatur?
HE. An non me cernens, tuam uxorem uidere putas?
ME. Corpus simile, sed ipsa certitudo me abducit.

HE.

Digitized by Google

HE. Considera quid te conueniat. quis te ipso est sapientior?
ME. Similis es, nec hoc eo inficias.
HE. Quis igitur te docebit alius, quàm tui oculi?
ME. Hoc ad te attinet, quod uxorem aliam habeo.
HE. Non ueni ad terram Troiæ, sed simulachrum erat.
ME. Et quis uidentia corpora efficit?
HE. Aether, unde tu à dijs elaboratam habes uxorem.
ME. Quo fingente deorum? insperata enim dicis.
HE. A Iunone permutatio facta, ne Paris me caperet.
ME. Qui igitur hic eras, simulq; in Troia?
HE. Nomen fuit ubiq;, corpus uero non.
ME. Omitte me. satis doloris habens ueni.
HEL. Relinques nos? hanc uero inanem abduces uxorem?
ME. Et uale, Helenæ similis propterea quod es.
HE. Perij, ubi nacta sum te, & nõ habitura maritũ.
ME. Quam habui illic, laborũ magnitudo psuadet,
HE. Eheu, quæ nobis est infœlicior? (non tu.
Charissimi relinquunt, neq; perueniam
Ad Græcos, neq; ad patriam meam unquam.
NVN. Menelae, inquirens te inuenio uix,
Per totam errans hanc barbaram terram,

Missus

Missus à socijs relictis.
ME. Quid est? num à Barbaris spoliamini?
NVN. Mirabilia minus nomine quàm re ipsa habēs.
ME. Dic, quoniā affers aliquid hoc tuo studio noui.
NVN. Dico, labores te infinitos passum frustra.
ME. Antiqua defles mala, annuncias uero quid?
NVN. Abijt uxor tua ad ætheris conuexa
Sublata, inuisibilis. cœlo uero absconditur,
Relinquens angustum antrū, ubi ipsam seruabamus.
Tantum loquuta: ô miseri Phryges,
Omnesq; Græci, propter me ad Scamandri
Littora Iunonis ex technis mortui estis,
Existimantes Helenam nō habentem habere Parim.
Ego uero postquam tamdiu mansi, quamdiu oportebat,
Fatum seruans, ad patrem in cœlum
Discedo. Famas uero ipsa misera Tyndaris
Frustra malas audiuit, non in culpa existens.
O salue Ledæ filia, hic eras utiq;.
Ego uero te astrorum tanquam abieris ad secessum,
Annunciaui, ignarus quod alatum
Corpus haberes, non sino te conuiciari
Nos iterum, quoniam satis in Ilio
Laborum exhibuisti tuo marito & socijs.
ME. Hoc est illud, conueniunt sermones,
Sermones huius ueri. ô iucunda dies,

Digitized by Google

Vt te in meas tradidit ulnas capere?
HEL. *O charißime uir Menelaë, dluturnitas quidem*
Antiqua eſt, ſed delectatio iam modò præſens.
Accepi cupida maritum meum, ô charæ,
Amplectens manum charam
Longa in flamma lucifera.
ME. *Et ego te. multos autẽ interea ſermones habẽs,*
Neſcio à quo primum exordiar in præſens.
HEL. *Lætor. capite uerò rectas comas*
Surrigo, & lachrymam ſtillo.
Membris uerò manus circumpoſui,
Voluptatem ſic capio.
O marite, ô charißima uiſio.
ME. *Non redarguo.*
Habeo Iouis lectum, & Ledæ,
Quam cum facibus
Albis equis inſidentes conſanguinei, beatã dixerunt
Antea. E' *domo uerò ſubduxerunt te dij pariter.*
Ad aliam uerò ducit deus caſum, hoc potiorem.
Malum in melius, et te & me copulauit maritum
Diu abſentem, ſed tamen fruor fortuna.
HEL. *Fruare ſcilicet, hoc iam comprecor.*
Duobus enim exiſtentibus, hic nõ miſer poteſt eſſe, alter uerò non.
O charæ mulieres, quæ antea fuerunt,

Digitized by Google

Non amplius ploramus, neq; doleo.
Maritum meum habeo certißimè,
Quem manſi manſi ex Troia
Annoſum redire.
ME. Habes, & ego te. Soles uerò innumeros
Vix traducens, ſenſi fraudem deæ.
Meæ uerò lachrymæ, propter gaudium
Plus gratiæ habent, quàm doloris.
HE. Quid dicam? quis nam hæc ſperauit mortalium
Inſperatum habeo te ad pectora. (unquam?
ME. Et ego te, quam exiſtimaui ad Idæam ciuitatē
Iuiſſe, Ilijq; infœlices turres.
Per deos te quæſo, à domo quomodo mea abducta es?
HE. Eheu triſtia ad exordia te confers,
Eheu triſtem interrogas ſermonem.
ME. Dic, quoniam digna ſunt auditu omnia dona
HE. Execror ſermonem quem inferam. (deorum.
ME. Sed eum dicito, dulce ſanè labores audire.
HE. Non ad coniugium barbari iuuenis,
Cita nauigatione,
Sed propter uolantem amorem miſerarū nuptiarū.
ME. Quis te dæmon, aut ſors abducit à patria?
HE. Iouis Iouis ille, mi uir, filius
Me duxit ad Nilum.
ME. Admiranda propter deductorem, ô mirandi
ſermones.

HE.

HE. Deploraui, & palpebras madefacio
Lachrymis, Iouis me perdidit uxor
Iuno. ME. Quibus cupiens addicere malis?
HE. Eheu propter mea mala, & lauacra, & fontes
Vbi deæ formam exterserunt,
Vnde uenit iudicium.
ME. Hæc uerò propter iudiciũ tibi fecit Iuno mala?
HE. Venus postquam persuasit. MEN. Quomodo? loquere.
HE. Paridem, cui me pollicita est. MEN. O misera.
HE. Infœlix infœlix, sic admouit me Aegypto.
ME. Deinde uicissim exhibuit simulachrum, ut à te audio.
HE. Domesticæ uerò calamitates, calamitates.
Mater, eheu. MEN. Quid ais?
HE. Non est mater. Suffocatiuum uerò laqueum
Propter me adnexuit male nuptam pudore ducta.
ME. Eheu. sed filiæ Hermionis uita est?
HE. Innupta, absq; liberis, ô uir, deplorat
Nuptias inhonestas, dedecus.
ME. O totam è fundamentis domum meam qui depopulatus es Paris,
Hæc & te perdiderunt, & myriadas
Aere armatorum Græcorum.
HE. Me uerò è patria infœlicem

Execrationem eiecit Deus,
A' ciuitate, & à te,
Quod domum & lectos reliqui,
Non relinquens propter illegitimas nuptias.
» CHO. Si in cæteris fortunam fœlicem
» Consequamini, ad præterita satis fuerit.
NV. Menelae, et mihi date aliquid huius uoluptatis,
Quam disco quidẽ et ipse, uerũ non planè intelligo.
ME. Quim, ô senex, & tu communicato sermones.
NV. Non ne hæc, laborũ qui habiti sunt in Ilio, et-
ME. Non hæc est, à dijs eramus decepti, (clor!
Nubis simulachrum habentes in manibus humidũ.
NV. Quid ais? pro nube utiq; frustra habuimus la-
bores? (tentio.
ME. Iunonis hæc opera sunt, & dearum trium con
NV. Hæc uerò cum reuera esset, est tua uxor?
ME. Ipsa hæc. meis uerò dictis fidẽ habe in istis. (est,
» NV. O filia, deus ipse, ut dicitur, res quædam uaria
» Et nulla coniectura assequenda. Bene autem suo mo
do commutat res,
» Huc & illuc referens. Vnus quidem laborat,
» Alter uerò qui non laborauit, denuò perit male,
» Stabile nihil semper fortunæ habens.
Tu enim, maritusq; tuus, laborum participes fuistis,
Tu quidem dictis, hic uerò belli alacritate.
Laborãs uerò cum laboraret, nihil habuit, nunc ue-
rò habet

Digitized by Google

Vltro oblata bona, usus fortuna fœlicissime.
Non sanè senem patrem, & Dioscuros
Dedecorasti, neq; patrasti qualia dicuntur.
Nunc instauro tuum hymenæum denuo.
Et lampadum memores sumus, quas quadrijugis
Equis aurigans iuxtà ferebam. Tu uerò in sella
Cum hoc sponsa domum relinquebas fœlicem.
Malus enim, qui non colit res dominorum,
Et collætatur & contristatur in malis.
Ego quidem sum & existo tamen seruus,
Inter generosos numeratus
Seruos, nomen non habens liberum,
Sed animum. melius enim hoc, quàm duorum malorum
Vnum existentem uti, & mentem habere malam,
Et alios audire seruum existentem proximos.
ME. *Age ô senex, multos quidem iuxta clypeum*
Labores expleuisti, ex meis laboribus.
Et nunc particeps meæ fœlicitatis
Nunciato, profectus, relictis socijs
Hæc, ut inueniſti, & in qua sumus fortuna,
Et manere in littore, & mea expectare
Certamina, quæ restant, quæ speramus.
Et hanc, ut queamus naugare ex hac terra,
Custodire, ut in unum uenientes fortunæ,
Ex barbaris seruemur, si queamus.

» NVN. Erunt hæc, ô rex. Sed certe res uatum
» Aspexi quàm improbe sint, & plenæ mendaciorum.
» Non erat quicquam sanum sacræ flammæ,
» Neq; auium uoces. stultum sanè
» Vel existimare aues iuuare mortales.
Calchas enim non dixit, neq; indicauit exercitui,
Pro nebula morientes aspicio socios.
Nihil sanè. sed ciuitas direpta est frustra.
Dicere queas, quod deus noluerit.
» Quid igitur uates consulimus? dijs conuenit
» Sacrificantes postulare bona, uaticinia autem o-
mittere.
» Vitæ enim frustra illecebra inuentum est hoc,
» Et nullus diues factus est uaticinijs segnis existens.
» Sed mens optima, uates est, & bonum consilium.
CHO. Ad idem & mihi opinio de uatibus
» Venit cum sene. Deos aliquis habens
» Amicos, optimam ariolationem habet domi.
HE. Esto, hactenus quidem semper bene se habet.
Quo modo seruatus sis ô miser à Troia,
» Vtilitas quidem nulla scire. Sed desideriũ quoddã,
» Amicorum amicis cognoscere mala.
ME. Certe multa interrogasti in breui, et unica uia.
Quid tibi dicerem, quos in Aegeo habui casus?
Et Nauplij Euboica signa nocturnam per ignem
facta?

Et

Et Cretam, & Libyam, ad quas delatus sum ciui-
tates,
Et speculas Persei. non implerem te
Dictis, dicensq; tibi dolerem amplius,
Et patiens laboraui, bis uerò tristaremur.
HE. Rectius dixisti quàm te interrogarim ego.
Vnum dicito omnibus omissis, quanto tempore
Ponti supra dorsa marino uexatus es errore?
ME. Annuo, ad illos in Troia decem (rum:
Annos, reuersus uerò sum septẽ reuolutionibus anno
HEL. Papæ, longum dixisti ô miser tempus.
Seruatus uerò inde, huc uenisti in cædes. (lier?
ME. Quid ais? quid narras? ut me perdidisti, ô mu-
HE. Fuge, quàm ocissime ab hac soluens terra,
Morieris à uiro, cuius hæ sunt domus.
ME. Qua re peracta, digna hoc casu? (ptijs.
HE. Aduenis insperatus, & impedimento meis nu-
ME. Num ducere quispiã meam uoluit uxorem?
HE. Iniuriam iniuriosè facere in me, quam passa
sum ego.
ME. Priuatim potens quispiã, aut imperitãs terræ?
HE. Qui terræ imperium habet huius Protei filius.
ME. Hæc est illa eiulatio famulæ, quam audio.
HE. Istis insistens barbaris portis?
ME. Hisce, unde ueluti mendicus propellebar.
HE. Num postulabas uictum? me miseram.

Digitized by Google

ME. Res ipſa hæc erat, ſed non utebar hoc nomine.
HE. Omnia nouiſti igitur, ut uideris, de meis nuptijs?
ME. Noui. an uerò hos effugeris lectos, non habeo.
HE. Intactum cubile ſcias tibi ſeruatum.
ME. Quæ huius perſuaſio? grata enim, ſi uera dicis.
HE. Vides ſepulchri huius miſeras ſedes meas?
ME. Video miſera toros herbaceos, quorum quid te attinet?
HE. Hic lectorum ſupplicamus effugia.
ME. Ara carens, aut lege barbarica?
HE. Liberauit nos hoc pariter templis deorum.
ME. Neq; certe domum nauigare licet mihi?
HE. Gladius citius aderit quàm meum coniugium.
ME. Sic ero miſerrimus mortalium.
HE. Ne nunc te pudeat, fuge ex hac terra.
ME. Relicta te? Troiã depopulatus ſum tua gratia.
HE. Vtilius enim, quàm te meum interficiat coniugium.
ME. Effœminata dicis, & Ilio non digna.
HE. Non queas interficere regem, quem conaris fortaſſe.
ME. Siccine ferro non uulnerabile habet corpus?
HE. Cognoſces. ſed conari impoßibile, uiri eſt non ſapientis.
ME. Placide exhibebo itaque meas ligandas manus?
HE. Ad dubium uenis, opus eſt machina quadam.

ME.

ME. Agentes enim, quàm non agentes, dulcius eſt mori. «

HE. Vnica eſt ſpes, qua ſola ſeruabimur. «

Quæ enim poteſt? aut opere peragi? aut precariò?

HE. Si rex non reſciſcat te aduenisſe.

ME. Dicet uero quis? me nõ cognoſcet quis ego ſim.

HE. Eſt intus ei ſocia dijs ſimilis.

ME. Oraculum quoddam domus in ſeceſsibus collocatum?

HE. Non, ſed ſoror. Theonoẽm uocant ipſam.

ME. Oraculum refert quidem nomen. ſed quid facit? dicito.

HE. Omnia ſcit, & dicet fratri præſentem te.

ME. Moriamur utiq;, latere enim non licet mihi.

HE. Si quo modo perſuadere poſſemus eam, ſupplicantes.

ME. Quam rem facere? ad quam ſubducis me ſpem?

HE. Adeſſe in hac terra non dicere te fratri.

ME. Vbi autem perſuaſerimus, ex terra traducemus pedem?

HE. Opera illius facile, clam uero nequaquam.

ME. Tuum opus. quoniam mulieri conuenit mulier. «

HE. Quoniam non intacta genua meis habebit manibus.

ME. Age, ſi uero iam noſtros nõ admiſerit ſermones?

HE. Morieris, nuptijs aũt copulabor miſera ego pr uim

ME. Proditor esses, hanc uero uim simulas tantum?
HE. Verum sanctum iuramentum per tuum caput deiuro.
ME. Quid ais? te morituram, neq; unquam permutaturam coniugium?
HE. Hoc gladio, iacebo uero prope te.
ME. Ob ista meam dextram nunc tange.
HE. Tango, te mortuo hanc relicturam lucem.
ME. Itidem ego, orbatus te finiam uitam.
HE. Quomodo igitur moriemur, ut & gloriam capiamus?
ME. Sepulchri ad dorsum ubi te interfecero, me in-
Primũ uero certamẽ magnũ certabimus (terficiet.
Pro coniugio tuo. Si uelit uero, accedat.
Troicum enim non dedecorabo coniugium.
Neq; ad Græciã reuersus, subibo magnũ uituperiũ,
Qui Thetim priuaui Achille,
Telamonijq; Aiacis aspexi cædem,
Et Thesei filium propter meam uero
Non dignabor mori uxorem ego?
» Maxime sané. Si enim Dij sunt æqui,
» Animosum uirum ab hostibus occisum
» Facili obtegent in tumulo terra.
» Super ignauos uera dura rudera injiciunt terræ.
O Dij, fiat tandem fœlix genus
Tantali, & liberetur à malis.

HE.

Digitized by Google

HE. Me miseră. in hac enim fortuna constituta sum.
Menelaĕ, actum est, egreditur domo
Vates Theonŏe, strepit domus
Claustris apertis. fuge. sed quid fugiendum?
Præsens enim & absens te aduenisse
Nouit. ô misera, ut perij.
A' Troia seruatus, & à barbara terra,
In barbaros ueniens gladios iterum impingis.
THEO. Præi tu mihi, ferens facularum iubar,
Ad diuinam sacri copiam ætheris ex penetralibus,
Vt spiritum purum cœli capiamus.
Tu porro iter, si quis contaminauit pede
Incedens non sacro, expiato flamma.
Concute uero facem, ut ingrediar, ignis.
Ritu uero meo ubi exhibueritis dijs, iterum
Domesticam flammam domum ferte.
Helena quid, mea ut se habent uaticinia?
Venit maritus tibi Menelaus hicce coram,
Nauibus priuatus, & quam nactus est propter te
præda.
O infœlix: domus qui effugisti, ueniisti ad labores.
Neq; scis reditum domum, siue hic mansurus sis.
Contentio enim inter deos, & concilium de te
Erit iuxta sedes Iouis hodierno die.
Iuno quidem, quæ tibi inimica fuit antea,
Nunc beneuola est, & ad patriam seruare uult

Cum

Digitized by Google

Cum hæc, ut Græcia Alexandri nuptias
Donum Veneris falsæ pronubæ cognoscat.
Venus uero reditum tuum perdere uult,
Ne redarguatur, neq; emisse appareat
Pulchritudinem propter Helenã uenalibus nuptijs.
Finis uero in nobis situs est: siue, quæ uult Venus,
Dicens fratri te hic esse, perdam.
Siue rursum cum Iunone stans, tuam seruem uitam,
Celans fratrem, qui imperat hæc me
Dicere, quando ad hanc terram ueneris.
Quis es? fratri hunc indicabo certe meo
Adesse, ut res meæ in tuto sint.
HE. O uirgo, supplex ad tua accido genua,
Et assideo sedem non fœlicem,
Et pro me ipsa, & pro hoc, quem uix tandem
Nacta, in summo periculo sum mortuum uidere.
Ne meum dixeris tuo fratri maritum,
Hunc in meas uenisse charissimas manus,
Sed seruato precor te, fratri uero tuo
Pietatem ne prodideris hanc tuam unquam,
Gratias improbas iniustas comparans.
" Odit enim Deus uim, sed parta
" Possidere iubet omnes, non ad rapinas.
" Negligendæ diuitiæ, quæ iniustæ sunt.
" Commune enim est cœlum omnibus mortalibus,
" Et terra, in qua conuenit domos implere,

Res

Res alienas non habere, neq; auferre per uim. ‹‹
Nos uero diuino quidem modo, sed mihi misero,
Mercurius tradidit patri tuo seruandam marito
Huic, qui adest, & depositum recipere cupit.
Quomodo igitur mortuus reciperet? Ille uero quomodo
Viuentia mortuis posset reddere unquam?
Certe hic ea quæ ad deum attinent, & ad patrem tuum, considerato.
Vtrum Deus ipse, & mortuus, ea quæ sunt aliorum
Velint, an mauelint reddere iterum?
Existimo quidem. non igitur conuenit te fratri plus
Tribuere stulto, potius quàm probo patri.
Si uero, cum sis uates, & res diuinas tractans,
Iustitiam patris pessum dabis,
Iniusto fratri dabis pœnam.
Turpe te diuinas res omnes nouisse. ‹‹
Et præsentia, & non præsentia, sed iusta non scire. ‹‹
Me uero miseram, in quibus sita sum malis,
Liberato, neglectum concedens hoc à fortuna.
Helenam enim nullus qui non oderit mortalium.
Quæ dicor per Græciam, tanquã prodidissem meũ
Maritum, & Phrygum habitassem diuites domos.
Si uero ad Græciã uenero, et cõscendã Spartã iterũ,
Audientes, aspicientes, quod consilijs Deorum
Perierint, ego proditrix non fuerim amicorum,

Iterum

Iterum restituerit me in probitatem denuò.
Et cum dote elocabo filiam, quam nemo in uxorem ducit.
Hanc uerò hic relinquens inopiam acerbam,
Domesticis rebus fruar.
Et siquidem mortuus hic consumptus esset rogo,
Procul erga illum absentē lachrimis cōtenta fuissem.
Nunc uero præsenti & seruato priuabor?
Ne quæso, ô uirgo. Quare supplex oro te hoc,
Da hoc beneficium mihi, & imitare mores
» Patris iusti. Filio enim gloria hæc
» Optima, qui ex patre probo cum natus sit,
» Consentit cum parentibus, moribus.
THEO. Miserabilis quidem hæc coràm habita oratio,
Miserabilis & tu. Sed ipsius Menelai desidero
Orationem audire, quam dicturus sit de uita.
ME. Ego ad tua neq; accidere sustinuerim genua,
Neq; rigare lachrymis oculos. Troiam enim
Pauidi facti multum dedecorauerimus.
» Quamuis dicunt, quòd sit uiri fortis,
» In calamitatibus lachrymas fundere ab oculis.
Sed non istud decens, si modò hoc decens est,
Vsurpabo, propter anteactam fœlicitatem.
Verum si uirum uidetur tibi seruare hospitem,
Requirentem legitime recipere uxorem meam,

Digitized by Google

Et redde, & præterea serua. Si uero non placet,
Ego quidem non nunc primum, sed sæpenumero
Miser sim, tu uero mulier improba apparebis.
Quæ uero digna nobis, & quæ iusta existimamus,
Et quæ tuum maxime cor perstringent,
Dicã hæc, iuxta sepulchrũ tui patris, cum affectu.
O senex, qui habitas hoc lapideum sepulchrum,
Reddę, reposco meam uxorem à te,
Quam Iupiter misit huc tibi seruandam mihi.
Noui quod nobis nunquam adimes mortuus.
Quin hæcce patrem ab inferis citatum
Non dignabitur, qui prius fuit glorioſißimus,
Male audire. in propria enim potestate est nunc.
O inferne Pluto, te quoq; socium aduoco,
Qui multa accepisti propter hanc corpora,
Quæ ceciderunt meo gladio, mercedem uero habes.
Aut nunc illos redde uiuos denuo,
Aut hanc coge pio patre
Meliorem esse, meam reddere uxorem.
Quod si me uxore mea prædamini,
Quos tibi reliquit hæc sermones dicam.
Pepigimus iuramento, ut scias, ô uirgo,
Primum quidem congredi pugna cum tuo fratre.
Et illum, aut me oportet mori: simplex sermo.
Si uero ad pugnam nunquam opposuerit pedem,
Sed fame capere, ad tumulum supplicantes nos

Trucidare

Trucidare decretum est hanc mihi, & deinde meum
Ad eparˉ trudere ancipitem gladium hunc,
Tumuli supra planiciem huius, ut sanguinis fluores
Per sepulchrum fluant. iacebimus uero
Funera duo ex ordine supra hoc politum sepulchrū,
Perpetuus dolor tibi, opprobrium uero tuo patri.
Non enim ducet istam, neqˉ frater tuus,
Neqˉ alius quisquam: sed ipsam ego abducam,
Si non domum possum, tamen ad mortuos.
Quid hæc? lachrymis ad molliciem uertor?
Miserabilis magis sum, quàm strenuus.
Interfice, si uidetur tibi. ignominiose enim non occides.
Quin potius meis pareto dictis,
Vt sis iusta, & uxorem ego recipiam.
CHO. In te situ est administrare, ô puella, sermones.
Sed sic iudicato, ut omnibus placeas.
THEO. Ego & nata sum ad pietatem, & uolo,
Et amo meipsam, & gloriam mei patris
Nolim polluere. neqˉ fratri gratiam
Darem, ex qua ignominiosa uidebor.
Inest mihi iustitiæ numen magnum,
In indole mea. Et istud à Nereo
Habens, seruare ô Menelaë conabor.
Cū Iunone itaqˉ, quandoquidē uult tibi benefacere,
Ad idem feram calculum. beneficium uero meum

Beneuolum

Beneuolum ſit. nam omnino nihil conuenit.
Sed ego conabor uirgo manere ſemper.
Quæ uerò ad ſepulchrum hoc probro obijcis patri,
Nobis eadem eſt oratio. iniurij eſſemus,
Si non redderem. nam & ille uiuens
Reddidiſſet utiq; tibi hanc habere, huicq; te.
Namq; ultio horum, eſt inferis, "
Et ſuperis omnibus hominibus. Animus "
Mortuorum, non quidem uiuit, ſed ſenſum habet "
Immortalem, ad immortalem æthera illapſus. "
Vt igitur dicam non longis uerbis, tacebo,
Quæ me ſupplicaſtis: neq; in ſtultitia
Conſiliaria ero fratris unquam.
Imo ei benefacio, quamuis non uidear,
Ex impietate ſi ſanctum fecero ipſum. "
Vos itaq; exitum inuenite: "
Ego me conferens de medio, tacebo.
Sed à dijs initium ſumite, & ſupplicate, "
Te quidem ſinere ad patriam redire Venerem, "
Iunonis uerò conſilium firmum eſſe "
Quod erga te & tuum maritum habet de ſalute. "
Tu porro mortue mihi ô pater, quantũ ego poſſum,
Nunquam uocaberis impius pro pio.
CHO. Nullus unquam bonam fortunam habuit, in- "
Sed in iuſtitia ſpes ſalutis. (iuſtus exiſtens. "
HEL. Menelae, à uirgine ſalui ſumus.

Digitized by Google

Iam inde te sermones ferentem conuenit,
Communem moliri machinam salutis.
ME. Audi iam nunc, diu fuisti in tectis,
Et enutrita es cum famulis regis.
HE. Cur hoc dixisti? affers enim spes,
Tanquam quid facturus cõmodum in cõmune nobis.
ME. Persuadeas aliquem qui quadrijugis
Curribus præsunt, ut nobis dent currus.
HE. Persuadere possem, sed qua fuga fugiemus
Camporum expertes & barbaræ existentes terræ?
Impossibile dixisti. MEN. Age quid si occultatus in
Interficiam regem hoc ancipiti gladio? (domo
HEL. Non ferret, neq; reticeret
Soror, si fratrem interfecturus esses.
ME. Verum certe neq; nauis est qua seruemur
Fugientes. quà enim tendimus, mare occupat.
HE. Audi, si quid & mulier dicere queat sapiens.
Vis dici, non mortuus, sermone mortuus esse?
ME. Malum quidem omen. si uerò commodum capiam uerbis,
Paratus sum, non mortuus, uerbis mori.
HE. Atqui muliebribus misericordiam cõsequemur
Tonsuris & lamentis apud impium.
ME. Salutis uerò hoc quod habet nobis remedium?
HE. Ars quædam ueteratoria huic dicto inest.
Quoniam mortuum te in mari uacuo sepulchro

Sepelire

Sepelire à tyranno huius terræ petam.
ME Quin iam conceßit. deim quomodo abſq; naui
Seruabimur, ſepulchro uacuo parentantes meum
corpus?
HE. Dare iubebo cymbam, qua ueham
Ornatum tuo ſepulchro ad marina promontoria.
ME. Bene hoc dixiſti, niſi unum: ſi in terra ſepul-
turam
Facere iuſſerit te, nihil hæc ſimulatio proderit.
HE. Verum non rite fieri dicemus in Græcia,
In terra ſepelire eos qui in mari perierint.
ME. Hoc iterũ corrigis. deinde ego unà nauigabo,
Et unà feram ornatum in eadem naui.
Te uel adeſſe opus eſt maxime, & tuos
Nautas, qui euaſerunt ex naufragio.
ME. Quin ubi nauem ad anchoram accepero,
Vir iuxta uirum ſtatuetur armatus. (tum
HE. Te conuenit adminiſtrare omnia. proſperi tan-
Carbaſo flatus accidant, & nauis curſus.
ME. Erit. labores enim dij finient meos.
Verum mortuum, à quo me dices audiuiſſe?
HE. A te. & ſolum dicito, effugiſſe fatum
Atrei nauigantem cum filio, & mortuum uidiſſe.
ME. Atqui hæ laceræ corporis ueſtes
Teſtimonium dabunt nauticarum ruinarum.
HE. Opportune acciderũt, ſed antea importune
perdiderunt.

Digitized by Google

» Sed hæc infœlicitas, fœlicitas forsan erit.
MÉ. Vtrum in domũ unà tecum ingredi me cõuenit?
Aut ad sepulchrum hoc quieti sedeamus?
HE. Hic mane. si enim aliquid perperã tibi fecerit,
Sepulchrum hoc te liberare queat, gladiumq; tuum.
Ego in domum uadens, cincinnos abscindam,
Et pro peplis albis nigros permutabo.
Genæ uerò unguem cruentum iniiciam corporis.
Ingens enim periculum, & uideo duo momenta.
Aut enim oportet me mori, si deprehensa fuero fraude agens:
Aut ad patriam ire, & tuum seruare corpus.
O sancta, quæ Iouialibus in lectis cubas,
Iuno, duos miserabiles homines leua à laboribus.
Poscimus, erectas manus ad cœlum
Porrigentes, ubi tu incolis siderum uarias domos.
Tuq; quæ propter meas pulchritudinem obtinuisti nuptias,
Filia Dionis Venus, ne me penitus perdas.
Satis noxæ, quam intulisti antea,
Nomen exhibens, non corpus barbaris.
Mori uerò me sine, si occidere uis,
» In terra patria. quid nam inexplebilis es malorum?
» Amores, errores, & fraudulentas artes
» Exercens, & philtra cruenta familijs.
» Quod si eras moderata, aliàs gratissima dearum

Esses

Esses hominibus. non aliter dico. ca

CHO. *Te uestibulis frondosis*
Musea & sedes insidentem inuocabo,
Te maxime ad canendum aptam cantatricem
Luscinian lachrymabilem,
Adsis, per flaua
Rostra conquerens miserabiliter,
Lamentis meis adiutrix,
Helenæ miseræ labores
Et Iliacarum mulierum
Cantans lachrymabilem laborem.
Achiuorum per hastas,
Qui peruenit ad planiciem
Barbarica naue,
Qui uenit tumultus miseros
Priamidis adducens,
A' Lacedæmone
Coniugia tua cum cæpit
Paris infœlix sponsus
Ductu Veneris.
Multi uerò Græcorum in bello & saxosis
Turbinibus expirantes, Plutonem miserum habent,
Miseras uxorum attondentes comas.
Absq; sponsis uerò atria squalent.
Multos uerò sustollens
Flammeum iubar circa fluidam

Eubœam occidit Græcorum
Vniremis uir, ad saxa
Capharea impingere faciens,
Et ad Aegea marina littora,
Fraudulentam facem cum per lampadem sustulisset.
Importuosi uerò montes infœlices
Barbaræ classis,
Cum tu à patria
Fluctuum spiramine
Illud monstrum, non monstrum, sed
Contentionem Græcorum nebulas
Nauibus ducens,
Simulachrum sacrum Iunonis,
Quod deus fuit, aut non deus, aut utrumq;.
Quid ais, perscrutans
" Mortalium longissimum finem inuenire,
" Qui res deorum aspicis
" Dira, & iterum huc
" Et illuc contrarijs
" Salientia insperatis fortunis.
Tu Iouis es, ô Helena, filia.
Volatilis enim in sinubus te
Ledæ genuit pater.
Et fama tua per Græciam iniqua est,
Quod sis proditrix, perfida, impia. neq; scio
" Quid nam certũ unquam apud mortales. Sed deorũ

Verbum

Verbum uerum esse inueni. ee
Stulti quicunq; uirtutes per bellum ee
Comparatis fortis hastæ, ee
Hastis conantes finire ee
Labores mortalium absq; clade. ee
Si enim certamen dijudicaret ipsum
Sanguinis, nunquam lis
Relinqueret hominum ciuitates.
Quæ Prameiæ terræ reliquerunt thalamos,
Cum licuisset componere sermonibus
Tuam contentionem, ô Helena.
Nunc quidem hi Græci Plutoni curæ sunt infra.
Mœnia uerò ignea ueluti
Iouis perculit flamma.
Itaq; dolores doloribus affers
Miseris, per calamitates, Ilienſibus.
THE. O salue patris monumentũ. in uestibulo enim
Sepeliui te, ô Proteu, meæ compellationis gratia.
Semper uerò te egrediens & ingrediens domos,
Theoclymenus filius hic alloquitur ô pater.
Vos itaq; & canes & ferarum laqueos
Famuli asportate in domum regiam.
Ego uerò meipsum sæpe reprehendi iam.
Non enim morte improbos punimus.
Et nunc audiui manifestum Græcorum aliquem
In terram uenisse, & latuisse speculatores,

Digitized by Google

Siue exploratorem, siue furto captantem
Helenam. morietur uerò, si deprehensus fuerit tantum.
Hem. Sed ut uidetur, omnia peracta
Inuenio. tumuli enim uacuas relinquens sedes
Tyndaris puella, abducta est nauigio à terra.
Ohe, aperite claustra, soluite equestria
Præsepia famuli, & exportate currus.
Quoniam laboris ergò non lateat me à terra
Hac abducta uxor, quam concupisco.
Sed continete. aspicio enim quos persequi uellem
Præsentes in domo, neq; aufugissem.
Ipsa tu quid uestes nigras induisti corpore,
Cum albis permutans, & à capite pulchras
Comas admoto ferro abrasisti?
Et recentibus rigas lachrymis genas tuas
Flens? Vtrum nocturnis commota
Lamentaris somnijs, aut famam aliquam de domo
Audiens, per mœrorem tuo cruciaris animo?
HEL. O domine, iam enim hoc nomino te nomine.
Perij, perierunt res meæ, & nihil sum amplius.
THE. In quo iaces calamitatis? quæ hæc fortuna?
HEL. Menelaus, eheu, quomodo eloquar? mortuus est mihi.
THE. Nihil certe gaudeo tuis dictis, sed tamen sum fœlix.

Quo-

Quomodo scis? num tibi Theonoē dicit hæc?

HE. *Et illa dicit, & ille qui adfuit cum perijt.*

THE. *Venit enim quidam qui hæc annunciet certō?*

HE. *Adest. utinam uenisset, ut ego cupio uenisse.*

THEO. *Quis est? ubi est? ut clarius discam.*

HE. *Hicce qui aßidet, horrescens, huic sepulchro.*

THEO. *O Apollo, ut uesti informi conspicuus est.*

HE. *Eheu, uideor mihi etiam meum sic habere maritum.*

THEO. *Cuius hicce uir, & unde appulit ad terram?*

HE. *Græcus, Achiuorū unus, meo connauta marito.*

THEO. *Quali morte dicit Menelaum perijsse?*

HE. *Miserrimo genere, humidis fluctibus maris.*

THEO. *Vbi Barbarico pelago naue uectum?*

HE. *Libyæ ad importuosa eiectum saxa.*

THEO. *Et quomodo hicce non perijt particeps nauigationis?*

HE. *Bonis deteriores interdum fœliciores.*

THEO. *Cum uero reliquisset nauis, ubi emersit, fragmenta?*

HE. *Vbi male perire debuerat. Menelaus uero non.*

THEO. *Perijt ille. uenit uero in qua naui?*

HE. *Nautæ illum sustulerunt, forte incidentes, ut ipse narrat.*

THEO. *Vbi uero, quod missum fuit pro te Troiæ malum?*

HE. Nubis putas simulachrum? ad æthera abijt.
THEO. O Priame, & terra Troica, frustra perijsti.
HE. Et ego particeps sum infœlicitatis cum Priamidis.
THEO. Maritum uero insepultum reliquit, aut abscondit terra?
HE. Insepultum, heu me miseram propter mea mala.
THEO. Horum gratia abscidisti cincinnos flaua comæ?
HE. Amicus enim est, quicunq; est hic existens.
THEO. Recte quidem hæc calamitas defletur.
HE. Num facile fuerit tuam sororem mori?
THEO. Minime. quid nunc? hoc amplius inhabitabis sepulchrum?
HE. Quid laceßis me? mortuum uero non omittis?
THEO. Fidelis enim es tuo marito, fugiens me.
HE. Verum non amplius. sed iam copiam habe mearum nuptiarum.
THEO. Sera quidem uenisti. sed tamen laudo hæc.
HE. Scin igitur quid facias? antcactorum obliuiscamur.
THEO. Qua conditione? gratia enim p gratia ueniat.
HE. Fœdera feriamus, & reconciliare mihi.
THEO. Dimitte cõtentionẽ tuã, abeat uero uolatilis.
HE. Per nunc te genua hæc, quoniam amicus es.
THEO. Quam rem captans supplex expetis à me?

HE.

Digitized by Google

HE. Mortuum maritum meum sepelire uolo. (brā?
THE. Quid uero absentiū tumulus? an sepelies ūm
HE. Græcis ritus est, qui ponto mortuus fuerit.
THEO. Quid facere? sapientes certe Pelopidæ secundum hæc.
HE. Vacuis sepelire cum peplis sepulchris.
THEO. Sepelito. erige tumulum ubiuis terrarum.
HE. Non sic nautas mortuos tumulamus.
THE. Quomodo igitur? ignarus sum, inter Græcos rituum. (ferimus.
HE. In pontum, quæcunq; conueniunt mortuis, de-
THEO. Quid tibi exhibebo igitur mortuo?
HE. Nescio. ego uero perplexa sum, cum beata antè fuerim.
THEO. O hospes, sermonum qualem famam attulisti charam?
ME. Non certe mihi ipsi, neq; mortuo. (tuos?
THE. Quomodo q oppetierūt, sepelitis in mari mor
ME. Perinde ut præsentis facultatis quilibet fuerit.
THE. Propter diuitias dic, quodcūq; uelis, huius gra
ME. Immolatur quidē sanguis primū inferis. (tia.
THEO. Cuius? tu mihi dic. ego parebo.
ME. Tu ipse elige. satis enim fuerint, quæcunque dederis.
THEO. Apud Barbaros quidem equum, aut taurū, moris est.

ME.

Digitized by Google

ME. Dans utiq;, ignobile nihil dederis.
THEO. Nõ horum in copiosis armentis indigemus.
ME. Et stratos ferte lectos corpore carentes.
THEO. Erit. quid aliud afferre moris est?
ME. Aerea arma: nam erat bellicosus.
THEO. Digna hæc erunt Pelopidis, quæ dabimus.
ME. Et cætera quæcunq; terra fert germina.
THEO. Quomodo igitur ad fluctus, qua ratione demittitis?
ME. Nunc oportet etiam adesse remorũ præfectos.
THEO. Ad quantam uero prohibet longitudinem à terra, hasta?
ME. Vt cerni queant fluctus à terra uix.
THEO. Ecquid hunc Græcia ritum unde colit?
ME. Vt non iterum ad terram oblationes eijciat fluctus.
THEO. Phœnicia nauis uelox aderit.
ME. Recte feceris Menelao ad gratiam.
THEO. Num tu absq; hac faciens sufficies hæc?
ME. Matris hoc opus, aut uxoris, aut liberorum.
THEO. Huius est labor, ut narras, sepelire maritum.
ME. Ad pietatẽ attinet, iusta non subducere mortuis.
THEO. Eat, nostri officij est uxorem piam alere.
Profectus uero intro, efferam ornatum mortuo,
Et te non uacuis manibus à terra amandabo,
Gratificantem huic. famas uero mihi

Bonas

Digitized by Google

Bonas afferens, pro pannis laceris
Veſtem accipies, & commeatum, ut in patriam
Venire queas, quandoquidem nunc miſerum uideo.
Tu uero ô miſera, ne ob irrecuperabilia «
Macera teipſam, Menelaus habet fatum. «
Neq; poteſt uiuere maritus mortuus. «
ME. Hoc tuum opus eſt, ô mulier. præſentem quidem «
Amare maritum oportet, mortuum uero miſſum «
facere.
Optimum enim tibi hoc eſt ad præſentem fortunam. «
Si ad Græciam reuerſus fuero, & adeptus fuero ſa-
lutem,
Qualem te oportet eſſe tuo marito,
Eximam probro te priori, ſi mulier fueris.
HE. Erunt hæc. neq; culpabit maritus unquam
Nos, tu uero ipſe præſens exiſtens cognoſces hæc.
Sed ô miſer ingredere, & lauacra cape,
Et ueſtem permutato, non ad procraſtinationes.
Beneficio te afficiam. benignius etenim,
Chariſſimo mihi Menelao ea quæ conueniunt,
Feceris, à nobis adeptus ea quæ te conuenit.
CHO. Montana quondam ueloci pede
Mater deorum concitata eſt
Per nemoroſos ſaltus,
Et per fluuiatiles fluctus aquarum,
Et per grauifremam undam marinam,

Deſiderio

Desiderio eius quæ perierat
Non nominandæ filiæ.
Tintinnabula uero bacchica acutum
Edentia stridorem inclamabat,
Feras quando iugales
Coniungens dea propter Sartiman
Abreptam rotundis
Choris ex uirgineis.
Cum puellis uero celeripedes
Vnà cum arcubus Diana,
Altera hasta Gorgo armata.
Sed ille qui despicit ex cœlestibus,
Aliud fatum parabat.
Cursiuis uero postquam uagis
Mater cessauit à laboribus,
Inquirens labores
Filiæ, raptum fraudulentum,
Niuosas uero penetrasset
Idæarum Nympharum speculas,
Procumbit per lectum
Saxosum, supra muscum niuosum.
Mortalibus glabra sola terræ,
Non fructificans segetibus.
Hominum uero perdit sobolem.
Greges uero non producit uegetos,

Non

Non alimenta luxuriosarum uitium.
Ciuitatum autem defecit uictus,
Neq; erant deorum sacrificia,
Et aris non immolatæ placentæ,
Et fontes quiescere fecit roscidos,
Limpidas scaturire aquas.
Postquam uero finiuit conuiuia
Dijs & mortali genere
Iupiter mitigans Stygias
Matris iras, alloquitur.
Vadite sanctæ Charites,
Ite, eam quæ est de uirgine
Rapta, uehementi
Tristitiam permutate iubilo.
Et Musæ cum hymnis chorum,
Aerisq; sonum grauem,
Et tympana accipite, facta ex corio bouino.
Iucundissime tum primum inter deos
Venus risit Dea,
Et accepit in manus
Grauisonam tibiam,
Delectata strepitu.
Illarum rerum quarum non fas est, neq; ius,
Priuasti in thalamis,
Iram uero habes magnæ

Matris

Digitized by Google

Matris ô filia, sacrificia
Non rite peragens Dijs.
Magnum certe possunt hinnulorum
Variæ pelles,
Et hedera coronata herba
Thyrsos ad sacros,
Vertigineq; circumacta
In rotundum tripudium sublime
Et Bacchantes comæ Bromiorum,
Et peruigilia Deæ.
Sed bene ipsam diebus
Superauit Luna.
Forma tantum gloriaris.
HE. Rebus domesticis quidē fœlices sumus, ô chare.
Communi enim opera celans Protei filia,
Maritum præsentem meum interrogata,
Non dixit fratri. Sed mortuum in terra
Non ait lumen aspicere, mea gratia.
Pulcherrima certe arripuit fauente fortuna mariti.
Quæ enim delaturus erat arma ad mare,
Hæc ipsa inserens loro generosam manum
Ipse fert, & hastam manu accipiens
Tanquam mortuo gratiā simul laborando præstans.
Sed opportune ad pugnam corpus armis armauit,
Vt de Barbaris trophæa multis manu
Statuat, cum nautæ ingrediamur nauim.

Vestis

Veſtes præterea permutans pro naufrago ueſtitu,
Hæc ego ipſa ipſum excolui, & lauacris corpus
Tradidi, ſera lauacra fluuiatilis liquoris.
Sed enim progreditur è domo, qui meas
Nuptias paratas in manibus habere exiſtimat.
Silendum mihi: & te rogamus
Beneuolam & continere os, ſi queamus
Seruati ipſi & te ſimul ſeruare olim.
THE. Ite deinceps ut imperauit hoſpes,
O famuli, ferentes marinam parentationem.
Helena, tu uerò ſi tibi non male uideor dicere,
Pareto, mane hic. eadem enim præſens
Facies marito tuo, & ſi non adfueris.
Metuo enim tibi, ne quis illapſus amor
Perſuadeat deijcere corpus in fluctus marinos,
Prioris mariti amore perculſam.
Nimis enim illum, non præſentem tamen, luges.
HE. O inclite nobis marite, neceſſe eſt
Primum coniugium & nuptiales conuerſationes
Colere. Ego uerò propter amorem quidem mariti
Et commori uellem. ſed quæ nam illi gratia
Commortuo mori? Quare ſine me
Ipſam profectam, parentalia dare mortuo.
Dij uerò tibi dent, qualia ego cupio.
Et hoſpiti huic, quia ſimul elaborat hæc.
Habebis uerò me qualem conuenit habere domi

Vxorem, quandoquidē Menelaum beneficio afficis,
Et me. ueniunt enim hæc ad fortunam quandam.
Qui uerò daturus sit nauim, in qua hæc uehemus,
Impera, ut beneficium plenum capiam.
THE. Abi tu, & istis nauē quæ quinquaginta remis
Sidoniam da, & remorum præfectos. (agitur,
HEL. Num hic præerit naui, qui ornat sepulchrum?
THE. Maxime, & audire hūc cōuenit nautas meos.
HEL. Iterum iube, ut te manifeste intelligant.
THE. Iterum iubeo, & tertiò, si tibi gratum.
HEL. Fruare, & ego meis consilijs. (pus.
THE. Ne nunc nimis tuum lachrymis maceres cor-
HEL. Hodierna dies tibi meam ostendet beneuolentiam. (citer dicam, labor.
THE. Res mortuorū nihili faciendæ, sed ut simpli-
HE. Est quippiā et illic et hic de quib. dicere posſū?
THE. Nihil deteriorē Menelao me habebis maritū.
HEL. Nihil tu culpandus es, fortunæ curæ sit tantū.
THE. In te hoc situm est, si tuam in me beneuolentiam dederis.
HEL. Non nunc discemus amicos amare.
THE. Vis cooperans ego deducam nauigationem?
HEL. Minime, ne seruito tuis seruis, ô rex.
THE. Sed age. Pelopidarum sino ritus.
Puræ enim sint nobis domus. nam non hic
Vitam amisit Menelaus. Eat uerò quis

Dicturus

Dicturus præfectis meis, ut afferant nuptiarum
Ornamenta in ædes meas. totam uerò æquum est
Terram canere auspicatis cantilenis
Hymenæum Helenæ & meum, ut faustus sit.
Tu uerò, ô hospes, profectus marina ad promonto-
Huius priori hæc ubi dederis marito, (ria,
Iterum domum redi meam uxorem habens,
Vt nuptias huius celebrans unà mecum
Mittaris domum, ut manens fœlix sis.
ME. O Iupiter, & pater, & sapiens uocaris deus, «
Respice ad nos, & libera à malis. «
Vergentibus uerò nobis ad tristitiam, calamitates
Mox coherce. & si leui attigeris manu,
Perueniemus quò uenire cupimus ad fortunam.
Satis laborum, quos pertulimus hactenus.
Testor uos deos, multa bona ut à me audiatis,
Et mala. Debeo autem non perpetuò infœlix esse,
Sed recto incedere pede. Vnicum mihi beneficium
Dantes, in posterum fœlicem me reddideritis.
CHO. Phœnicia Sidonia ô
Velox nauis, fluctuum mater
Remigatione grata,
Præsumptrix ludentium pulchro choro
Delphinorum, cum auris
Mare tranquillum fuerit,
Glauca uerò ponti filia

Digitized by Google

Galanea hæc dixit.
Vela expandite uentis
Relinquentes marinis,
Apprehendite abiegnas palmas
O nautæ, io nautæ,
Deducentes ad portuosa
Perseæ domus Helenam littora.
Nimirum puellas fluminis
Iuxta littus albis equis utentes, aut uestibularia
Palladis nanciscens.
Tandem congressa cum Choris,
Aut ad festiuitatem Hyacinthi
Intempesta nocte.
Quem certando deuincens
Rotundo lapide disci
Occidit Phœbus Laconica terra,
Solenni die, quo boum sacrificia fiebant.
Iouis uerò iussit colere filius,
Et uitulam quæ relicta fuerit stabulis,
Cuius nondum faces ad nuptias arserunt.
In aëre, cum uolatiles
Vtinam fiamus Libycæ
Aues coniecturales,
Imbrem relinquentes hyemalem,
Redeunt antiquissimæ
Fistula adductæ

Pastoris,

Digitized by Google

Pastoris, qui siccos
Ad campos & fructuosos terræ
Aduolans clangit.
Cum ô longa colla habentes grues,
Compascuæ nubium cursus
Itis per columbas medias,
Orionemq; nocturnum
Annunciate nuncium,
Ad Eurotam assidentes,
Quod Menelaus Dardani
Oppido capto, domum uenturus sit.
Et adsitis, equestrem currum
Per aëra mittentes,
Filij Tyndarei,
Splendidorum astrorum sub turbinibus
Qui habitatis cœlites,
Seruatores Helenes,
Cæruleos ad fluctus marinos,
Cyaneos fluctuum
Ad fluctus canos maris
Nautis prosperos uentorum
Mittentes à Ioue flatus.
Ignominiam à sorore
Abijcite, de Barbaro coniugio,
Quam Idæis contentionibus
Vexata acquisiuit, eam

Digitized by Google

900.

Quæ non uenit Ilij
Ad Phœbeas turres.
NVN. O rex, peßima in domo inuenimus,
Quoniam noua audies mala à me ſtatim.
THE. Quid eſt? NVN. Alterius cõparato ſponſalia
Vxoris. Helena enim abducta eſt è terra.
THE. Alis ſublata, aut per terram eunte pede?
NVN. Menelaus ipſam nauigio abduxit è terra,
Qui ipſe ſeipſum uenit nuncians mortuum.
THE. O mala dicens. quæ uerò ipſum nauigatio
Ex hac abduxit terra? incredibilia enim dicis.
NVN. Quam hoſpiti dediſti tu, tuos habens
Nautas abijt, ut breuiter ſcias.
THE. Quomodo? ſcire cupidus ſum. non enim ſpe-
Poſſum, unam ſuperaſſe manum (rare
Tot nautas, cum quibus ipſe miſſus fis.
NVN. Ex quo relinquens regias domus,
Iouis filia ad mare deducta, ingemuit
Scientißimè tenerum pedem collocans
Maritum prope præſentem, & non mortuum.
Cum uerò uenimus tuorum ad ſepta naualium,
Sidoniam nauem nouam deduximus
Cum tranſtris quinquaginta, & remis
Inſtructam, opere uerò opus perficiebatur.
Vnus quidem malum, alius remum collocabat,
Et ordinem manu. & alba uela collecta erant,

Et

Digitized by Google

Et claui temonibus inſerebantur.
Et in hoc labore hoc ſanè conſiderantes
Græci uiri, Menelao comites
Progreßi ad littora, nauticis ueſtiti
Veſtibus, uegeti quidem, ſed ſquallidi uiſu.
Videns uerò ipſos præſentes Atrei filius,
Alloquutus eſt fraudulentam miſerationem adferẽs.
O miſeri, quomodo, ex qua naui tandem
Græcanica, fracta uenitis ſcapha?
Num Atrei filium mortuum ſimul ſepelitis?
Quẽ Tyndaris filia hæc inuitum inani ſepulchro?
Hi uerò eijcientes lachrymas ficto modo,
In nauem ibant cum Menelao, ea quæ ad pontum
pertimebant
Perentes. nobis tum hoc erat ſuſpectum.
Inuicem uerò ſermo, uectorum
Quod multitudo eſſet. ſed tamen conſideramus
Tuos ſermones ſeruantes. præeſſe enim naui
Hoſpitem iubens, omnia conturbaſti hæc.
Atq; hæc quidem facile in nauem
Collocauimus, quæ tolli potuerunt. tauri uerò pes
Noluit rectus per tabulam ingredi,
Verum mugiebat, oculos uertens in orbem,
Et ſuſtollens dorſum, & ad cornu collimans,
Non tangere prohibuit. Helenæ uerò maritus
Vocauit, O populati qui eſtis Ilij ciuitatem,

Quin arripientes Græcorum more
Iuuenilibus humeris taurinum corpus,
In proram inijcitis? gladiumq; simul
Promptum trusurus erat ad uictimam mortui.
Hi uerò ad cohortationem profecti, arripuerunt
Taurum, & ferentes posuerunt intra tabulata.
Villosum uerò Menelaus mansuefaciens corium,
Et frontem, persuasit ut ingrederetur per tabulam.
Postremo postquam nauis omnia accepit,
Implens scalas habens pulchrum pedem
Helena, sedit in medijs transtris,
Ipseq; non amplius existens dictis Menelaus prope.
Alij uerò parietes dextros, et siniſtros pariter locati
Vir iuxta uirum sedebant, sub uestibus gladios
Occulto habentes, & altæ frequentabantur
Adhortatione itineris uoces, ut audiuimus.
Cum uerò à terra eramus, neq; ualde procul,
Neq; propè, sic interrogauit clauorum custos·
Adhuc ô hospes ultra, aut recte se habet,
Nauigabimus? imperia enim nauis curæ sunt mihi.
Ille dixit, satis mihi. & manu accipiens gladium,
In proram ibat, & ad taurinam cædem
Stans, mortui quidem nullius mentionem faciens,
Sed mactans, Deum supplicabat: O incolens mare
Pontie Neptune, Nereiq; castæ puellæ,
Seruate me ad littora Nauplia, & uxorem

Intactam

Intactam ex terra hac. sanguinis uero fluxus
In mare scaturiebant prospere hospiti.
Et quispiam hoc dixit, Dolosa hæc nauigatio.
Iterum nauigamus ne Naxiam? iube tu,
Tu uero uerte clauum. à taurina uero cæde
Atrei constitutus filius inclamauit socios:
Quid cunctamini, ô Græciæ flores,
Mactare, iugulare barbaros, & à naue
Proijcere in fluctus? Nautis uero tuis
Clamat proreta contrariam uocem:
Quin quispiam ultimum capit clauum,
Alius fractis transtris, alius è scalmo remũ eximens,
Cruentabit caput hostium hospitum?
Erecti uero emicuerunt omnes, hi quidem in manib.
Stipites habentes nauales, alij uero enses.
Cæde uero nauis undabat. Adhortatio erat
A' puppi, Helenes: Vbi Troiana gloria?
Ostendite contra uiros Barbaros. ppter studiũ uero
Cadebant. alij uincebant, nonnullos iacentes
Mortuos uidisses. Menelaus autem armatus,
Vbi laborarent socij considerans,
Hac admouebat manu dextra ensem,
Ita ut præcipitarentur ex naui. uacuauit uero
Tuorum nautarum remos. per claues uero gradiens
Rex, ad Græciam iussit dirigere nauem.
Hi uero malũ sustulerũt. prosperiq; uenerunt uenti,

Abierunt uero è terra. Effugiens autem cædem,
Demisi meipsum in mare iuxta anchoram.
Tum uero defessum funem extendens me aliquis
Suscepit, ad terram uero exire fecit tibi
» Hæc annunciantem. Prudenti incredulitate
» Non est quicquam utilius mortalibus.
CHO. Nunquã credidissem, neq; te neq; nos latuisse
Menelaum, ô rex, ita ut latuit præsens.
THEO. O muliebribus artibus captum me miserum.
Elapsæ sunt mihi nuptiæ. & siquidem capi posset
Nauis persequutione, omnia conatus, mox caperem
hospites.
Nunc uero quæ prodidit nos ulciscamur sororem,
Quæ in domib. cũ uidisset Menelaũ, non dixit mihi.
Certe enim nunquã aliũ decipiet uirum uaticinijs.
CHO. Heus ô, quò tuum pedem fers here? ad quam
cædem?
THEO. Quò ius iubet me, sed secedite è medio.
CHO. Nõ dimittã peplos tuos. magna enim festinas
mala. (Prudens enim sum.
THEO. Verũ dominaberis heris, cũ sis seruа? CHO.
THEO. Non mihi quidem, nisi me dimiseris. CHO.
Quin te non dimittemus. (mam.
THEO. Sororẽ ut occidã pessimã. CHO. Imò pissi-
» THEO. Quæ me perdidit. CHO. Honesta proditio-
ne, iusta faciendo.

THEO.

Digitized by Google

THEO. *Meum coniugium alteri dans.* CHO. *Iis qui*
plus iuris habent. (*accepit à patre.*
THEO. *Quis uero ius in res meas habet?* CHO. *Qui*
THEO. *Verum dedit fortuna mihi.* CHO. *Sed ipsum* «
fatum abstulit.
THEO. *Non te res meas conuenit iudicare.* CHO. «
Siquidem meliora dico.
THEO. *Imperium certe patimur, non imperamus.*
CHO. *Quod iusta fecerit, hanc defendo.* (*ro tuã*
THE. *Mori cupere uideris.* CH. *Interfice, sororẽ ue*
Non interficies, me uolente, sed me. Pro heris, «
Generosis seruis glorioſißimum mori. «
DIOS. *Contine iras, quibus non recte ferris,*
Theoclymene, huius terræ rex. Gemini uero te
Dioscuri uocamus, quos Leda olim
Peperit, & Helenem, quæ fugit domus tuas.
Non enim fatalibus iraſceris nuptijs.
Neq; deæ Nereidis neptis puella
Lædit te soror Theonoë, res Deorum
Magnificiens, & patris æqua præcepta.
Quamuis enim semper hactenus
Illam habitare tuis in ædibus oportebat,
Postquam tamen Troiæ eruta sunt fundamenta,
Et dijs exhibuit nomen, non amplius
In ijsdem conuenit eam copulatam esse nuptijs,
Sed redire domum, & cohabitare marito.

Quare

Digitized by Google

Quare contine quidem à tua sorore nigrum gladiũ,
Existimato uero ipsam prudenter fecisse hæc.
Dudum etiam sororem antea seruauimus,
Quandoquidem nos Iupiter fecit Deos.
Sed uincebamur simulq; ab ipso fato,
Et à Dijs, quibus hæc uisa sunt sic habere.
Tibi quidem hæc loquor. sorori uero meæ dico,
Vt nauiges cum marito tuo, uentus autem ducet secundus.
Seruatores uero nos tui fratres ambo,
Per pontum equitantes, deducemus in patriam.
Cum uero ægrotaueris, & finieris uitam,
Dea uocaberis, & cum Geminis
Libaminũ particeps eris, & sacrificia ab hominibus
Habebis nobiscum. Iupiter enim sic uult.
Neq; secreuit te primum Maiæ filius,
Spartæ sustollens per cœlum à domibus
Subducto corpore tuo, ne Paris te duceret,
Sed custodis quæ iuxta littus constituta est, insulam dico,
Helene posthac apud homines uocabitur,
Quoniam furtum tuum è domo suscepit.
Et erroni Menelao à Dijs
Beatorum incolere insulam fatale est.
" Generosos enim non odio habent Dij,
" Ignobilium uero magis sunt labores.

THEO.

Digitized by Google

THEO. O filij Ledæ & Iouis, antè habitas
Contentiones omittam, de ueſtra ſorore.
Ego uero ſororem non amplius interficiam meam.
Illa uero eat domum, ſi dijs uidetur.
Scitote autem, optimæ & modeſtiſſimæ ſimul
Vos eſſe ſororis fratres, uno genitos ſanguine.
Et ualete, Helenes propter nobiliſſimum
Animum, qui non in multis mulieribus eſt. ¶
CHO. Multæ formæ ſunt dæmoniorum. ¶
Multa inſperatò perficiunt dij. ¶
Et quæ ſperabantur, non peracta ſunt. ¶
Inſperatorum uero exitum inuenit deus. ¶
Tali modo contigit hæc actio.

HELENES FINIS.

Digitized by Google

908

EVRIPIDIS
Ion.

ARGVMENTVM.

CReusam Erechthei filiam Apollo uitians, gra uidam fecit Athenis. Illa uero natum sub arce exposuit, eundem locum & scelcris & puerperij te stem accipiēs. Infantem igitur Mercurius sustollens, Delphos tulit. Inueniens uero prophetissa, educauit. Creusam uero Xuthus duxit uxorem. Nam cum auxilium tulisset in bello Athenien sibus, regnum & prædictæ nuptias accepit dono. Huic igitur filius alius non fuit. hunc uero educatum à uate mulie re, Delphi ædituum fecerunt. Hic uero ignaru seruiuit patri. Actio autem huius fabulæ sita est in Delphis.

PERSONAE.

Mercurius	Xuthus
Ion	Senex
Chorus ex famu-	Famulus Creusæ
lis Creusæ	Pythia, seu uates
Creusa	Minerua.

PRAE-

Digitized by Google

PRAEFATVR MERCVRIVS.



Atlas æreis humeris cœlũ (deorũ
Deorũ antiquam domũ conterẽs,
Ex una genuit Maiam, quæ me genuit (tiue.
Mercuriũ, maximo Ioui deorũ furPeruenio autem Delphorum hanc terram, ubi umbilicum (bus, Ex Pindaro
Medium occupans Phœbus, hymnos canit homini-
Et præstantia & futura uaticinans semper.
Est enim non ignota Græcorum ciuitas,
Auream hastam habentis Palladis uocata,
Vbi filiam Erechthei Phœbus copulauit nuptijs,
Per uim, Creusam. ubi septentrionales petras
Palladis sub arce Athenienſium terræ,
Macras uocant terræ reges Atticæ.
Inscio uero patre, deo enim placuit,
Uentris pertulit tumorem. Cũ uero uenit tempus,
Pariens domi puerum, detulit infantem
In idem antrum, ubi concubuit cum deo
Creusa, & exponit tanquam moriturum
Cauæ arcæ in rotundo orbe,
Maiorum consuetudinem seruans, ipsius terrigenæ
Erichthonij. Illi enim Iouis filia
Custodes adiungens, custodiam corporis
Duos dracones, nymphis agrestibus

Dat

Dat seruandum. Vnde Erechthidis illic
Consuetudo quædam est, inter serpentes auratos
Alere liberos. Sed quicquid habuit uirgo ornamenti,
Filio appendens reliquit tanquam morituro.
Ibi me existens frater Phœbus postulat hæc.
O frater, profectus ad populum aboriginem
Inclitarum Athenarum, nouisti enim deæ ciuitatem,
Accipiens infantem recentem ex caua petra,
Cum ipsa arca & fascijs quibus continetur
Fer fratri ad mea templa,
Et collocato ad introitum domus meæ.
Cætera uero, meus enim est (ut scias) filius,
Nobis curæ erunt. Apollini uero beneficium
Præstans fratri, nexum sustollens corium
Detuli. & puerum intra limina
Pono templi huius, aperiens corium
Nexum arcæ, ut uideretur puer.
Forte exoriente sole orbe suo,
Vates ingrediebatur templum dei.
Visum uero admouens puero infanti,
Admiratur, si quæ Delphica ausa mulier
Clandestinum partum in dei proijcere domum,
Vltra uero limen seccrnere cupida erat.
Miseratione autem omisit crudelitatem, & deus
Adiutor erat puero, ne eijceretur è domo.
Alit uero ipsum accipiens. seminantem uero

Nescius

Nesciuit Phœbum, neq; matrem cuius esset,
Et ipse puer parentes nescit. (alimenta
Iuuenis itaq; existens, circa ea quæ de ara ueniebãt
Ferebatur lusitans. ut uerò excreuit corpore,
Delphi ipsum creauerunt custodem auri ipsius dei,
Et quæstorem fidelem omnium. In templis uerò
Dei uiuit hic semper sanctam uitam.
Creusa uerò quæ pepererat hunc adolescentem,
Xutho nubit, à tali casu.
Erat Athenis & Chalcidensibus,
Qui terram inhabitant Euboeam, hostilis motus.
Quod unà perferens, & compescens hasta,
Nuptiarum Creusæ dignitatem accepit,
Non gentilis existens, Aeoli filij Iouis,
Sed existens Achæus. Diuturnos uerò seminãs lectos,
Liberis caret, & ipsa Creusa. quorum gratia
Veniunt ad uaticinia Apollinis hæc,
Amore puerorum. Apollo uerò hunc casum
Ad hoc producit, neq; ignoratur ut existimat.
Dabit enim ingredienti templum hoc
Xutho, suum ipsius filium. & natum
Illius ipsum dicturus, matris ut profectus ad domum
Agnoscatur à Creusa, atq; etiã ut nuptiæ Apollinis
Occultæ sint, & filius habeat hæreditatem.
Iona uerò ipsum conditorem Asiaticæ terræ,
Nomine nominari faciet per Græciam.

Sed in hos laureos seceſſus ingrediar,
Factum ut agnoſcam à puero.
Video enim egredientem ipſum Apollinis filium
Hunc, ut ante templum ſplendida faciat veſtibula
Lauri ramis. Nomen uerò quod adeptus eſt,
Ionem ego primus nomino deorum.
ION. Currus quidem hos ſpendidos quadrigarum
Sol iam illuminat per terram,
Aſtra uerò ardent igne hoc ætheris
Ad noctis depulſionem.
Parnaſſi uerò inacceſſi uertices
Illuſtrantes diem,
Circulum mortalibus accipiunt.
Myrrhæ uerò aridæ fumus
Ad culmina Phœbi uolat,
Inſidet uerò mulier tripodem diuinum
Delphis, cantans Græcis carmina,
Quæ Apollo reſonauerit.
Sed ô Delphici Phœbi miniſtri
Caſtaliæ limpidos
Ite ad uertices. pura uerò aqua
Abluti, ite ad templa.
Oſq; bene ominatum conſeruate bonum,
Bona oracula uolentibus uaticinamini,
Propria lingua interpretando.
Nos uerò labores, quos à pueris

Labora

Laboramus usq;, aut ramis lauri,
Aut sacris coronis introitus Phœbi
Puros faciemus, humida pauimentum
Aspergine madidum et auium turmas, quatenus la-
Sacra donaria, sagittis meis (dunt
Fugabimus. Quoniam enim absq; matre
Et absq; patre existens, quæ me alunt
Phœbi templa procuro.
Age ô scopæ uirentes, ô
Pulcherrimæ sacrum ministerium lauri,
Quæ Phœbi pauimentum
Verrit sub templis,
Ex hortis immortalibus
Vbi ros rigat sacer,
Perennem fontem
Emittentes,
Myrti sacra folia.
Qua uerò pauimentum dei
Per totum diem solis simul
Cum ueloci ala,
Sacris studijs intentus quotidie
O Pæan, ô Pæan,
Fœlix fœlix
Sis ô Latonæ fili.
Honestum hunc laborem, ô
Phœbe tibi ante templum exhibeo,

Digitized by Google

Colens uaticiniorum ſedem.
Glorioſus uerò labor iſte mihi,
Dijs ſeruam manum habere.
Non mortalibus, ſed immortalibus
Bene ominatis laboribus laborare,
Non ſubterfugiam,
Phœbus mihi genitor pater.
Alentem enim laudo.
Eum qui utilis mihi eſt patris
Nomine uoco,
Phœbi huius in templo.
O Pæan, ô Pæan,
Fœlix fœlix
Sis ô Latonæ fili.
Sed finiam labores
Lauri tractibus.
Ex aureis uaſis proijciam
Terræ fontem,
Quem effundunt Caſtaliæ
Gurgites, humidam aquam
Proijciens, integer à cubili exiſtens.
Vtinam ſic ſcilicet, Phœbum
Colens ne deſiſtam,
Aut deſiſtam bona fortuna.
Ehem.
Accedunt iam & relinquunt

Volatili

Volatiles Parnassi nidos.
Edico, non accedere pinnis,
Neq; ad aureas domos,
Corripiam te uicissim sagittis, ô Iouis
Nuncia, auium rostro
Robur uincens.
Hic ante pauimenta alius remigat
In orbem. Non uerò
Rubicantem pedem mouebis,
Nihil te cithara Phœbi
Concentrix à sagittis liberat.
Et ad umbracula
Et lacunas accede, quæ sunt in Delo.
Cruentabis, nisi pares,
Pulchrisonantes odas.
Ehem.
Quæ hæc auis insolita accessit?
Num scit pinnis aptas ad nidum
Festucas positura suis liberis?
Psalmi te arcebunt arcuum.
Non pares? Abiens in gurgitibus
Alphei nidificato, aut
Nemus Isthmicum,
Vt sacra ne lædantur,
Et templa Phœbi.
Occidere enim uos uereor,

Deorum annunciantes auguria
Hominibus. quibus uerò incumbo laboribus,
Phœbo meo ſeruiam, neq; deſinam
Eos qui me alunt colere.
CHO. Non in diuinis Athenis
Præſtantes columnas habentes ſunt aulæ
Deorum ſolum, neq; ſacri
Cultus, uerum etiam apud Apollinem
Latonæ filium, bicorporum
Perſonarum pulchras feras referens lumen.
ION. Ecce hanc aſpice.
Lerneam hydram interficit
Aurea harpe Iouis filius.
Chara tu aſpice oculis.
CHO. Video. ION. Et prope eum alius
Allatam igne ambuſtam interficit.
CHO. Quis' nam, qui mea narratur
Apud penſa?
ION. Scutifer Iolaus, qui
Communes ſubiens labores,
Iouiali filio collaborat.
Atqui hunc aſpice
Alati inſeſſorem equi.
Iouem afflantem occidit
Tricorporem uim.
CHO. Omnia certe oculis conſequor.

ION.

Digitized by Google

ION. Considera tumultum in parietibus
Lapideis gigantum.
CHO. Huc uideamus, ô charæ.
ION. Vides igitur propè Enceladum,
Horribilem ubrantem clypeum?
CHO. Video Palladem, meam deam.
ION. Ecquid fulmen utrinq; candens, impetuosum,
In Iouis porro uolantibus manibus?
CHO. Video impetuosum
Minantem, igne ardet.
Et Bromius alium
Imbellibus hederaceis ramis
Interficit, terræ filius ille Bacchus.
Te certe æditum uoco,
Licet penetralia ingredi
Albo pede? ION. Non licet, ô hospitæ.
CHO. Neq; ex te audiero?
ION. Quæ uerò cupis? CHO. Num reuera medium
umbilicum terræ
Phœbi cõtinet templũ? ION. Coronis circundatus.
Circũ uerò Gorgones. CHO. Sic & fama loquitur.
ION. Quandoquidem accessistis aram placentarum
pro foribus,
Et quiddam sciscitari cupitis Phœbum,
Ite ad pauimenta. insuper uerò non cæsis
Ouibus, domorum ne ite in secessu.

Digitized by Google

CHO. Scio. Dei uerò ritum
Non transgrediamur. quæ uerò extrà, oculos oblectabunt.
ION. Omnia spectate, quoniã & fas est oculis.
CHO. Dimiserũt domini, dei me secessus hos uidere.
ION. Et famulæ uerò cuius uocamini familiæ?
CHO. Palladis domesticæ, altilia atria
Meorum tyrannorum. circùm uerò præsentes interroga.
ION. Generositas tibi, & morum indicium.
Talem figuram habes, quæcunq; es ô mulier.
» Vtinam cognosceret, quoniã multa homini accidũt,
» Formam uidens quis, an esset generosus.
Ehem. Sed attonitum feciſti me, oculos claudens tuos,
Lachrymis uerò irrigans pulchras genas,
Postquam uidisti pura Apollinis oracula.
Quid nam ad hoc sollicitudinis ueniſti, ô mulier?
Quoniam omnes cæteri penetralia uidentes dei,
Gaudent, ibi oculus tuus lachrymas fundit.
CRE. O hospes, indoles quidẽ tua nõ inerudita est,
In admirationem ueniens de meis lachrymis.
Ego uerò cum uidissem Apollinis has ædes,
Memoriam priscam recogitaui quandam.
Domi uerò animum habuimus, hic existens certe.
» O infœlices mulieres, ô facinora

Deorum

Digitized by Google

Deorum. quid nunc? quò inſtitiam remittemus,
Si dominantium iniuria perimus?
ION. Quamobrem obſcura conquereris ô mulier?
CRE. Nihil. Remiſi arcus. ea uero quæ huic rei conueniunt,
Et ego tacco, & tu non inquiras quid.
ION. Quæ uero es? unde terrarum ueniſti, ex quali patria
Es? nomine quo te uocare nos conuenit?
CRE. Creuſa mihi quidem nomen. ex Erechtheo
Nata ſum. patria uero terra Athenienſium ciuitas.
ION. O inclitam habitans urbem, & à generoſis
Educata patribus. ut te admiror, ô mulier.
CRE. Hactenus fœlices ſumus, ô hoſpes, neq; ultrà.
ION. Per deos reuera, ita ut traditur mortalibus.
CRE. Quam rem interrogas, ô hoſpes? diſcere uolo.
ION. Ex terra patris tui genitor natus eſt pater?
CRE. Erichthonius certe. Hoc uero genus me non iuuat.
ION. Num & ipſum Mineruæ è terra ſuſtulit?
CRE. Ad uirgineas manus, cum nõ peperiſſet cum.
ION. Tradit uero, ita ut in pictura pingitur?
CRE. Cecropis quidem ad ſeruandum filiabus, qui non uidebatur.
ION. Audiui uirgines ſoluiſſe arcam deæ.
CRE. Certe enim mortuæ ſaxum cruentarũt petræ.

920.

ION. Age, ecquid hoc ne uerum, aut frustra ferme?
CRE. Quam rem interrogas? etenim non fatigor propter ocium.
ION. Pater tuus Erechtheus tuus mactauit sorores?
CR. Sustinuit ante terræ uictimas uirgines macta re.
IO. Tu uero seruata es quomodo ex sororibus sola?
CRE. Infans recens eram in ulnis matris.
ION. Patrē uero reuera hiatus tuum occultat terræ?
CRE. Ictus tridentis Neptuni ipsum perdiderunt.
ION. Macræ uero locus isthic est uocatus?
CRE. Cur interrogas hoc? ut me memorem feci sti cuiusdam.
ION. Colit uos Pythius, & fulgura Pythea?
CRE. Colit, colit, utinam nunquam te aspexissem.
ION. Quid uero? odisti tu dei gratissima?
CRE. Nihil ô hospes, noui de antro flagitium quoddam.
ION. Maritus uero qs te duxit Athenien siū mulier?
CRE. Non ciuis, sed aduena ex alia terra.
ION. Quis? nobilem ipsum oportet esse aliquem.
CRE. Xuthus, natus ex Aeolo, & à Ioue.
ION. Et quomodo peregrinus te existens, acquisiuit existentem indigenam?
CRE. Euboea Athenis prope est quædam ciuitas.
ION. Terminis humidis, ut aiunt, secreta.
CR. Hāc depopulatus est cū Cecropidis cōmuni hasta.

ION.

ION. Auxiliator cum ueniſſet, deinde ducit tuum lectum?

CR. Dotes quidem belli, & haſtæ accipiēs præmiū.

ION. Cum marito uero uenis, aut ſola, ad oracula?

CRE. Cum marito templa uero adit Trophonij.

ION. Vtrum ſpectator, aut propter oracula?

CR. Et illius et Phœbi, unicū cupiēs diſcere carmē.

ION. Fructum uero propter terræ ueniſtis, aut propter liberos?

CRE. Liberis caremus, diu uerſati in coniugio.

IO. Neq; peperiſti quicq̄ unquā, uerū ſine liberis es?

CRE. Phœbus nouit meam carentiam liberorum.

ION. O infœlix, quantum in cæteris fœlix exiſtens, non fœlix es.

CRE. Tu uero quis es? ut tuam matrē beatā iudico.

ION. Dei uocor ſeruus, & ſum, ô mulier.

CRE. Donarium publicum ciuitatis, aut à quopiam uenditus?

ION. Neſcio, niſi unum, Apollinis dicimur.

CRE. Nos tui ſanè rurſus, ô hoſpes, miſeremur.

ION. Vt qui neſciā quæ me peperit, & ex quo ſim.

CRE. Templis uero habitas in iſtis, aut domo?

ION. Tota domus dei mihi eſt, ubicunque occupauerit me ſomnus.

CRE. Puer uero exiſtens ueniſti in templum, aut adoleſcens?

ION.

Digitized by Google

ION. *Infantem dicunt, qui existimant scire.*
CRE. *Et quæ lacte te enutriuit ex Delphicis?*
ION. *Nunquam cognoui mammã. hæcce eluit me.*
CRE. *Quæ, ô erumnose? ut ægrotans inueni ægritudinem.*
ION. *Phœbi prophetissa, matrem ficut uenerantur.*
CRE. *Ad uirum uero excreuisti, quod alimentum nactus?*
ION. *Aræ me pauerunt, et accedens semper hospes.*
CRE. *Misera te quæ peperit, quæcunq; fuerit tandẽ.*
ION. *Probrum alicuius mulieris fui fortasse.*
CRE. *Habes uero uictum? bene enim ornatus es uestibus.*
ION. *Dei peplis ornamur, cui seruimus.*
CRE. *Neque contulisti ad inquisitionem inuenienda parentes?*
ION. *Habeo enim nullum, ô mulier, indicium.*
CRE. *Eheu.*
Passa est quædam cum tua matre eadem alia mulier.
ION. *Quæ? dic. si me adiuuerit, lætaremur utiq;.*
CRE. *Cuius gratia ueni huc, priusquam ueniat maritus.*
ION. *Quid nam cupiens? quoniam inseruiam, ô mulier.*
CRE. *Oraculum occultum cupiens Phœbi discere.*
ION. *Diceres. Nos uero cetera procurabimus.*

CRE.

CRE. Audi iam sermonem, sed uereamur.
ION. Neq; efficies quicquam. mers enim dea.
CRE. Cum Phœbo se mixtam esse dicit quædam ex amicis meis.
ION. Cum Phœbo, mulier existens? ne dixeris, ô hospita.
CRE. Et puerum certe peperit deo clam olim.
ION. Non est. humanæ iniustitiæ puderet.
CRE. Hoc inquit ipsa, & passa est misera.
ION. Quam rem fecit, quandoquidem deo copulata est?
CRE. Hunc puerum quem peperit, exposuit foras.
ION. Hic uero expositus puer ubi est? uiuit ne?
CRE. Non nouit quisquam. & hæc consulo.
ION. Si non amplius est, quomodo perijt?
CRE. Bestias ipsum infœlicem sperat occidisse.
ION. Quo uero cognouisti usa indicio?
CRE. Cum uenisset ubi eum exposuit, non inuenit amplius.
ION. Erat uero aspersio in uestigio quædam sanguinis?
CRE. Non ait, quamuis plurimum peragrata solū.
ION. Tempus uero quod huic puero perdito?
CRE. Tecum eandem pubertatis, siquidem esset, haberet staturam.
ION. Iniurius in eum deus, mater uero misera.

CRE.

CRE. Nunq̃ amplius in posterũ parit sobolẽ aliam.
ION. Ecquid si clam ipsum Phœbus nutrit accipies?
» CRE. In communi re gaudens, non iuste facit solus.
ION. Eheu. assimilis hæc fortuna meo casui. (rare.
CRE. Et te, ô hospes, existimo matrẽ miserã desider
ION. Et ne ad miserationẽ me ducas, cuius obliti su
CR. Taceo. Perge uero de quib. te interrogo. (mus.
ION. Scim uero quæ laboret orationis maxime pars
CR. Quid uero nõ illi ærumnosæ male habet se? (tibi?
IO. Quomodo deus, quod latêre uelit, uaticinetur?
CRE. Siquidẽ insidet tripodem cõmunem Græciæ.
ION. Puderet eum huius rei. ne exquire ab ipso.
CRE. Dolet certe quæ passa est casum.
ION. Non est qui tibi uaticinaretur hæc.
In suis enim ipsius templis malus apparens
Phœbus, iure eum qui oracula redderet tibi,
Afficeret aliquo nocumento. discede mulier.
» Deo enim quæ contraria sunt, non uaticinanda.
» Non enim ad tantum ignorantiæ uenerimus,
» Vt deos ultro elaboremus,
» Dicere quæ nolint, aut ante aram factis
» Victimis ouium, aut propter auium uolatus.
» Si enim per uim contenderimus inuitis dijs,
» Inuita acquiremus bona, ô mulier.
» Quæ uero dederint uolentes, fruamur.
» CHO. Variæ uero uarijs sunt calamitates hominũ.

Formæ

Formæ uero differunt. Vnam uero fœlicitatem
Vix unquam inueniet aliquis hominum in uita.
CRE. O Phœbe, & illic, & hic non iustus es.
In absentem, cuius præsentes sunt sermones.
Tu quidem non seruasti tuum, quem seruasse te opor
tebat,
Neq; interroganti matri, uates existens dicis.
Quod si non amplius uiuit, tumuletur tumulo.
Si uero uiuit, ueniat matris in conspectum tandem.
Sed sinere conuenit hæc, si à deo
Prohibemur, non discere quæ cupio.
Sed ô hospes, aspicio generosum maritum
Xuthum, prope iam has Trophonij
Relinquentem spelunças. dictos sermones
Sile erga uirum, ne quam turpitudinem capiam
Curiosè tractans occulta, & ne euulgetur sermo,
Quatenus nos eum exposuimus.
Conditio enim mulierum difficilis est erga maritos.
Et inter malas nos bonæ mixtæ,
Odio habemur, adeò miseræ sumus.
XVT. Primum quidem deus mearum compellatio-
num
Capiens exordium, salueat, tuq; ô uxor.
Num serò ueniens te perculsit pauor?
CRE. Nihil. peruenisti enim ad sollicitudinem. Sed
mihi

Die,

926

Dic, quod nam oraculum ex Trophonij fers?
Liberorum quomodo nobis semen submittatur?
XVT. Noluit dei anticipare
Oraculum. Vnum certe dixit, non sine liberis
Domum uenturum, neq; te ex oraculis.
CRE. O ueneranda Phœbi mater, utinam sancte
Venerimus: quæq; nobis commercia ante erant,
Autore filio tuo in melius mutentur.
XVT. Erunt hæc. Verum quis minister sacrorū dei
ION. Nos ea quæ foris. quæ uero intus, alijs cure
sunt,
Qui prope sedent tripodem, ô hospes,
Delphorum optimates: quos elegit sors.
XVT. Bene. habeo iam omnia quibus indigemus.
Eamus intro. etenim ut ego audio,
Vaticinium cecidit per sortem aduenis,
Commune ante templum. Voluimus in die
Hac (utinam fausta) dei capere oracula.
Tu uero circa aras laurigeros, ô uxor,
Accipiens ramos, idoneos ad sobolem, supplica dijs,
Oracula me offerre ex Apollinis templis.
CRE. Erunt hæc, erunt. Apollo uero si uelit
Nunc, uerum priora peccata emendare,
Totus quidem non fuerit in nos amicus.
Quantum uero uult, deus enim est, accipiam.
ION. Quid nam sermonibus hospita deo

Occultis

Occultis ſemper conuicians innuit?
Aut certe ſolet pro terra uaticinari,
Aut aliquid obticet quæ fileri conuenit.
Sed filia hæc Erechthei, quid mihi
Curæ eſt? & quid ad me pertinet patria? quin aureis
Gutturnijs profectus ad aſperſoria,
Aſpergimem dimittam. ſed caſtigandus mihi
Phœbus, quid facit uirgines per uim uiolans,
Prodit liberos creans furtim
Morientes. negligas ne tu quidem, uerum quoniam
imperas,
Virtutes conſequere. etenim quicunq; mortalium ‹‹
Improbus eſt, puniunt dij. ‹‹
Quomodo igitur æquum eſt leges uos mortalibus ‹‹
Scribentes, ipſos præuaricationis reos eſſe? ‹‹
Quod ſi, quamuis non ſit, ſequenti uerò utar,
Pœnas propter uiolentas dabitis hominibus nuptias,
Tu & Neptunus, & Iupiter qui in cœlo imperat.
Templa punientes tamen ſcelera deſolata reddetis.
Voluptates enim potius quàm temperantiam ‹‹
Sequentes, iniurij eſtis. Non amplius homines ‹‹
Accuſare iuſtum, ſi quæ dijs honeſta ſunt ‹‹
Imitamur: ſed eos qui docent hæc. ‹‹
CHO. *Te partuum obſtetricem,*
Eilithyiam meam
Mineruam obſecro,

Digitized by Google

Prometheo Titani operam
In partu præstitisti in summis
Verticibus Iouis. ô sancta victoria,
Veni ad Pythicam domum,
Olympi ex aureis thalamis
Vólans ad plateas,
Phœbea ubi terra,
In medio terræ sita domus,
Numine afflato tripode
Oracula perficit.
Tu & filia à Latone genita,
Duæ deæ, duæ uirgines,
Sorores sanctæ Phœbi.
Supplicate uerò ô uirgines,
Priscum Erechthei
Genus sobolis procreationem diuturnam puris
Vaticinijs adipisci.
» Eximias enim præbet
» Mortalibus fœlicitates
» Certo subsidio
» Liberorum, quibus alita frugibus
» Luxerint in thalamis
» Paternis iuuenilis pubertas,
» Hereditarias diuitias
» Vtpote habituri à maioribus
» Alios ad filios.

Propugnaculum

Propugnaculum enim in malis, ‹‹
In fœlicitate, gratum. ‹‹
Inq; bello terræ patriæ fert ‹‹
Salutarem defensionem. ‹‹
Mihi quidem & diuitijs ‹‹
Et regijs thalamis præferantur ‹‹
Educationes propriæ bonorum filiorum. ‹‹
Carentem enim liberis abominor ‹‹
Vitam. & cui probatur, uitupero. ‹‹
Cum facultate mediocri uitam ‹‹
Cum procreatione liberorum consequar. ‹‹
O Panis sedilia, &
Frequentata petra,
Secessus longis epulis,
Vbi choreas ducunt pedibus
Rustici nymphæ triplices,
Per uiridia stadia ante Palladis templa
Fistularum sub uaria
Vociferatione hymnorum,
Quando in aula tibia canis
O Pan, tuis istis in antris,
Vbi periens quædam
Virgo ô misera, infantem Phœbo
Volucribus exposuit epulum,
Et feris cruentam
Cœnam, tristium nuptiarum

Digitized by Google

9 3.0

Propter iniuriam, neq; ad telam, neq; dictis
Famam audiui fortunam consequi,
» A dijs dantur liberi mortalibus.
ION. O ancillæ mulieres, quæ harum circa pulpita domorum
Sacrarum stationem habentẽ dominum expectatis,
Reliquit iam sacrum tripodem, & locũ uaticinandi
Xuthus? aut intus manet, querens de orbitate liberorum?
CHO. Intus est, ô hospes. nondũ domũ egressus hãc.
Tanquam uerò in exitu existente harum audimus portarum
Sonitum. exeuntem iam dominum uidere licet.
XVT. O fili, salue. hoc enim exordiũ sermonis conuenit mihi.
ION. Salui sumus, tu uerò sis sanus, & duo existentes, bene habeamus. (plexus.
XVT. Da manus mihi osculũ tuæ, & corporis am-
ION. Sanus ne es? aut te insanire fecit dei quædam noxa, ô hospes?
XVT. Sanus sum, charissima nactus si fugis consequar.
ION. Quiesce, ne attrectans dei
Coronamenta frangas manu.
XVT. Attingã, neq; pignus capio. quod mihi enim inuenio, charum est.

ION.

Digitized by Google

ION. Non discedis, antequam intra sagittam pulmones accipias? (sima?

XVT. Vt quid iam fugis me, tua cognoscens charis-

ION. Debeo ad animum reducere ineptos, & insanos hospites.

XVT. Interfice, & combure. patris enim si occideris, eris interfector.

ION. Vnde uerò mihi pater tu? hoc igitur an non ridiculum mihi auditu?

XVT. Non habitum colloquium tibi indicarit mea

ION. Et quid mihi dicturus es? (forsan?

XVT. Pater tuus sum, & tu filius meus.

ION. Quis dicit hæc?

XVT. Qui te aluit existentem Apollo meum.

ION. Testimonium præbes tibi ipsi.

XVT. Dei qui audiui oracula.

ION. Errasti, ænigma audiens.

XVT. An non plana audiuimus?

ION. Hic uerò sermo qui est Phœbi?

XVT. Eum qui obuiam uenisset mihi.

ION. Quo occursu?

XVT. Ex domibus istis egresso dei.

ION. Casum quem adipisci?

XVT. Filium meum esse.

ION. Tuum natum, aut donum aliunde?

XVT. Donum te existentem ex me.

ION. Primum ergo mihi coniungis pedem tuum.
XVT. Non alteri, mi fili.
ION. Hæc fortuna unde nam uenit?
XVT. Nos ambo unum miramur casum.
ION. Hem. ex qua uerò tibi matre natus sum?
XVT. Non possum dicere.
ION. Neq; Phœbus dixit?
XVT. Delectatus hoc, illud non interrogaui.
ION. Ex tellure certe natus sum matre.
XVT. Non parit tellus filios.
ION. Quî igitur sim tuus?
XVT. Nescio, refero uerò ad deum.
ION. Age attingamus sermones alios.
XVT. Hoc erit melius, ô fili.
ION. Venisti ad illegittimum quendam lectum?
XVT. Ex stultitia iuuentutis.
ION. Antequam filiam caperes Erechthei?
XVT. Non enim postea unquam.
ION. Nimirum illic me creasti?
XVT. Tempori utiq; conuenit.
ION. Et deinde quomodo uenimus huc? XVT. Hoc nescio.
ION. Per longum profectus iter.
XVT. Istud etiam me perturbat.
ION. Ad Pythicam uenisti petram ante?
XVT. Ad festa Bacchi.
ION. Publicorũ hospitũ in qua domo diuertisti?

XVT.

XVT. Qui me Delphicis puellis,
ION. Conſecrauit te, aut quomodo hæc dicis?
XVT. Et cum Mænadibus Bacchi,
ION. Sobrium aut temulentum exiſtentem?
XVT. Bacchi captum uoluptate.
ION. Secundum hoc illic nunc ſati ſumus.
XVT. Fatum te inuenit, ô fili.
ION. Quomodo uenimus uerò ad templa?
XVT. Electicius forſan puellæ.
ION. Effugimus ſeruitutem.
XVT. Patrem nunc ſuſcipe, fili.
ION. Deo igitur non diffidere conuenit. XVT. Sa- «
XVT. Et quid cuperemus aliud? (nus es certe.
ION. Nunc uides, quæ conuenit te uidere.
XVT. Certe Iouis ex filio natus ſum filius.
ION. Quatenus tibi probatur.
XVT. Certe attingo iam illos qui me crearunt.
XVT. Fidem habens deo.
ION. Salue mihi, ô pater.
XVT. Gratum alloquium accipio hoc.
ION. Et hodierna dies.
XVT. Beatum me fecit. (pus?
ION. O chara mater, tandē etiã & tuũ uidebo cor-
Nũc cupio te magis q̃ antea, quæcũq; tandē ſis, ui-
Sed fortaſſe mortua es, nos uerò nõ poßumus. (dere.
CHO. Communes quidem domorum fœlicitates.

Digitized by Google

Sed tamen etiam dominam erga liberos fœlicem esse
Cuperem, & domus Erechthei.
XVT. O fili, ad tuam quidem inuentionem deus
Recte iudicauit, & commisit mihi te.
Tuq; uicissim charissima inueni sti, nescien s antea.
Ad quod uerò affectus es recte, ad hoc etiam me fert
desiderium,
Vt tuq; ô fili matrem inuenias tuam,
Et ego ex qua mihi muliere natus sis.
Tempori uerò concedentes, fortasse inuenerimus.
Verum relinquens dei templum, & exilium tuum,
Athenas i, consentiens patri,
Vbi te beatum quidem sceptrum expectat patris,
Et ingentes diuitiæ. Neq; alterum laborans
Ex duobus uocaberis ignobilis, pauperq; simul:
Sed nobilis, & locuples facultatum.
Taces? quid terram uersus occulũ tuum demissum
Ad curas uerò uenisti. Ex gaudio uerò (habes?
Iterum commutatus, metum incutis patri.
» ION. Non una eademq; molestia est rerum
» Absentium, & præsentium.
Ego certe, hanc quidem fortunam amplector,
Patrem te inueniens. sed de quibus cogitem,
Audi. esse dicunt aborigines
Inclitas Athenas, non aliunde adductum genus,
Ad quas me conferam duas labes habens,

Et

Digitized by Google

Et patris aduena, & ipse existens spurius.
Et hoc probrum habens, imbecillis quidem existens,
Nullius precij & nihil existens uocabor.
Si uero ad primum ciuitatis contendens ordinem ««
Conatus ero aliquis esse, à tenuioribus ««
Odio habebimur: odiosa enim potentiora. ««
Qui uero boni, & sapientes uolentes esse ««
Tacent, neq; contendunt ad rempublicam, ««
Risum inter ipsos & stultitiam capiam, ««
Non quiescens in ciuitate timoris plena. ««
Rursum & prudentium, & utentium republica ««
Ad dignitatem emergens, plus obseruabor ««
Calculis. Sic enim hæc, ô pater, fiunt. ««
Qui ciuitates habent, & sunt in dignitate, ««
Suis æmulis sunt inimicissimi. ««
Veniens uero ad domum alienam, aduena existens,
Et uxorem tuam, utpote carentem liberis, particeps
Fortunæ tecum antea repulsam patiens,
Ipsa per se ipsam fortunam feret acerbe.
Quomodo uero non ab ipsa iure odio habebor?
Quando astitero quidem tibi ad pedes.
Illa uero sine liberis, grata tibi aspicit acerbè
Et deinde aut deferens tu me, ad uxorem tuam respicies:
Aut me magnificiens, domum perturbaueris tuam.
Quot cædes iam ueneficiorum letalium ««

Digitized by Google

» Mulieres inuenerunt, uiris perniciem adferentes?
Quamuis alias tuæ uxoris misereor, ô pater,
Absq; liberis senescentis, non enim est digna
» Nobilibus à parentibus existens carentia liberorum
laborare.
» Tyrannidis uero perperam laudatæ
» Vultus quidem iucundus. interiora uero
» Tristia. Quis enim beatus, quis fœlix,
» Qui in metu est, & qui suspectam habens uitam
» Vitam degit? popularis uero beatus
» Viuere uelim potius, quàm tyrannus existens:
» Cui improbos uoluptas amicos habere,
» Probos uero odit, ne occidant metuens.
» Diceres, quod aurum superet hæc,
» Habereq; diuitias iucundum sit? non amo male au-
dire,
» In manibus seruans diuitias, neq; habere labores.
» Vtinam contingant mihi mediocria, nullo dolore af-
fecto.
» Quæ uero hic habui bona, audi mi pater.
» Gratissimum quidem primum hominibus ocium,
» Et negocium mediocre. Neq; me deterruit à uia
» Improbus quisquam. Illud enim non tolerabile,
» Cedere de uia, locum dantem improbis.
» Deorum uero supplicationibus, aut luctibus, aut
hominibus

Seruiens,

Digitized by Google

Seruiens, gaudentibus, non lugentibus. ee
Et hos quidem dimittebam, alij uero ueniebant ee
hospites.
Itaq; iucundus semper, nouus existẽs, nouis eram.
Quod uero optandum hominibus, etiam inuitis,
Iustum esse me consuetudo, simulq; natura
Exhibuit deo. Hæc cogitans mecum,
Meliora existimo quæ hic sunt, quàm quæ illic,
pater.
Sine uero me mihi ipsi uiuere. par enim uoluptas ee
Magnis gaudere, & parua suauiter ferre. ee
CHO. Recte dixisti. siquidem quos ego amo,
Tuis fœlices erunt dictis.
XVT. Finem fac sermonibus istis, fœlix esse disce.
Volo enim, ubi te inueni, sacra facere, fili,
Publicæ mensæ epulum ad publicum ueniens,
Et celebrare, quos ante non natales celebrauimus.
Et nunc quidem iam tanquam hospitem deducens
domesticum,
Epulo oblectabo. huius uero Athenienſium terræ
Adducam tanquam spectatorem, tanquam non exi-
stentem meum.
Et enim uxorem meam nolo
Tristitia afficere, sine liberis existentem, ipse fœlix
existens.
Tempore uero occasionem capiens adducam
Vxorem,

Digitized by Google

Vxorem sinere te sceptra mea habere terræ.
Ionem uero nomino te, fortunæ conueniens,
Quod ex aditis eunti mihi dei,
Pedem contulisti primus. Quare amicorum
Cœtum congregans, cum iucundo sacrificio
Alloquere, relicturus Delphicam ciuitatem.
Vobis uero filere ancillis edico hæc,
Aut mortem, proferentibus ad uxorem meam.
ION. Eo quidem. unicum uero fortunæ abest mihi.
Nisi enim quæ peperit me, inueniam, ô pater,
Non uiuendum nobis. quod si exoptare liceret,
» Ex Athenis me quæ peperit utinam sit mulier,
» Vt mihi esset à matre libertas loquendi.
» Puram enim si quis in ciuitatem inciderit hospes,
» Quamuis uerbis ciuis sit, & os tamen
» Seruile compescit, & non habet loquendi libertatẽ.
CHO. Video quidem lachrymas, & lugubria alia
Luctuum exordia,
Quando mea domina sobolis auctionem
Maritum habere iam,
Ipsa uero orba fuerit, & relicta à liberis.
Quo, ô fili, uate Latona
Vsus es ad conscriptionem oraculorum?
Vnde filius hic in tuis templis
Educatus excreuit, ex qua muliere?
Non enim mihi persuadent oracula,

Ne

Ne aliquem habeant dolum.
Metuo casum,
Quò tandem euadat
Absurdus. absurda quidem
Exhibet mihi,
Huic certe auspicata.
Habet fraudem, et casum hic puer,
Ab alio educatus sanguine.
Quis non hæc crediderit mecum?
Charæ, num meæ dominæ hæc diligenter
In aurem dicemus
De marito? in quo omnia sita habens, spei
Particeps erat infœlix?
Nunc uero ipsa quidem perit calamitate, hic uero
fœlix est,
In canam incidens senectam.
Maritus uero lætus est propter liberos.
Miser, qui aduena ueniens in domum
Magnas ad diuitias, non seruauit partem fortunæ.
Pereat pereat, ô dominam
Decipiens meam,
Et dijs non euentum sortiatur
Pulchre ardentem molam
In igne sacrificans.
Hoc uero quod ego, sciet regina chara,
Certe iam accedens, cœnarum potietur

Filius,

Filius, & pater nouus, nouarum.
Vbi iuga Parnaßi
Petræ habentia ſcopulum,
Et ſublimem ſedem,
Vbi Bacchus ardentes ſuſtollens
Faces, celeriter ſalit
Nocturnis ſimul cum Bacchis.
Vtinam nunquam ad ciuitatem ueniat puer.
Nouam uero diem relinquens, moriatur.
Luctuoſa enim ciuitas, poßit
Queri hoſpitalem ingreßionem,
Congregans, quod antea dux
Exiſtens Erechtheus rex.
CRE. O ſenex pædagoge Erechthei, patris
Mei olim exiſtentis, cum adhuc uiueret,
Tolle te ipſum ad dei uaticinia,
Vt mecum colleteris, ſi quod Apollo rex
Oraculum liberorum de procreatione dixerit.
» Cum amicis enim dulce agere bene.
» Quod uero abſit, ſi quid acciderit mali,
» Ad uultum boni uiri aſpicere dulce.
Ego uero te, qu. madmodum et tu patrē meum olim,
Domina tamen exiſtens, colo loco patris.
SE. O filia, dignos dignorum progenitorum
Mores obtines, neq; dedecoras
Tuos antiquos progenitores aborigines.

Trabe

Trahe trahe ad atria, & deduc me.
Ardua enim mihi loca uaticinij. senectæ uero mihi
Adiuuans gressum, medicus sis.
CRE. Sequere nunc, uestigium uero obserua ubi
ponas.
SEN. Ecce. Pedis quidem officium tardum, animi ue-
ro uelox.
CRE. Bacillo uero inquire planum tramitem terræ.
SE. Et hoc cæcum, quoniam ego uideo minus.
CRE. Recte dixisti. uerum ne quo modo maroſus ſis.
SEN. Minime lubens. eius quod me inuito fit, non
imperium habeo.
CRE. Mulieres, telæ meæ, & radij
Seruitium fidele, quam fortunam accipiens maritus,
Abijt de liberis, quorum gratia uenimus,
Indicate. Si enim bona mihi dixeritis,
In dominos non infideles iecceris gaudium.
CHO. O fortuna,
Hoc procemium quidem sermonum nõ auspicatum.
O miseram.
Sed quid oraculis dominorum excrucior?
Age. quid agemus, mors de quibus proposita est?
CRE. Quæ hoc cantio, & hic metus de quibus?
CHO. Dicemus? aut tacebimus, aut quid agemus?
CRE. Dic, quoniã habes calamitatẽ quandã in me.
CHO. Dicetur sanè, etiamsi moriendum esset bis.

Nos

Non licet tibi domina in ulnas capere
Liberos, neq; mammis tuis applicare hos.
SEN. Ehcu utinam morerer, filia. CR. Me miseram.
Dixi, quod habes calamitatem quandam in me.
Calamitatem accepi, patior dolorem uitæ, ô charæ.
SE. Perimus, ô filia. CR. Væ, uæ, uæ, uæ.
Penetrabilis percußit dolor me
Inteſtina hæc intra.
SE. Nondum ingemiſcas,
CRE. Verum adſunt luctus.
SE. Antequam diſcamus.
CRE. Nuncium quod mihi?
SE. An hæc faciens dominus, calamitatis
Particeps eſt? aut ſola tu infœlix es?
CHO. Illi quidem, ô ſenex, filium Apollo
Dedit. priuatim fœlix eſt, ſine hac.
CRE. Hoc uero ſuper hoc ſummum malum,
Loquuta es dolorem mihi lugendum.
SE. Vtrum creandum iam? ex qua muliere,
Hunc filium quem dixiſti? aut natum dixit?
CHO. Iam creatum, perfectum adoleſcentem
Dat ei Apollo, adfui uero ego.
CRE. Quid ais?
Non dicendum, non dicendum, non loquendum
Sermonem mihi dicis. (actum eſt?
SE. Et mihi quidē. CR. Quomodo uero oraculū per
Clarum

Clarius mihi dicito. ecquis est hic puer?
CHO. Cui obuiam ueniret, ex dei templo cum iret,
Primò maritus tuus, filium dedit ei deus.
CRE. Otto to to ti.
Mea sanè orbitatem orbitatem accepit
Vita. Solitudine uerò uiduas domos inhabitabo.
Quis igitur præsto fuit? cui contulit uestigiũ pedis
Maritus miseræ? ubi nam ipsum aspiciam?
CHO. Nouisti ô chara domina adolescentem,
Qui hoc uerrit templum? iste est filius.
CRE. Vtinam per humidum uolarem aërem,
Vltra terram Græcanicam
Ad sidera occidentalia,
Talem talem dolorem passa sum.
SE. Nomine uerò quo ipsum nominauit pater,
Nouisti, an silentio hoc non ratum manet?
CHO. Ionem, quoniam primus obuiam uenit patri.
SE. Matre uerò ex qua est? CHO. Non possum di-
Sed abijt, ut scias omnia à me, ô senex, pro (cere.
Filio sacrificaturus hospitalia, & genitalitia,
Ad tabernacula sacra huius clam maritus,
Communiter celebraturus epulum cum filio recenti.
SE. Domina, proditi sumus, tecum enim doleo
Tuo marito, & consulta fraude
Iniuriam patimur, & domo Erechthei
Eijcimur, & tuum non odio habens maritum

Digitized by Google

Dico, sed te quidem magis quàm illum amans.
Qui te ducens hospes ingrediens ciuitatem,
Et domum, & tuam assumens totam hæreditatem,
Ex alia muliere liberos procreans
Clam deprehensus est. Quàm furtim uerò, ego dicã.
Postquam te sterilem sensit, non sat habuit tibi
Similis esse, & fortunæ æqualitatem ferre:
Sed capiens seruiles lectos, congressus clam,
Hunc puerum procreauit. Ablegatum uerò alicui
Delphorum tradit educandum. Hic uerò in dei
Templis facer, ut lateret, instituitur.
Adolescentem uerò cum audiuit educatum,
Venire huc tibi persuasit, orbitatis gratia.
Et sic deus non mentitus est. ipse uerò mentitus,
Dudum alens hunc puerum, & nexuit nexus
Huiusmodi. Deprehensus quidem, referret in deum.
Veniens uerò, & diuturnitatem temporis propulsare uolens,
Imperium sibi uendicare uult terræ.
Nouum uerò nomen per ocium fictum est,
Ion, eunti scilicet quod obuiam factus sit.
»» Hei mihi, uerspelles ut homines semper odi,
»» Qui componentes iniusta, deinde fraudes
»» Adornant. Inertem probum accipere amicum
»» Cuperem magis, quàm malum sapientiorem.
Et horum omnium ultimum, persuadeberis malum,

Carentem

Digitized by Google

Carentem matre, nullius numeri, ex serua quadam
Muliere in domum tuam dominum recipere.
Simplex enim fuisset malum, si à nobili
Matre, persuadens tibi, dicens tuam orbitatem,
Frequentasset domos. Si uerò tibi hoc fuisset acerbum,
Ab Aeolo ipsum oportebat appetere nuptias.
Ex istis oportet te iam muliebre quiddam facere.
Aut enim gladium accipientem, aut dolo quodam
Aut uenenis, tuum interficere maritum,
Et puerum, antequam tibi mors ex illis eueniat.
Si enim negligens fueris, fungêris hac uita.
Duobus enim hostibus uenientibus in unum tectũ, ‹‹
Aut alterutrum oportet infortunium pati. ‹‹
Ego certe tibi etiam collaborare uolo,
Et simul interficere filium, obiter ingrediens domum,
Vbi conuiuium parat, & præmia educationis dominis
Reddens, & mori, & uiuens lumen aspicere.
Vnum etenim seruis ignominiam fert, ‹‹
Nomen: in cæteris omnibus liberis ‹‹
Nullus peior seruus, quicunq; bonus fuerit. ‹‹
CHO. Et ego chara domina, calamitatem uolo
Participans hanc, aut mori, aut uiuere honeste.
CRE. O anima, quomodo tacebo? quomodo uerò

Digitized by Google

Illegitima perferam cubilia?
Pudorem uerò quomodo exuam?
Quod enim prohibet impedimentum me amplius?
Ad quod certamen ponimur uirtutis?
Non ne maritus noſtrûm proditor factus eſt?
Priuor uerò domo, priuor liberis.
Nullæ uerò ſunt ſpes, quas ſtatuere
Cupiens recte, non potui
Tacens nuptias, ſilens partus lucluoſos.
Verum Iouis non ſideroſum templum,
Et quæ templum habet ſupra mea ſaxa deam,
Lacuſq; aquoſi Tritoniadis
» Sacrum littus, non amplius celabo lectum, quoniam
» Abluens melius habebo. (à pectoribus
Stillant pupulæ lachrymis meæ.
Anima uerò dolet, inſidias paſſa
Et ab hominibus, & à dijs,
Quos oſtendam
Lectorum proditores ingratos.
O ſeptem phthongorum canens
Citharæ uocem, quæq; ruſtica
Cornua per inanimata reſonat muſarum hymnos ſo (nores,
Te ô Latonæ fili
Ad hunc diem incuſabo,
Veniſti mihi auro cæſarie
Renidens, quando in ſinus

Crocea

Crocea fŏlia texturis metebam,
Vt uariarem aureolo.
Albis uerò inhærens uolis
Manuum, in antri cubilia
Clamantem, ô mater, me clamore,
Deus concubinus
Ducebas per impudentiam,
Veneri gratificans.
Pario uerò infœlix tibi
Filium, quem ex timore matris
Ad cubile proïjciens tuum,
Vbi me lectis miseram miseris
Copulasti miseram.
Hei mihi. & nunc perit
Auibus direptus esca
Filius mihi, & tuus infœlix.
Tu interim cithara obstrepis,
Pæanas cantans
Obe. filium Latonæ loquor,
Qui oracula sortiris.
Ad aureas sedes, &
Terræ medias sedes,
In aurem uocem clamabo.
Io, male marite,
Qui meo quidem sponso,
Nullo prius beneficio affectus,

Digitized by Google

Filium in domum collocas.
Meus uerò filius, & tuus, obscurus,
Ab auibus perit dilaniatus, propriae
Fascias matris permutans.
Odit te ipsa Delus, & lauri,
Ramos iuxta rubros crinitum.
Vbi sacram obstetricationem parturiuit
Latona, Iouialibus te manibus.
» CHO. Eheu, magnus thesaurus ut apertus
» Malorum, propter quæ quiuis fundit lachrymas?
SE. O filia, non tuum aspiciens expleor
Vultum, extra uerò factus sum animum meum.
Malorum enim modo fluctum exhauriens animo,
A' puppi tollit me alius tuis à sermonibus.
Quos eijciens à præsentibus malis,
Transijsti aliorum malorum ad malas uias.
Quid ais? qua oratione Apollinem incusas?
Qualem dicis peperisse filiũ? ubi posuisse ciuitatis
Feris gratum epulum? memora mihi denuò.
CRE. Reuereor quidem te, ô senex. dicam tamen.
» SE. Quoniã dolorem ferre noui generose cũ amicis.
CRE. Audi nunc iam. nouisti Cecropiæ petræ
Boreale anerum, quas Macras uocamus?
SE. Noui, ubi Panis antra, & aræ prope.
CRE. Ibi certamen graue certauimus.
SE. Quod? quoniã obuiam uertiunt lachrymæ mihi
tuis dictis.

CRE.

CRE. *Cum Phœbo contraxi inuita nuptias miserã.*
SE. *O filia, nimirum erunt hæc, quæ sensi ego.*
CRE. *Nescio. uera uerò si dicis, fatebimur.*
SE. *Aegritudine occulta, quum laborares clam.*
CRE. *Hoc erat, quæ nũc tibi manifesta indico mala.*
SE. *Et deinde celasti quomodo Apollinis nuptias?*
CRE. *Peperi. sustine hæc à me audiens, senex.*
SE. *Vbi, quis obstetrix tibi fuit? an sola laborasti hæc?*
CRE. *Sola in antro, ubi copulata eram nuptijs.*
SE. *Puer autem ubi est? ut tu non amplius sis sine liberis?*
CRE. *Mortuus est, ô senex, feris expositus.*
SE. *Mortuus est? Apollo uerò improbus non auxilium tulit?*
CRE. *Non tulit auxilium: pudoris uerò in domo instituit?*
SE. *Quis nam ipsum exposuit? non enim tu quidẽ.*
CRE. *Nos in obscura nocte, inuoluentes peplis.*
SE. *Neq; quispiã tecũ conscius est expositionis filij?*
CRE. *Ipsa infortunia, & ipsum latêre tantum. (es?*
SE. *Et quomodo in antro puerũ tuũ relinquere passa*
CRE. *Quomodo? miseranda multa ore proferens*
SE. *Ebeu, (dicta.*
Infœlix tu propter audaciam, deus autem magis te.
CRE. *Si puerum uidisses manus extendentẽ ad me.*
SE. *Vbera appetentem, aut ad ulnas ruere?*

CRE. Ibi ut non existens, iniqua passus est à me.
SE. Tibi uerò ad quã opinionẽ uenit exponere filiũ?
CRE. Tanquam deum seruantem suum ipsius filiũ.
SE. Hei mihi, propter domum tuam. diuitiæ ut tempestatem patiuntur?
CRE. Quid capite tecto ô senex fundis lachrymas?
SE. Te & patrem tuum esse miseros aspiciens.
CRE. Res mortaliũ huiusmodi, neq; in eodẽ manẽt.
SE. Ne nũc amplius miserationẽ filia consectemur.
CRE. Quid enim mihi faciendũ est? Inops consilij infœlicitas.
SE. Ipsum primum iniuriantem te ulciscere deum.
CRE. Et quomodo potentiora, mortalis existens superauero?
SE. Succende sancta Apollinis templa.
CRE. Metuo, & nunc satis malorum habeo.
SE. Posibilia nunc aude, maritũ tuũ interficiendo.
CRE. Veneramur coniugiũ, quod habuimus cũ esset
SE. Nunc uerò puerũ tuum tibi declaratũ. (bonus.
CRE. Quomodo? si posibile esset, quàm uellem.
SE. Ensiferos tuos armans ministros.
CRE. Iuero utiq;. uerum ubi fiet hoc? (cos.
SE. Sacris in tabernaculis, ubi conuiuio excipit ami
CRE. Famosa hæc ædes: et ipsum serule, imbecille.
SE. Eheu. improbus? Age tu nunc consule quiddã.
CRE. Atqui habeo dolosa, & audacia.

SE.

Digitized by Google

SE. Amborum fuero horum minister ego.
CRE. Audi igitur. nouisti terrigenam pugnam?
SE. Noui, quam in Phlægra gigantes exhibuerunt dijs.
CRE. Ibi Gorgonem genuit terra, dirum monstrum.
SE. Num filijs ipsius socium, deorum laborem?
CRE. Certe. Et ipsum interfecit Iouis filia Pallas dea.
SE. Qualem nam formæ habitū habentem agrestis?
CRE. Thoracem ipsius uiperæ spiris armatam.
SE. Num hæc est fabula, quam audio dudum?
CRE. Huius Palladis pellem in pectoribus esse.
SE. Quam Aegidem nominant, Palladis uestem?
CRE. Hoc adepta est nomen, deorum cum uenit in bellum.
SE. Quid inde filia hoc tuis hostibus damnum?
CRE. Erichthonium nouisti? aut forsan non curas, senex.
SE. Quem primum nostrum progenitorem submisit tellus?
CRE. Huic dat Pallas edito recenter,
SE. Quid rei? serium enim quoddam adfers dictum.
CRE. Geminas guttas sanguinis à Gorgone.
SE. Vim habeant quam ad hominis naturam?
CRE. Hanc quidem mortiferam, aliam salubrem, morbis.

Digitized by Google

SE. In quo, appendens circa puero corpus?
CRE. Aureis uniculis. hic uero tradidit meo patri.
SE. Illo uero mortuo, ad te peruenit?
CRE. Certe. & ego in coniunctura id manus fero.
SE. Quomodo igitur tẽperantur gemina pellis dee?
CRE. A' caua quæ quidem uena ſtillant cædis.
SE. Quid hac utimini? quam habet uim?
CRE. Morbos prohibet, & alimoniam habet uite.
SE. Alius uero numerus, quem dicis, quid facit?
CRE. Interficit, draconum uenenum exiſtens Gorgonum.
SE. In una cõmixtione eundem cruorem fers?
CRE. Separatim. Malo enim bonum nõ permiſcetur.
SE. O chariſſima filia, omnia habes, quæ te cõuenit.
CRE Hoc morietur puer. tu uero interfector eris.
SE. Vbi, & quid faciens? tuum uero dicere, audent uero meum.
CRE. Athenis, domum cum uenerit meam.
SE. Non recte hoc dixiſti, & tu meum uituperas.
CRE. Vbi ergo? ſuſpicaris hoc, quod etiam mihi in mentem uenit.
SE. Tu filiũ uideberis perdidiſſe, & ſi nõ interficies.
CRE. Recte. Inuidere enim nouercas aiunt liberis.
SE. Hoc in loco nunc ipſum interfice, ubi inficiaberis cædem.
CRE. Anticipo certe tempore uoluptatem.

SE.

Digitized by Google

SE. Præterea latebis maritum, quæ in te molitur,
quo minus capias.
CRE. Scin igitur quid facias? manu mea capiens
Amuletum aureum Palladis, hoc antiquum ua-
ſculum,
Profectus, ubi nobis ſacra facit clam maritus,
Cœnæ cum finem fecerint, & libamina dijs
Volunt libare, in ueſtibus habens hoc,
Demitte, inijciens in potionem huic adoleſcenti.
Priuatim uero, non omnibus, ſeparans potum
Hulc qui meis domibus imperaturus eſt.
Et ſiquidem penetrauerit guttur, nunquam ueniet
Ad inclitas Athenas. mortuus uero, hic manebit.
SE. Tu quidem in hoſpitia transfer pedem.
Nos uero ad quod inſtituti ſumus, faciemus.
Age, ô ſenilis pes, iuuenis fias
Operibus, & ſi non per ætatem adeſt tibi.
Hoſtilem ad uirum perge cum dominis,
Et ſimul interfice, & ſimul eijce è domo.
Ipſam uero pietatẽ, bene habentibus quidẽ, honeſtũ
Colere. Cum uero hoſtibus male facere
Velit quiſpiam, nulla impedimento ſita eſt lex.
CHO. O Hecate filia Cereris, quæ
Nocturnis itineribus imperas,
Et diurnis, ducito
Letalium craterarum

Imple-

954

Impletiones, quibus mittit
Veneranda domina mea
Terrestrae Gorgonis
Abscisis de guttis,
Erechthidarum
Domibus successuro.
Nunquam alius ab alia domo
Ciuitatis imperium teneat,
Praeterquam à generosis Erechthidis.
Si uerò imperfecta mors, & conatus dominae,
Et ipsa opportunitas destituit audaciam,
Quae nunc fertur spes, aut
Acutus gladius, aut deus adnectat
Laqueum circa collum,
Doloribus dolores
Perficiens in alias
Vitae formas migrabit.
Non enim domibus
Praesse peregrinos,
Viua unquam oculorum clara
Sustineat luce,
Quae ex nobili familia nata est.
Reuereor multis hymnis laudatam
Deam, quando circa frequentatos choris fontes,
Facem sacram uigesimi cuiusq; dei mensis
Visura est nocturna, insomnis existens.

Quam

Quando Iouis ſtellatus
Tripudiauit æther,
Tripudiauit uero Luna,
Et quinquaginta filiæ
Nerei, quæ in Ponto
Perenne fluentium fluuiorum
Per gurgites tripudiantes,
Aureas coronas habentem Proſerpinam
Et matrem ſanctam
Vbi ſperat regnaturum
Aliorumq; in laborem uenturum
Phœbeius erro,
Videte quotquot famoſis
Carmina ſcribentes
Caritis carminibus,
Noſtros lectos nuptias
Veneris illicitas, impias,
Quantum pietate præſtamus,
Iniuſtam ſegetem uirorum
Recantans muſa,
Et perita uiros ſciat
Famoſos in ſeruandis lectis.
Oſtendit enim Iouis filius,
Ex liberis obliuionem,
Non communem liberorum ſortunam
Domi plantans

Dominæ.

Digitized by Google

Dominæ. ad Venerem uero
Aliam ponens gratiam,
Spurium puerum adeptus est.
FA. Inclitæ mulieres, ubi filiam Erechthei
Dominam inuenero? passim enim in urbe
Quærens ipsam, expleui, neq; possum inuenire.
CHO. Quid uero est ô conseruæ, quæ alacritas
Pedum habet, & sermones quos adfers?
FA. Capti sumus. magistratus indignæ terræ
Quærunt ipsam, ut moriatur dilapidata.
CHO. Eheu, quid dicis? an ne captæ sumus,
Clandestinam contra puerum conantes cædem?
FA. Cogniti sumus plane, & in ultimis malis.
CHO. Anticipata sunt quomodo occulta consilia?
» FA. Iniquitatem ab iniquitate quæ uincitur,
» Inuenit ipse deus, non pollui uolens.
CHO. Quomodo? quæso te supplex, dicere hæc.
Cum audiuerimus enim an mori nos necesse sit,
Libentius moriemur, quàm uiuamus.
FA. Postquam dei æde abijt relicta
Maritus Creusæ, puerum nouum accipiens
Ad cœnam, & sacrificia, quæ dijs præparabat,
Xuthus abijt, ubi ignis emicat dei
Bacchicus, ut uictimis Bacchi uertices
Rigaret geminos, filij pro dotibus,
Dicens: Tu quidem nunc fili erige

Tabernacula

Digitized by Google

Tabernacula alta fabrorum laboribus:
Sacrificans uero genitoribus dijs, diutius
Manſero, præſentibus conuiuia ſint amicis.
Acceptis uero uitulis abijt. Hic uero adoleſcens,
Religioſe carentes parietibus circuitus tabernaculorum
Erectis trabibus erigebat. ſolis flammæ
Recte uitans, neq; ad meridiem
Radios, neq; rurſus ad occidentem,
Iugeri dimetiens ad longitudinem rectos angulos habentem
Menſurationem, habentem in medio multorum
Pedum numerum, ut dicunt ſapientes,
Vtpote omnem Delphorum populum inuitans.
Capiens uero texturas ſacras à theſauris,
Obumbrabat, mira hominibus uiſu.
Primum quidē culmini alam circumponit peplorū,
Donarium Iouialis pueri, quos Hercules
Amazonum ſpolia tulit deo.
Inerant uero textæ picturis huiuſmodi texturæ.
Cœlum amplectens aſtra in æthere rotundo,
Equos quidem agebat ad ultimam flammam
Sol, attrahens clarum heſperi lumen.
Nigra uero nox, non colligatum iugis
Currum mouebat. aſtra uero ſequebantur deam.
Pleias quidem ibat medium per æthera,

Atq

Atq; ensifer Orion. desuper uero
Vrsa uertens caudata ad aureum polum.
Orbis uero plenae lunae tendebat sursum
Mensis diuisor, & Hyades nautis
Certissimum signum. & ipse Lucifer
Matutinus consectans astra. ad parietes uero
Induit alias Barbarorum texturas.
Remis bene instructas naues aduersus Graecanicis,
Et semiferos uiros, equestresq; uenationes
Ceruorum, & leonum agrestium capturas.
Secundum introitus uero, Cecropem filias prope
Nodis constrictum, Athenienſis alicuius
Donarium. aureosq; in medio loci conuiuij
Crateres statuit. summis incedens pedibus
Praeco indixit, quicunq; uelit indigena
Ad epulum uenire. Vt uero completum tectum est,
Coronis ornati, festiuo cibo
Animam impleuerunt. Cum remiserunt uoluptatem,
Progressus senex in medium pauimentum
Constitit. risum uero exhibuit conuiuis ingentem,
Officiosus existens. Namq; ex hydrijs aquam
Manibus fundebat lauacra, & adolebat
Myrrhae succum. et aureis poculis
Praerat ipse, sibi ipsi hunc iniungens laborem.
Cum uero ad tibias uenissent, ad craterem q;
Nouum, senex dixit, auferre oportere

Vinaria

Vinaria uasa parua, magna uerò adferre,
Vt citius uenirent isti ad uoluptates animorum.
Erat tum afferentium labor argenteas
Et aureas phialas. Ipse uerò capiens insignem,
Tanquam nouo iam domino gratificaturus,
Tradidit plenum uasculum in unum iaciens,
Quod tradunt dedisse uenenum efficax
Dominam, ut filius nouus relinqueret lucem.
Et nemo hæc sciebat. in manibus habenti uerò
Libamina, cum alijs filio declarato,
Maledictum aliquis ex domesticis dixit.
Is uerò tanquam in templo, & cum bonis uatibus
Omen animaduertit, et iussit aliũ nouum (educatus,
Craterem implere, priores uerò libationes dei
Dat terræ, omnibusq; effundere edicit.
Silentium uerò successit. explemus rore
Crateres sacros, & Biblina potione.
Et in hoc labore, uolatilis irruit in tentoria
Turma columbarum. Apollinis in templis
Impune enim habitant. Vbi uerò effuderant unum,
Et in ipsum rostra potione egentes
Demiserunt, traxerunt uerò pennata in guttura.
Et cæteris quidem innocua erat libatio dei.
Quæ uerò consederat, ubi nouus effuderat filius,
Cum potum gustasset, statim pennatum corpus
Concussit, & bacchata est, & edidit uocem

Digitized by Google

960

Confusam stridens. Obstupuit uerò totus
Conuiuarum cœtus columbæ labores.
Sed moriens, palpitans, rubras
Chelas demittens, nuda ex uestibus membra
Supra mensam misit uatidicus filius.
Clamat uerò, Quis me uoluit hominum occidere?
Indica ô senex, tuum enim est studium,
Et potionem à tua manu accepi.
Statim uerò inquirit senilem ulnam prehendens,
In ipso ueneficio senem ut præsentem caperet.
Deprehensus uerò, & dixit tortus uix,
Facinora Creusæ, & potionis fraudes.
Procurrit uerò statim foras prehendens conuiuas,
Ille uatidicus Apollinis adolescens.
Et inter principes Pythicos constitutus dicit,
O terra ueneranda, Erechthei filia à
Peregrina muliere, uenenis morimur.
Delphorũ uerò principes decreuerunt, delapidatam
Mori meam dominam, non suffragio uno:
Sacrum utpote interficientem, & in templis
Cædem committentem. Tota uero quærit ciuitas,
Eam quæ misere confecit miseram uiam. (bam,
Liberorum enim ueniens propter amorem ad Phæ-
Corpus communiter cum liberis perdidit.
CHO. Non est, non est mortis
Effugium miseræ mihi.

Manifes-

Manifesta, manifesta hæc iam
Per libamina ex Bacchi botris fortia
Echidnæ guttis mixta cædi.
Manifesta sacrificia inferorum.
Calamitates quidem meæ uitæ,
Pernicies uerò lapidabiles
Dominæ. qua
Fuga alatam, aut
Terræ sub tenebricosos secessus
Ibo, mortis lapidabilem
Noxam effugiens, quadrigarum
Velocissimam chelam conscendens, aut
In puppes nauium.
Non licet adipisci, quando nolens "
Deus subducit. "
Quid nam ô misera domina
Animo passura es? num uolentes "
Facere aliquid mali proximis, ipsæ "
Patimur, tanquam æquum est. "
CRE. Famulæ, persequimur ad letalem mortem,
Pythio calculo uicta, condemnata uerò sum. (sis.
CHO. Scimus, ô misera, tuas calamitates, ubi fœlix
CRE. Quò fugiã igitur? ex telis enim eripui uix pe-
Ne moriar. furtim uerò aduenì, effugiẽs hostes. (dẽ,
CHO. Quo nam aliò, nisi ad aram?
CRE. Et quid mihi prodesset hoc?

Digitized by Google

962

CHO. Supplicem fas non est occidere. CRE. Lege lata pereo.
CHO. Dedititia quidem deprehensa. CRE. Atqui hi certatores acerbi,
Huc festinant ensiferi. CHO. Sede nunc ad focum.
Et si moriaris hic existens, interfectoribus tuis
Contaminatam facies cædem. ferenda uerò fortuna.
ION. O taurinam formam habens multus Cephisi patris,
Qualem echidnam istam produxisti? aut ignis
Draconem respicientem letalem flammam.
Cui audacia omnis inest. neq; deterior existit
Gorgonis guttis, quibus uoluit me interficere.
Apprehendite, ut eius integros cincinnos
Comæ deradant Parnassi rudera,
Vnde petricoso iactu iaculabitur.
Bonam uerò habui fortunã, antequam ad ciuitatem
Venirem Athenarum, & sub nouercam uenirem.
Inter socios enim cogitare possum animum
Tuum, quantum mihi damni & hostis esses.
Intra domos enim complexa me,
Mox certe dimisisses in Plutonis domum.
Verum neq; ara, neq; Apollinis templum
Seruabit te. miseratio tui, hæc mihi potior debetur,
Et meæ matri. etenim si corpus mihi
Abest eius, nomen uerò non abest unquam.

Videte

Videte ſceleſtam, ex fraude fraudem
Qualem texit. non aram extimuit dei,
Tanquam non ſupplicium datura commiſſorum.
CRE. Interdico, te non interficere me.
Et pro me ipſa, & deo, ubi ſtamus.
ION. Qui eſt Phœbo, tibiq; commune inuicem?
CRE. Sacrum hoc corpus deo do habere.
ION. Et deinde interfeciſti uenenis eum qui fuit dei.
CRE. Verum non amplius eras Apollinis, patris uerò tui.
ION. At eramus, patris uerò facultatẽ uendico. (es.
CRE. Nõ tũ eras, nũc uerò ego, tu uerò non amplius
ION. Nõ ſacrata es, res uerò meæ ſacratæ erãt tum.
CRE. Interfeci uerò exiſtentẽ hoſtẽ domibus meis.
ION. Num cum armis ueni ad tuam terram?
CRE. Maxime, & ſuccendebas Erechthei domos.
ION. Quibus torribus, aut qua ignis flamma?
CRE. Voluiſti incolere meas res, me inuita accipiẽs.
ION. Patre quidẽ terrã concedente, quã poſſidebat.
CRE. Filijs Aeoli quomodo intererat terra Palladis?
ION. Armis eam, non uerbis liberauit.
CRE. Auxiliator incola quidem non ſit terræ.
ION. Et deinde rei futuræ me interfeciſti metu.
CRE. Ne morerer, ſi tu non cunctans potieris.
ION. Inuides, carẽs liberis, quod pater inuenit me?
CRE. Tu ergo eorum qui carent liberis, diripies domos?

Digitized by Google

ION. Nobis atqui paternæ possessionis nõ sit portio? (sa possessio.
CRE. Quæcunq; clypeus, et hasta, hæc tibi uniuer-
ION. Defere aram, & numine plenas sedes.
CRE. Tuam ubi tibi matrem sit admoneto.
ION. Tu non sustinebis mulctam, interficiens me?
CRE. Si me intra hæc adyta trucidare uelis.
ION. Quæ uoluptas tibi, dei mori inter coronas?
CRE. Lædemus aliquem, à quibus tristitia affecti su-
ION. Eheu. (mus.
» Miserum quidem, mortalibus leges non recte
» Statuit deus, neq; sapienter.
» Iniustos enim ad aram non sedere conueniebat,
» Sed propellere. neq; enim attrectare conuenit,
» Deorum res iniustam manum. sed iustos
» Ad sacra sedere, quicunq; læderetur, æquum:
» Et neq; ad unum eundẽ locũ euntem habere æquã
» Bonum existentem, & improbum, à dijs.
PYT. Contine ô fili. tripodem enim uatidicum
Relinquens, septum hoc supero pede,
Phœbi prophetissa, tripodis antiquã consuetudinem
Seruans, ex omnibus Delphicis electa. (reris.
ION. Salue, ô chara mihi mater, quamuis nõ pepe-
PYT. Sed tamen dicimur, hæc fama autẽ nõ mihi in-
ION. Audiuisti, ut me interfecit hæc dolis? (grata.
PYT. Audiui, & tu crudelis existens peccas.

ION.

Digitized by Google

ION. Non cõuenit me interfectores uicissim pdere?
PYT. Ante genitis uxores infensæ sunt semper quo-
dammodo.
ION. Nos uerò erga nouercas affecti sumus male.
PYT. Ne hæc relinquẽs sacra, & abiens ad patriã.
ION. Quid iam me facere admonitum conuenit?
PYT. Pure Athenas abi, bonis auibus.
ION. Purus omnis est, hostes qui interfecerit.
PYT. Non tu. à nobis uerò excipe, quos habeo ser-
mones. (cunq; dixeris.
ION. Dicas. beneuola enim existens dixeris, quæ-
PYT. Vides hanc cistam manus brachijs sub meis?
ION. Video antiquam cistam, inuolutam coronis.
PYT. In hac te accepi nuper genitum infantẽ olim.
ION. Quid ais? sermo illatus est nouus. (dimus.
PYT. Cũ silentio enim continui ea, nunc uerò ostẽ
ION. Quomodo igitur occultasti hoc, cum acceperis nos dudum?
PYT. Deus ipse te uoluit in æde habere ministrum.
ION. Nũc uerò nõ uult? quo hoc cognoscere poßũ?
PYT. Patrẽ cum indicauit, hac te emittit ex terra.
ION. Tu uero ex iussu, aut unde seruas hæc?
PYT. In animum mihi hoc ponit Apollo.
ION. Quã rem ut agam? dic, perfice tuos sermones.
PYT. Seruare hoc inuentũ, ad præsens usq; tempus.
ION. Habet uerò mihi quam utilitatem, aut quod
damnum?

Digitized by Google

PYT. Hic occulta sunt fascijs. nouisti tu?
ION. Matris has nobis profers inquisitiones?
PYT. Postquam deus uoluerit, antea uerò non.
ION. O beatorum mihi reuelationū hodierna dies.
PYT. Accipiens nunc hæc, genitricem inquire.
Omnem uerò peragrans Asiam & Europæ terminos,
Cognosces hæc ipse. propter deum uerò, te
Alui, ô fili, & hæc trado nunc tibi,
Quæ ille iniussam me uoluit accipere,
Et seruare. cuius uerò uoluerit gratia, non possum dicere,
Nouit uerò mortalium nemo hominum hæc
Habentes nos, neq; ubi fuerint abscondita.
Sed uale. pari enim modo tanquam mater te amplector.
Incipe uerò, unde tuam matrem inquiri conuenit.
Primum quidem, si qua Delphica pariens te
In hæc templa exposuit uirgo.
Deinde an aliqua Græcanica. Ex nobis uerò habes
Omnia, & Phœbo, qui particeps fuit fortunæ.
ION. Eheu, ab oculis ut humidas eijcio lachrymas,
Illuc animum intendens, ubi genitrix mea
Clam desponsata, exposuit clam.
Neq; mammam præbuit, sed ignobilis
In dei atrijs habui seruilem uitam.

Sed

Sed quòd ad deum, bonum est: quod uero ad fortunã» «
Graue. Per id tempus enim, quo me oportuit in ulnis «
Matris deliciari, & aliquam uoluptatem percipere uitæ,
Priuatus sum charissimæ matris alimento.
Infœlix quoq; ea quæ peperit me, quoniam eadem mala
Passa est, filij amittens gaudia.
Et nunc accipiens hanc arcam, fer deo
Donarium, ut nequicquam inueniam, quod uolo.
Si enim serua me peperit quædam,
Inuenisse peius matrem, quàm tacentem omisisse.
O Phœbe, templis dedico hanc tuis.
Atqui quid facio? dei uoluntati «
Aduersor, matris indicia qui seruauit mihi. «
Aperienda hæc sunt, & audenda. «
Ea enim quæ fato decreta sunt, non transgrediuntur «
unquam.
O sacræ coronæ, quid nam mihi ignotæ fuistis?
Et ligamina, in quibus quæ mihi custodiũtur grata.
Ecce operimentum arcæ rotundæ,
Vt non senuit, ex quodam numine dei.
Et caries abest cõtexturis, cum tamẽ quod interfuit
Tempus longum sit istis thesauris.
CRE. Quod nam uisum rerum insperata uideo?
CHO. Silere tu sæpe etiam antea nouisti mihi.

CRE. Non in silentio sunt res meæ, ne me admoneas.
Video enim arcam, quam exposui ego olim,
Teutiq; ô fili mihi infantem, adhuc existentẽ stultũ.
Cecropis ad antra, & Macras petris cameratas.
Relinquam uero aram, & si moriendum mihi sit.
ION. Comprehendite uero hanc. deo agitata enim prosilijt,
Aræ relinquens simulachra, ligate uero manus.
CRE. Interficere utinam non desinatis, quoniam uicissim adhærebo
Et huic, & tibi, & tuis rebus absconditis.
ION. An non hæc indigna? opprimor sermone.
CRE. Non, sed tuis amicis deprehenderis amicu.
ION. Ego amicus tuus? et tamẽ me interfeciſti clam.
" CR. Imò filius. quoniã hoc est parentib. charissimũ.
ION. Desine inhærere. coarguam enim bene.
CR. Ad hoc ueni, ut hoc cõsequerer, ô fili. (aliquã?
ION. Vacuá ne est arca, aut continet impletionem
CRE. Tua induſia, quibus te exposui ego olim.
IO. Et nomẽ ipsorũ eloqueris, antequam inspicias?
CRE. Et si non dixero, mori polliceor.
IO. Dic, quoniã habet aliquid graue hæc audacia.
CRE. Considerate, quam puella olim existens texturam texui ego.
ION. Qualem nam? multæ uirginum texturæ.
CRE. Non perfectam, sed ueluti rudimentum radij.

ION.

Digitized by Google

ION. *Figuram habens quam? ne me hac capias.*
CRE. *Gorgo quidem in medijs textis ex flamine peplis.*
ION. *O Iupiter, quod nos captat fatum?*
CRE. *Et fimbriata serpentibus Aegidis in modum.*
ION. *Ecce.*
Hæc est textura, mira quoniam inuenimus.
CRE. *O iam olim opus uirgineum telarum mearum.*
ION. *Est aliquid ad hoc? an hoc solo fœlix es?*
CRE. *Dracones, antiquum quoddam, omnino aureo collo.*
ION. *Donum Mineruæ, quæ liberos inter serpentes alere iubet?*
CRE. *Erichthonij antiqui ad imitationes.*
ION. *Ad quod opus, ad quem usum, dic mihi, aurea insignia?*
CRE. *Collaria puero recenti ad ferenda fili.*
ION. *Insunt isti. sed tertium cupio scire.*
CRE. *Coronam oliuæ imposui tibi tum,*
Quam primum Palladis scopulum produxit.
Quæ si imest, nondum reliquit folia,
Sed uiret, ex olea semper uirescente cum sit facta.
ION. *O charissima mihi mater, lubens te aspiciens,*
Ad gratas tuas accidi genas.
CRE. *O fili, ô lumen matri, melius solis.*
Dabit enim ueniam deus. in manibus te habeo,

Insperatum

Insperatum inuentum, quem in terra inferorum
Inferum, & apud Proserpinam existimaui habitare.
ION. *At ô chara mi mater, in manibus tuis*
Mortuus, & uiuus imaginor esse.
CRE. *Io, io, clari ætheris conuexa,*
Quam uocem sonabo?
Clamabo? Vnde mihi
Contigit insperata uoluptas?
Vnde accepimus gaudium?
ION. *Mihi accidere omnia potius,*
Mater, creditum, præ ijs, quod tuus sim ego.
CRE. *Adhuc metu tremo.* ION. *Num non habeat me, habens?*
CRE. *Has enim spes abieci procul.*
Io mulier, unde nam accepisti meum infantem ulnis?
Per quam manum uenit ad domum Apollinis?
ION. *Diuinum hoc. sed reliqua fortunæ*
Bene habeamus. ut ante acta infœlicia.
CRE. *Fili, non sine lachrymis enixus es.*
Luctibus uero matris ex manibus abductus.
Nunc uero genas apud tuas suspiro,
Fœliciſsimas adepta uoluptates.
ION. *Meum dicens, & tuum communiter dicis.*
CRE. *Sine liberis non amplius sum, neq; absq; filijs.*
Domus uero celebratur, hæc uero habet dominos.
Repubescit Erechtheus, & terrigena

Domus,

Domus, non amplius noctem uidet,
Solis uero respicit splendoribus.
ION. Mater, præsens & mihi pater particeps stat
Voluptatis huius, cuius partem exhibui uobis.
CRE. O fili, quid ais? ION. Ita ut inuenior.
CRE. Quid dixisti? aliunde enim natus es, aliunde.
ION. Eheu, spurium me uirginitas tua peperit?
CRE. Non sub facibus,
Non tripudijs,
Hymenæus meus, ô fili,
Peperit tuum caput.
ION. Væ, uæ. natus sum ignobilis, mater, unde?
CRE. Testis Gorgonis interfectrix. ION. Quid hoc dixisti?
CRE. Quæ scopulis in meis
Oleis plenum collem occupat.
ION. Dicis mihi dolosa, neq; manifesta hæc.
CRE. Apud luscimijs frequentatũ saxũ, cum Phœbo.
ION. Quid Phœbum narras?
CRE. Furtino lecto dormiui.
ION. Perge, quoniam dicis quid bonum, & auspicatum mihi.
CRE. Decimo uero te mensis in orbe,
Occulto partu peperi Phœbo.
ION. O gratissima loquuta, si modò dicis uera.
CRE. Virgineas uero meæ matris

Fascias,

Digitized by Google

Fascias, tegumenta tibi hæc
Appendi radij meos errores.
Non lacte uerò præbui, neq; mamma
Alimenta matris, neq; lauacra manibus.
Per antrum uero desertum,
Auium rostris
Cædes, & esca ad mortem eijceris.
ION. O grauia ausa mater.
CRE. In metu constricta, tuam
Animam abieci, ô fili,
Interfeci te inuita.
ION. Et ex me non piè mortua es.
CRE. Io misera quidem tum fortuna,
Misera uero & hæc.
Trahimur inde
Huc infœlicitate,
Fœlicitateq; rursum.
Commutati autem sunt flatus.
Maneant, priora satis mala. Nunc
Vero contingit aliquis uentus ex malis, ô fili.
" CHO. Nullus existimet quicquam hominum unquã
" Insperatum esse ad præsentia nunc.
" ION. O quæ commutas infinitos tam mortalium,
" Et male habere, & rursus bene agere,
" Fortuna, ad quale uenimus momentum uitæ?
Matrem interficere, & pati indigna?

Papæ.

Papæ.
Certe in claris ſolis circumuolutionibus
Licet omnia hæc quotidie diſcere.
Charum quidem inuentum te mater inuenimus,
Et genus nihil culpandum nobis hoc,
Cætera uero ad te uolo ſolam loqui.
Huc accede. in aurem enim ſermones dicere uolo,
Et circumtegere rebus tenebras.
Vide tu mater, ne lapſa uirgo,
Commiſeris uitium in occultis nuptijs,
Deinde deo aſcribens culpam,
Meum dedecus effugere conata,
Phœbo peperiſſe me dicas, cũ non pepereris ex deo.
CRE. Non per adiuuantem curribus olim
Victoriam Mineruam Ioui contra terrigenas,
Non eſt qui tibi pater ex mortalibus fili,
Verum qui educauit Apollo rex.
ION. Quomodo igitur ſuum ipſius filium dedit alij patri?
Ex Xutho uero dicit filium me natum eſſe?
CRE. Natum quidem non, donat uero te,
Ex ſe natum. Nam amicus amico «
Dare queat ſuum filium, hæredem domus. «
ION. Hic deus uerus eſt, aut fruſtra uaticinatur.
Meum perturbas mater merito animum.
CRE. Audi iam nunc, modò in animum uenit fili.

Beneficijs

Beneficijs te afficiens Apollo in generosam
Domum collocat. Dei enim dictus,
Neq; adeptus esses unquam, neq; totam hæreditatẽ,
Neq; nomen patris. aliquo enim modo cuius ego nuptias
Occultaui ipsa, & te interfeci clam,
Hic adiutans te, addicit alteri patri.
ION. Non sic perperam eadem ego intelligo.
Sed interrogabo Phœbum ingressus templum,
An sim mortalis patris, siue Apollinis.
Ehem. quis domos supra sacras eminens
Solem referentem uultum profert deorum?
Fugiamus ô mater, ne res deorum
Videamus, si non tempus est nos uidere.
MI. Ne fugite, non enim hostilem me fugitis,
Sed & Athenis, & hic existentem beneuolam.
Tutelaris uero ueni tuæ terræ
Pallas, cursu festinans ab Apolline,
Qui in conspectum uestrum uoluit uenire,
Ne anteactorum in reprehensionem incideret.
Nos uero mittit, hos sermones uobis dicere,
Quod hæc peperit te ex Apolline patre.
Dat uero quibus dedit, cuius dicit te.
Sed, ut existimas, ad domum nobilissimam.
Postquam uero reuelata est indicio facto hæc res,
Mori te metuens matris ex consilijs,

Digitized by Google

Et hanc à te machinis liberauit.
Voluit uerò qui hæc conticuit rex
Athenis cognitum facere hancq; tuam,
Et te quod natus sis ex hac, & Apolline patre.
Sed ut rem conficiam, & oracula deo,
In quibus copulati estis curribus, audite.
Accipiens hunc puerum ad Cecropiam terram
Abi Creusa, & ad sedes regias
Collocato. Ex Erechthei enim liberis natus,
Dignus est imperare huius meæ terræ hic.
Eritq; per Græciam glorioſus. Huius etenim
Filij nati quatuor stirpe ex una
Cognominatores terræ, et distributæ in tribus terræ
Populorum erunt, scopulum qui habitant meum.
Sacra quidem administrabit primus, deinde secundus.
Quod omnes insignita serpentibus à mea ægide
Tribunitium habebunt sacerdotes. Porro ex ijs
Filij nati, tempore ex fatis constituto
Cyclades inhabitabunt, insulares ciuitates,
Et terram maritimam, quod robur meæ terræ
Dat. oppositos uerò littorales continentiũ duorum
Campos inhabitabunt Asiaticæ terræ,
Et Europæ. Propter hoc uerò nomen
Iones nominati habebunt gratiam.
Xutho uerò, & tibi nascitur communis filius,

Digitized by Google

Dorus quidem, unde celebrabitur Dorica
Ciuitas per terram uerò Peloponnesum alius,
Acheus, qui terræ maritimæ iuxta Rium
Tyrannus erit, & approbabit
Illius nominari populus nomine cognominatus.
Recte uerò Apollo omnia fecit, primum quidem
Sine dolore párere fecit te, ne cognoscerent amici.
Postquam uerò peperisti hunc puerũ, & imposuisti
Fascijs, arreptum in ulnas
Mercurium iubet ferre infantem,
Et aluit, neq; permisit exhalare uitam.
Nunc igitur tace, puer hic quod sit tuus,
Vt falsa existimatio Xuthum delectet.
Tuq; similiter tua bona habens, sis uxor.
Et ualete. ex hac enim respiratione laborum
Auspicatum uobis fatum annuncio.
ION. O Iouis Pallas maximi filia, non per incredu-
litatem
Tuos sermones admittimus: sed credo esse patris
Apollinis, & huius, etiam antea hoc non incredibile
fuit.
CRE. Me quoq; nunc audi. Laudo Phœbum, non
laudans ante.
Quod, quem ante neglexit filium, reddit mihi.
Hæ autem formose portæ, & dei templa,

Quæ aduersa ante fuerunt, nunc uerò ex annulis manus
Cum uoluptate pendere facimus, & saluto portas.
MI. Laudo, quòd laudas deum, mutans animũ semper aliquo modo.
Serò ueniunt res deorum, sed postremo nõ infirmæ.
CRE. O fili, eamus domum.
MI. Ite, sequar uerò ego.
Digna comes uobis, & amans ciuitatis.
MI. In sedes antiquas colloca. CRE. Dignam possessionem meam.
CHO. O Iouis & Latonæ Apollo: uale, cui agitatur
Calamitatibus domus, piũ bono animo esse cõuenit.
Nam ad extremũ quidẽ boni, consequuntur digna.
Improbi uerò ut digni sunt, nunquam fœlices erũt.

IONIS FINIS.

Digitized by Google

EVRIPIDIS
Hercules furens.

ARGVMENTVM.

HErcules cum duxisset Megaram filiam Creontis, filios ex ea procreauit. Relinquens uerò hos Thebis, ipse Argos profectus est, Eurysthei certamina elaboraturus. Omnium uerò superior factus, postremo ad Plutonis descendit. Et longum illic moratus tempus, opinionem reliquit apud uiuos, quod esset mortuus. Seditionem uerò habentes Thebæi aduersus principem Creontem, Lycum ex Euboea reduxerunt.

PERSONAE.

Amphitryon	Lyssa
Megara	Nuncius
Lycus	Hercules
Iris	Theseus.

Digitized by Google

PRAEFATVR AMPHITRYON.



Vis Iouis corriualē non nouit mor
talium
Argiuum Amphitryonem, quem
Alcæus olim
Genuit, filius Perſei, patrē ipſum
Herculis ?
Qui has Thebas incoluit, ubi terrigena
Spartorum ſeges prouenit, ex quorū genere Mars
Seruauit numerum paruum, qui Cadmi ciuitatem
Fœtificant poſteris, ex quibus creatus eſt
Creon Menœcei filius, rex huius terræ.
Creon uerò Megaræ huius exiſtit pater,
Quā omnes nuptialibus carminibus Thebani olim
Cum tibia concelebrarunt, quando ad meas
Domos inclitus Hercules ipſum deduxerat.
Relictis uerò Thebis, ubi habitabam ego,
Megaraq; hac, ſocerisq;, filius meus
Argiua mœnia, hoc eſt Cyclopeiam urbem,
Concupiuit inhabitare, quam ego fugio, cum inter-
feciſſem
Electrionem. calamitates uerò meas
Expediens, & patriam inhabitare uolens,
In ſumma dat præmium Euryſtheo magnum,
Cicurari terram, ſiue à Iunone
Stimulis domitus, ſiue aliquo cum fato.

Digitized by Google

Et quidem cæteros exhausit labores:
Vltimum uerò, Tænari per fauces
Descendit ad Plutonis, tricorporem canem
Ad lucem subducturus, unde non redijt.
Antiqua uerò quædam est Cadmeorum fama,
Quod fuerit antea Dircæ coniunx Lycus,
Insignem septem turribus hanc dominans ciuitati,
Priusquam utentes albis equis fratres imperium occupassent terræ,
Amphion atq; Zethus filij Iouis.
Cuius eodem nomine filius patris nominatus,
Thebanus non existens, sed ex Euboea profectus,
Interficit Creontem. & cum interfecisset, imperat terræ,
Seditione laborantem obiter occupans ciuitatem.
Nobis uerò affinitas ad Creontem relata,
Incommodum maximum (ut palam est) fit.
Meo enim existente filio in penetralibus terræ,
Inclitus ille huius terræ princeps Lycus
Herculanos filios interficere uult,
Interfecta uxore, ut cæde extinguat cædem,
Et me (si quid et me conuenit inter uiros numerare)
Sene imbecille. ne quando hi adulti
De auunculis exigant sanguinis pœnam.
Ego uerò, reliquit enim me hisce in ædibus

Nutritorem

Nutritorem filiorum domesticum, quando terræ
Obscuram caliginem ingrederetur filius meus
Cum matre, filios (ne moriantur) Herculis
Ad aram colloco hanc seruatoris Iouis,
Quam uictricis hastæ memoriale statuit,
Minyis superatis, meus generosus filius.
Omnium uerò egeni has sedeis obtinemus,
Ciborum, potus, uestitus, non strato solo
Latera ponentes. etenim excluſi
E' domo sedemus, inopia salutis.
Ex amicis autem alios quidem non certos uideo amicos:
Qui uerò sunt rectè, impotentes sunt ut iuuent.
Talis res est hominibus ipsa infœlicitas, «
Quam nullus unquam (quicunque uel mediocri- «
ter amicus mihi) «
Assequatur, amicorum examen certissimum. «
MEG. O senex, Taphiorum qui olim expugnasti ciuitatem,
Imperator ductans inclitas Thebanorum hastas:
Vt nihil hominibus à dijs certum.
Ego enim neq; ad patrem profecta sum à fortuna,
Eo quod diuitijs potens gloriatus est olim
Habens tyrrannidem, cuius longæ hastæ gratia
Volant ex cupiditate corpora in fœlicia.
Habens præterea liberos, & me tradidit filio tuo,

Insigne coniugium Herculi elocans.
Et nunc illi quidem mortui auolarunt:
Ego uerò & tu, sumus morituri, ô senex,
Ipsíq; Herculani filij, quos sub ala complexos
Seruo, pullos gallina ueluti, contracta.
Hi uerò ad inquisitionem alius aliunde ueniens,
O mater (inquit) ubi pater abest terrarum?
Quid facit? unde ueniet? iuuentute uerò errantes
Quærunt parentem. ego autem protraho,
Dictis consolans. admiror uerò, quando
Fores crepant, & quiuis assurgat pede,
Tanquam ad paterna lapsuri genua.
Nunc igitur, quam spem, aut locum salutis
Exquiris, ô senex? ad te enim respicio.
Quoniã neq; terræ terminos egredi possumus clam,
Custodiæ enim nobis potentiores in exitu:
Neq; in amicis spes salutis
Amplius sunt nobis. Quod igitur consilium habes,
Dicito communiter, ne moriendum sit.
» Tempus uerò protrahimus, existentes imbecilles.
AM. O filia, non facile huiusmodi
Prompte admonere conantem, absq; labore.
MEG. Mœroris quid impedit te? num amas adeò ut
» AM. Et hac gaudeo, & amo spes. (tam?
» MEG. Et ego. sperare sed insperata, non conuenit,
» AM. In ipsa mora malorum sunt remedia. (senex.

MEG.

Digitized by Google

MEG. *Sed quod interest, me (triste existens) cruciat*
tempus.
AM. *Vtinam contingat, ô filia, prosper cursus*
Ex præsentibus mihi & tibi malis,
Veniatq; aliquando filius meus, coniunx uero tuus.
Sed quiesce, & lachrymosas filiorum
Fontes aufer, & consolare dictis,
Decipiens fabulis, miseræ deceptiones quamuis,
Deficiunt certe & mortalium calamitates, cc
Et flatus uentorum non semper impetum habent. cc
Quiq; fœlices sunt, non perpetuò fœlices: cc
Decedunt enim omnia à se mutuo seorsum. cc
Hic autem uir optimus, qui Phebus cc
Confidit semper. non autem sperare, uiri ignaui. cc
CHO. *Sublimia atria, & antiqua*
Cubilia circum baculis
Nisum ponens, accersitus sum lugubrium
Luctuum cantator, ueluti cana auis,
Verba tantum, & uisio noctu apparens
Nocturni somni.
Tremula tantum, sed tamen animo lubenti.
O filij filij patre
Carentes. O *senex,*
Tuq; misera mater, quæ
Eum qui est Plutonis in ædibus maritum
Ingemiscis.

Digitized by Google

Ne offendatis pedem, grauiaq; membra,
Tanquam ad saxosam
Rupem, coniugatum
Equum emittentes, tanquam
Onus gestans in curru trahentis equi
Apprehende manum & uestes.
Cuius defecit pedis languidus gressus,
Senex senem deducito,
Olim inter æqualium labores
Cui arma hastæ recentes
Iuueni aderant olim, inclitißimæ
Patriæ non opprobria.
Videte patris quod acres hi aßimiles
Oculorum nitores.
Ipsum certe infortunium non abest à filijs,
Neq; abest gratia.
O Græcia, auxiliatores
Quales quales amittens,
Istis priuaberis.
Sed aspicio enim huius dominum terræ,
Lycum præsentem has domos prope,
Herculis patrem & uxorem.
LYC. An conuenit me, interrogo, licet autem, quoniam dominus
Vester constitutus sum, interrogare quæ uolo?
Quousq; quæritis producere uitam?

Quo

Quam ſpem auxiliumq; reſpicitis, quo minus mo-
riamini?
Num apud Plutonem patrem horum qui eſt
Creditis uenturum? itaq; ultra meritum
Luctū producitis, quandoquidē mori uos neceſſe eſt?
Tu quidem per Græciam iactans uerba inania,
Quod riualis tuus Iupiter genuerit filium:
Tu uero, quod optimi uiri diceris uxor.
Quid adeò magnum tuo patratum eſt à marito,
Hydram paluſtrem ſi perdidit interficiens?
Aut Nemeam beluam? quam laqueis capiens
Manuum dicit ſuffocationibus interfeciſſe.
Iſtis é periculo uos ſubducitis? horum ne gratia
Herculis filios non mori conuenit?
Qui adeptus eſt opinionem (nil exiſtens) fortitu- ‹‹
dinis,
Ferarum in prælio. cæterum nihil fortis. ‹‹
Qui nunquam habuit clypeum ad ſiniſtram manū, ‹‹
Neq; uenit haſtam prope, ſed arcum habens, ‹‹
Ignauiſſima arma, ad fugam promptus erat. ‹‹
Viri uero indicium, non arcus animoſitatis, ‹‹
Sed qui manens aſpicitq; et è regione aſpicit, ‹‹
Haſtæ uelocis ictum, conſtitutus in acie.
Habet uero meum factum non impudentiam, ſenex,
Sed prudentiam. conſcius enim ſum, interfeciſſe
Creontem patrem huius, & thronos poſſidens.

Nos

Non igitur enutritis hiſce, ultores meos
Volo reliquiſſe anteactorum pœnam.
AM. Sui quidem Iupiter defendat partes
Filij. quod uero ad me, ô Hercules, mihi curæ eſt,
Dictis inſignem huius ſtultitiam pro te
Coarguere. male enim te non permittendum audire.
Primum itaq; nefanda (inter nefanda enim
Tuam eſtimo timiditatem Hercules)
Teſtibus dijs, conuenit me amouere abs te.
Iouis fulmen uero interrogo, currusq;,
Quos conſcendens, ipſis terræ natis
Gigantibus, lateribus uolatiles adaptaſſet ſagittas,
Ipſam uictoriam cum dijs celebrauit,
Quadrupedem iniurioſam Centaurorum ſobolem,
Ad Pholoën profectus, ô peßime rex,
Interroga quem uirum optimum iudicauerint,
An non filium meum, quem tu ais eſſe uiſum?
Dirphenq; interrogans, quæ te educauit, Abantidē,
» Non certe laudauerit. non eſt enim, ubi
» Strenue quid agens, teſtem accipias patriam.
Sapientißimū uero inuentum, ſagittariam armaturā
Reprehendis. audiens nunc itaq; à me, ſapiens fias.
» Vir armatus graui armatura, ſeruus eſt armorum.
» Et qui in eodem ordine ſunt, exiſtentibus non ſtre-
nuis,
» Ipſe occumbit timiditate eorum qui prope ſunt.

Vbiq;

Vbiq; fregerit haſtam, non habet à corpore
Mortem ut depellat, habens uires quamuis.
Quotquot uero ſagittis manum habent certam,
Vnum certe hoc optimũ, innumeras ſagittas mittens
Alijs, ſuum corpus ſeruat ne oppetat.
Eminus autem ſtans, hoſtes ulciſcitur,
Cæcis cernentes vulnerans ſagittis,
Corpusq; non exhibet hoſtibus.
Verum in tuto eſt. Illud uero in pugna
Sapientiſſimum eſt, hoſtes lædentem,
Seruare corpus, ne incidas in graſſantes.
Sermones quidem hi, tuis contrariam
Sententiam habent de re propoſita.
Pueros uero cur iſtos occidere uis?
Quid tibi fecerunt? in qua re exiſtimem ſapientem,
Si optimorum filios, ipſe exiſtens malus,
Times? Sed hoc tamen nobis graue,
Si ignauiam tuam moriendum eſt propter.
Quod æquum erat te à nobis præſtantioribus pati,
Si Iupiter æquum haberet erga nos animum.
Quod ſi habere huius ſceptra terræ ipſe uis,
Sine nos exules egredi terram.
Vim uero facies nequaquam, aut patieris maiorem,
Cum fortunæ tibi ſtatus permutatus fuerit.
Heu.
O terra Cadmi, etenim ad te deuenio,

Digitized by Google

Verba probrosa conuicians,
Tali modo fertis opem Herculi, filijsq;?
Qui unus Minyis cum omnibus pugna congressus,
Thebis fecit lucem liberam uidere.
Neq; Græciam laudo, neq; sustinebo unquam
Tacens, pessimam experiens erga filium meum,
Quam conueniebat pueris istis, ignem, hastas, arma
Ferentem, uenire maximas propter pestes,
Terræq; in retributionem, quarum laborauit gratia.
Hæc uero non, ô filij, uobis, neq; Thebana ciuitas,
Neq; Græcia præstat: sed ad me imbecillem amicum
Respicitis, nihil existentem, nisi linguæ strepitum.
Robur enim defecit, quod antè habuimus.
Senectute uero tremula membra, & euanidum robur.
Si uero essem iuuenisq;, & adhuc corporis potens,
Arrepta hasta huiusce flauas comas
Cruentassem, ita ut Atlanticos ultra
Fugeret terminos præ timiditate meam hastam.
» An non occasionem dicendi præstantes
» Mortalium habens, etsi tardus quis fuerit ad dicendum?
LYC. Tu quidē dicito in nos, quibus abundas dictis:

Ego

Digitized by Google

Ego uero faciam tibi pro dictis male.
Age, alij quidem ad Heliconem, alij Parnaſsi ad
ualles
Abſcindant iube profecti ſylueſtres quercus
Truncos. poſtquam uero attraxerint, ad urbem
Aram circumſtruentes, utrinq; conſtructa ligna
Accendite, ipſorumq; comburite corpora
Omnium, ut ſciant quod non mortuus
Imperet terræ huic: ſed ego nunc in præſentia.
Vos uero ſenes, meæ contrarij
Sententiæ exiſtentes, non ſolum lugetis
Herculanos filios: uerum & domos,
Calamitatem ubi acceperint aliquam. memineritis
uerò,
Serui quod ſitis meæ tyrannidis.
CHO. O terræ exercitus, quos Mars ſeminat olim,
Amplas draconis uacuans maxillas,
Non ſceptra manus dextræ ſtatumina
Tollitis? & huius uiri impium caput
Cruentatis? qui non Thebanus exiſtens,
Imperiũ obtinet peßimus iuuenũ, aduena exiſtens?
Sed non mei tu dominaberis lætus unquam,
Neq; quæ elaboraui multa ego patrans manu
Habebis. Sed male abiens unde ueniſti, illic
Petulans ſis. me enim uiuente non interficies unquã
Herculis filios. non uſq; adeò terram

Infra

Digitized by Google

Infra ille occultatur desertis filijs.
Quoniam tu quidem terram hanc perdidisti:
Ille uero cum auxerit, meritum non consequitur.
Et deinde faciam egregrie ego, amicis meis
» Mortuis benefaciens, ubi amicis maxime opus est.
O dextra manus, ut desideras apprehendere hastam,
Sed per imbecillitatem fortunam amisisti.
Quoniam te compescerem, seruum appellantem me,
Et has Thebas glorioſe incoleremus,
» Quibus tu insultas. Non enim recte sapit ciuitas,
» Seditione laborans, & malis consultationibus.
Non enim unquam te dominum accepisset.
» MEG. O senes laudo. Amicos enim propter
» Iras iustas amicos habere conuenit.
Nostri sed gratia dominis irati,
Potiamini nihil, meam uero Amphitryo
Sententiam audi, si quid tibi uideor dicere.
Ego amo quidem liberos. quid ni enim amarem?
Quæ peperi, quæ enixa sum? & mori
» Miserum puto. Necessitati uero
» Qui obnititur, læuum existimo hominem.
» Nos uero quoniam oportet mori, mori conuenit,
» Non igne ambusti hostibus risum
» Exhibentes, quod mihi ipsa morte maius malum.
Debemus enim multam domibus honestatem.
Te quidem existimatio cæpit glorioſa rei bellicæ,

Digitized by Google

Itaq; non tolerabile per timiditatem mori.
Meus uerò absq; teste glorioſus maritus,
Qui hoſce filios nollet ſeruari
Famam malam adeptos. Generoſi enim
Male audiunt apud hoſtes, propter filios.
Mihiq; imitatio uiri non repudianda.
Sed conſiderato tuam ſpem. quatenus colligo,
Venturum exiſtimas filium tuum ſub terra.
Et quis mortuorum reuerſus eſt à Plutone?
Verum ut ſermonibus eum molliamus,
Minime fugere improbum uirum hoſtem conuenit:
Sapientibus uerò cedere, & educatis honeſte.
Facilius enim per uerecundiam monens, grata eſſe-
ceris.
Modò uerò in animum uenit, ſi deprecando impe-
traremus
Exilia filiorum horum. Verum etiam hoc miſerum,
Paupertate cum miſerabili acquirere ſalutem.
Quoniam hoſpitum uultum fugiunt amici,
Vnum diem gratum aſpectum habere aiunt ſolum.
Audeto nobiſcum mortem, quæ manet te nihilo-
minus.
Prouocamus ingenuitatem, ô ſenex, tuam.
Qui à dijs ſunt etenim, quicunq; perferre conatur
caſus,
Fortis eſt. ſed fortitudo hæc caret prudentia.

Quod enim facto opus est, nullus deorum non effi-
ciet unquam.
CHO. Si quidem ualentibus meis brachijs
Esset aliquis contumelioſus, facile compeſceretur.
Iam uerò nihil ſumus. tuum ergo, exinde conſide-
rare,
Quomodo propulſes fortunas, ô Amphitryo.
AM. Non timiditas, neq; uitæ amor
Mori prohibet me, ſed filio uolo
Seruare filios. alias impoßibilia uiderer ex-
petere.
Ecce adeſt hoc gladio iugulum
Ferire, trucidare, exire ex patria.
Vnam uerò nobis des gratiam, ô rex, oramus,
Occide me & hanc miſeram ante filios,
Ne filios aſpiciamus (impium ſpectaculum)
Morientes, & inuocantes matrem,
Patriſq; patrem. cætera uerò, ſi cupis,
Age: nõ enim robur habemus, quo minus moriamur.
MEG. Et ego te oro, gratiæ addere gratiam,
Vt ambobus tu unus præſtes bifariam.
Ornatum concede mihi filio addere funerum,
Domo aperta. nunc enim excludimur.
Sed ut hæc ſortiantur de facultate patris.
LY. Erunt hæc, aperire claußra famulis dico.
Ornamini, intro profecti, non inuideo peplis.

Vbi

Vbi uerò ornatum circumpoſueritis corporibus,
Veniam ad uos inferæ immolaturus telluri.
ME. *O filij, ſequimini miſerum matris pedem*
Paternum ad atrium, ubi facultatum
Alij potiuntur, nomen uerò reſtat uobis adhuc.
AM. *O Iupiter, fruſtra ſanè corrivalem te habui,*
Fruſtra etiam filij ſanè templum celebrauimus.
Tu utique eras deterior quàm credebaris eſſe amicus.
Virtute te ſupero, mortalis exiſtens, deum magnum.
Filios enim non prodidi Herculis.
Tu uerò ad cubilia quidem occultus nouiſti uenire,
Aliena coniugia concedente nemine acipiens:
Seruare autem tuos neſcis amicos.
Rigidus quiſpiam es deus, aut iniquus es.
CHO. *Cantum lugubrem quidem fœlici*
Cantione accinit Phœbus,
Pulchrè ſonantem citharam
Pulſans plectro aureo.
Ego uerò qui ſub terra inferorumq; ad caliginem
Profectus eſt filium, ſiue Iouis ipſum dixero,
Siue Amphitryonis filium,
Celebrare ſecundum ſeries laborum

994

Honorificâ laudatione uolo.
» Fortium enim uirtutes laborum
» Mortuis decus sunt.
Primum quidem Iouis syluam
Vacuauit leone.
Flaua pelle uerò amictus est,
Flauum caput cum in tergum retorsisset
Vasto rictu beluæ.
Et monticulorum agrestium
Centaurorum sobolem olim
Vulnerauit arcubus cruentis,
Interficiens alatis iaculis.
Conscius est Peneus, qui pulchros habet gurgites,
Longaq; arua camporum sterilia,
Et Peliaci incolæ,
Vicinique Homoles habitantes
Inter piceas, unde manus
Armantes terram Thessalorum
Equitationibus uastabant.
Et aureum caput habentem
Capream, uario dorso præditam,
Vastatricem uenatorum,
Interficiens, uenatorium spectaculum,
Oenea quendam exhilarat.
Quadrigasq; ascendit,
Et frenis domuit equos

Diomedis,

Digitized by Google

Diomedis, quæ cruentis præsepibus
Effrenatæ dilaniabant,
Cruentos cibos suis maxillis
Pugnis clamosis inhospitales.
Trans uerò argentifluum
Hebrum traiecit, laborem
Mecœneo laborans domino.
Et Peliacum littus,
Anauri iuxta hostia.
Cycnum uerò hospitum interfectorem
Sagittis interfecit Amphareis,
Habitatorem inhumanum.
Cantatricesq; ad uirgines
Venit, Hesperiam ad aulam,
Aureis ab ramis poma ferentem
Manu fructum destringens,
Dracone habente fuluum dorsum,
Qui inaccessibilem iuxta ramum
Ramum custodiebat,
Interfecto. marinosq; maris
Secessus ingressus est, mortalibus
Columnis insignitos faciens remigatione.
Cœliq; sub mediam
Sustulit manus sedem,
Atlantis domum accedens.
Stelliferasq; sustinuit domos,

Sua fortitudine, deorum.
Equestremq; Amazonum exercitum,
Mæotin circa fluminosam
Iuit per Euxinum mare.
Quem nam non à Græcia
Exercitum congregans amicorum,
Virginis bellicosæ peplorum
Aureum ad amictum,
Balthei ad perniciosas prædas.
Inclita uerò Græcia accepit
Barbaræ puellæ spolia,
Et seruat Mycenis.
Et mille capita habentem,
Clamosum canem Lernæ,
Hydram igne combussit,
Iaculisq; circumdedit,
Tricorporem quibus
Interfecit pastorem Erythiæ.
Cursuumq; aliorum monumenta fœlicia
Peragrauit. Lachrymosum
Nauigauit ad Plutonem, laborum finem,
Vbi defunctus est miser
Vita, nec reuersus est.
Tecta uerò carent amicis.
Hanc autem non reducem suis liberis
Charontis manet in naue,

Digitized by Google

Vitæ uiam impiam,
Iniuſtam. ad tuas uerò manus
Reſpicit corpus præſentis.
Quod ſi ego uiribus pubeſcerem,
Haſtamq; uibrarem in pugna,
Thebanorumq; coætanei,
Liberis utiq; adeſſem
Auxilio. Sed nunc deficio
Secundum fœlicem pubertatem.
Sed aſpicio enim hos mortuorum
Indumentum habentes,
Iſtos magni olim filios
Antea Herculis, uxoremq; charam
Iuxta ſe catenatis pedibus trahentem
Liberos, & ſenem patrem Herculis.
Me miſerum.
Lachrymas quoniam nequeo continere,
Seniles oculorum amplius fontes.
ME. Age, quis ſacerdos, quis uictimarius horum infœlicium,
Aut quis miſeræ meæ animæ occiſor?
Paratæ ut ducantur uictimæ ad Plutonem hæ.
O filij, ducimur copula indigna ſimerum,
Simul ſenes, & iuuenes, & matres.
O fatum infœlix, meumq; & filiorum,
Hos quos ultimo oculis aſpicio.

Digitized by Google

Peperi quidem uos, sed hostibus educaui,
Ad ignominiam, & ludibrium, ac perditionem.
Eheu. certe multum me ab opinione excusserunt
spes.
Quam patris uestri ex sermone olim speraui.
Tibi quidem Argos legauerat mortuus pater.
Eurysthei uerò inhabitaturus eras ædes,
Fructuosæ imperium obtinens Pelasgiæ.
Vestitumq; beluæ circumponebas tuo capiti
Leonis, qua ipse armabatur.
Tu uerò eras Thebanorum currus amantium rex,
Hæreditatem integram meam terræ possidens.
Sic persuasum habuit pater tuus.
In dextram uerò tuam, auxiliatricem
Clauam demittebat, Dædali fallax donum.
Tibi uerò, quam uastauit porro iaculantibus olim
Telis daturum Oechaliam promisit.
Tres uerò existentes, triplici imperio
Pater muniebat, magna spirans ob fortitudinem.
Ego uerò uxores deligebam ex optimis,
Affinitates contrahens ex Athenien sium terra,
Spartæq;, Thebisq;, ut annectentes funes
Rudentibus uitam haberetis fœlicem.
Et ista cassa. permutata enim fortuna,
Sponsas quidem habere uobis Parcas dedit,

Mihi

Digitized by Google

Mihi uero lachrymas lauacra.me miseram.
Auus uero celebrat nuptias hic,
Plutonem æstimans socerum,ex affinitate patris.
Eheu.quem uestrum primum,aut quem ultimum
Pectori applicabo?cui admoucbo os?
Cuius capiam?quomodo ueluti flaua
Apis conferre possum ex omnibus luctus?
In unum uero conferens uberes dem lachrymas?
O charißime,si quis uocem exaudit
Mortalium apud Plutonẽ,tibi hæc ô Hercules dico.
Moritur pater tuus,& filij:pereo autem ego,
Quæ antea beata propter te uocabar mortalibus.
Fer opem,adsis, & umbra appareto mihi.
Satis namq; ueniens superq; fueris tu.
Ignaui enim contra te,qui filios interficiunt tuos.
AM. *Tu quidem funebria ornata fac mulier,*
Ego uero te ô Iupiter manus ad cœlum tendens
Compello,liberis,siquid hos adiuuare
Vis,ferre opem,quoniam mox nullam feres.
Quamuis uocatus es sæpe,frustra laboro.
Mori enim,ut apparet,necesse est.
Sed ô senes,breuis quidem hæc uita. ‹‹
Hanc uero ut suauißime transigatis,
Ex die ad noctem nulla tristitia affecti.
Quoniam spes quidem tempus nescit ‹‹
Seruare:hoc sui gratia qui affectat,frustratur. ‹‹

Digitized by Google

» Aſpicite me, qui etiam conſpicuus mortalibus,
» Præclara peragens, & me deiecit fortuna
» Veluti plumam ad æthera una die.
» Sed diuitiæ magnæ, & gloria, neſcio cui
» Stabiles ſint. Valete. uerum enim amicum,
» Vltimo nunc, ô æquales, uidetis.
MEG Ehem.
O ſenex, uideo nœa chariſſima? aut quid dicam?
AM. Neſcio, ô filia. ſtupor uero & me tenet.
MEG. Hic eſt, quem ſubtus terra audiuimus,
» Niſi ſomnium in luce quoddam uidemus.
Quid loquar? qualia ſomnia deficiens uideo?
Non eſt hic alius niſi tuus filius, ô ſenex.
Huc ô filij pendeatis paternis à ueſtibus.
Ite, accelerate, ne dimittatis, quoniam Ioue
» Seruatore uobis nihil eſt hic inferior.
HER. O ſalue atrium, & ueſtibula laris mei,
Quàm lubens te aſpexi, ad ſuperos reuerſus.
Ehem, quid rei? filios uideo ante domum,
Ornatu funebri capite coronatos.
Turbaq; in uirorum meam uxorem,
Patremq; lachrymantem ob calamitatem quandam.
Age, interrogabo iſtos propè conſtitutus.
Vxor, quid nouum uenit domibus uſui?
ME. O chariſſime uirorum, ô lumen ueniens patri,
Ades, ſeruatus es, ad periculum ueniens amicis.

HER.

Digitized by Google

HER. Quid ais? quam in turbam uenimus, pater?
MEG. Perijmus. Tu uero senex ignosce mihi,
Si præripui quæ te loqui ad hunc conueniebat.
Fœminæ enim quodammodo magis miserabiles maribus.
Et mei perierunt filij, perij etiam ipsa.
HER. O Apollo, quibus procœmijs incipis sermonẽ?
MEG. Oppetierunt fratres, & pater meus senex.
HER. Quem ais? quid faciens? aut bellum quod incidens?
MEG. Lycus ipsos inclitus terræ rex peremit.
HER. Armis congressus, aut dißidente terra?
MEG. Ex seditione Cadmi septem portas habens occupat imperium.
HER. Quid igitur ad te, & senem peruenit metus?
MEG. Interficere uult patrem, & me, & liberos.
HER. Quid ais? metuens pupillos meos?
MEG. Ne quando Creontis mortem ulciscantur.
HER. Ornatus uero uestrum quis inferorum?
MEG. Mortis hunc iam amicti sumus amictum.
HER. Et per uim morieminí? ô infœlix ego.
MEG. Amicis priuati, te uero mortuum audiuimus.
HER. Vnde uero ad uos hæc peruenit desperatio?
MEG. Eurysthei nuncij annunciarunt hæc.
HER. Cur uero reliquistis domum, laresq; meos?
ME. Per uim, pater quidem eiectus strato ex molli.

HER.

Digitized by Google

» HER. Neq; habuit pudorẽ, senẽ ignominia afficere
» ME. Pudor enim hinc habitat diuinus procul.
» HER. Sic uero absentes carebamus amicis?
» ME. Amici sunt uero infœlici qui nam?
HER. Prælia uero contra Minyas quæ subij, negle-
xerunt?
ME. Caret amicis (ut iterum tibi dicam) infœlicitas.
HE. Quin abijcitis Plutonis hos amictus à capite
Et lumen suspicit is pro infernis tenebris,
Gratas uicißitudines oculis aspicientes?
Ego uero, nunc enim meæ opus est manus,
Primo quidem ibo, & diuam domos
Nouorum tyrannorum, caput uero impium absci-
dens
Proijciam canibus tractionem. Thebanorum uero
quotquot
Ingratos deprehendo, bene affectos à me,
Victricibus istis armis subigam.
Reliquos uero alatis dißipans telis,
Mortuorum totum Ismenum implebo cæde,
Dircesq; latices limpidi cruentabuntur.
Cui enim me opem ferre potius quàm uxori cõuenit,
Et filijs, & seni? Valeant labores.
Frustra enim eos præ ijs confeci.
Nam conuenit me pro istis (siquidem hi pro patre)
Mori pugnantem. aut quid dicendum egregium,

Cum

Cum hydra quidem congressum prælio, leoneq;
Eurysthei ductibus, sed pro meis liberis
Non amoliar mortem? non sanè Hercules
Victoriosus, ut antea, dicar.
Aequum est, parentes adiuuare liberos,
Patremq; senem, & participem nuptiarum.
AM. Tuum quidem est ô fili, amicis esse amicum,
Et inimica odisse. sed ne festines nimis.
HER. Quid uero fit in istis citius quàm oporteat, pater?
AM. Multos pauperes, diuites uero sermone
Visos esse, auxiliares rex habet.
Qui seditionem mouerunt, & perdiderunt rempublicam,
Propter direptionem proximorum. res uero familiaris
Sumptibus perijt. dilapsa ob inertiam.
Visus es accedens ciuitatem: postquam uero uisus es, uide
Inimicos congregans, ne præter opinionem cadas.
HER. Curæ est nihil, etsi me tota uidisset ciuitas.
Auem uero cum uidissem quandam non in auspicatis sedibus,
Cognoui calamitatem quandam in domũ incidisse,
Itaq; ex consulto tacitus ingressus sum terram.
AM. Recte. procedens nũc, & salutato Vestam,

Et

Et da paternis ædibus tuum ultum aſpicere.
Veniet enim ipſe, tuam uxorem & liberos
Tractaturus, interfecturus, & me iugulaturus rex.
Manenti uero hoc in loco omnia tibi fient,
Et ſecuritate fruêris, ciuitatemq; tuam
Nõ prius turbaueris, quàm hæc bene poſueris, ô fili.
HER. Faciam hæc. rectè enim dixiſti, ibo intra domos.
Tandem uero reuerſus ex opacis ſeceßibus,
Plutonis puellæ infernalis, non negligam
Deos alloqui primum domeſticos.
AM. Veniſti enim reuera ad domos Plutonis, ô fili?
HER. Et beluam ad ſuperos tricipitem duxi.
AM. Pugna ſuperans, aut deæ ex dono?
HER. Prælio, ſacerdotum infernalium ſacra feliciter aſpexi.
AM. Num & in domo eſt Euryſthei beluæ?
HE. Hecates ipſum lucus, Hermioneq; habet oppidũ.
AM. Neq; ſcit Euryſtheus, te ſupra terrã redijſſe?
HER. Non nouit, profectus quæ hic aguntur ut ſcirem prius.
AM. Tempus uero quomodo tantũ fuiſti ſub terra?
HER. Theſea ad ſuperos ducens moram traxi in Plutonis, ô pater.
AM. Et ubi eſt? num ad terræ patriæ iuit ſolum?
HER. Abijt Athenas, ab inferis lubens fugiens.

Sed

Digitized by Google

Sed eia ſequimini ô filij in domum patrem,
Lætiores certe introitus quàm exitus
Adſunt uobis. ſed fiduciam ſumite,
Et lachrymas ex oculis non amplius edite.
Tuq; ô uxor mea, animum recipe,
Aq; trepidatione ceſſa, & dimittite meas ueſtes.
Non enim alatus ſum, neq; effugiam amicos.
A, hi uero non dimittunt, ſed implicantur peplis.
Tanto magis ſic ueniretis in nouaculæ.
Traham accipiens ſanè ſcaphulas manibus,
Nauis uero quaſi attraham. etenim non abnuo
Obſequium filiorũ. Omnes res hominũ pares ſunt.
Amant liberos quiq; præſtantes ſunt mortalium,
Quiq; obſcuri. pecuniarum autem expetentes alij
Sunt, alij uero non. omne uero amat liberos genus.
CHO. Ipſa iuuenta mihi gratum
Pondus, ſed ſenecta ſemper
Grauius Aetnæ ſcopulis
Capiti immines,
Oculorum tenebricoſum
Amictum obtegens.
Non mihi neq; Aſiatici
Regni diuitiæ ſint,
Non auri domus plena,
Pro ipſa iuuentute.
Quæ pulcherrima quidem in diuitijs,

Pulcherrima

» Pulcherrima autem in paupertate.
» Sed triſte lætaleq; ſenium,
» Odi. per fluctus uero
» Pereat. neq; unquam debet
» Mortalium ad domos & ciuitates
» Redire, ſed per æthera ſemper
» Alis feratur.
» Quòd ſi dijs eſſet prudentia,
» Et ſapientia apud homines,
» Geminam ſanè iuuentam attuliſſem,
» Manifeſtam notam
» Virtutis, quibus
» Adſuerit, & mortales
» Ad ſplendores iterum ſolis
» Duplices utiq; iuiſſem curſus.
» Sed ignobilitas ſimplicem
» Haberet uitæ modum.
Et hac nota, & improbos
Cognoſcere, & bonos,
Aequum eſſet, ueluti in nubibus aſtrorum
Nautis numeratio exiſtit.
» Nunc uero nullus index ex dijs
» Bonis, neq; malis certus,
» Verum fraude utens quædam uita
» Diuitias tantum comparat.
Non deſiſtam gratias

Muſis

Digitized by Google

Muſis contungens,
Suauiſſimam coniugationem.
Vtinam uiuam in fœlici Muſarum ſtudio,
Semper uerò in coronis ſim.
Adhuc certe uetulus cantor
Cantat memoria dignum.
Adhuc Herculis
Victoriam cantabo,
Et apud Bromium uini largitorem,
Et ad chelis ſeptem ſonos habentis
Cantum, & Libycam tibiam,
Nondum reliquimus
Muſas, quæ me tripudiare fecerunt.
Pæana quidem Deliades
Cantant circa portas,
Latonæ fœlicem filium,
In gyrum ducentes pulchram choream.
Pæanas etiam iuxta tua atria
Veluti cycnus uetulus cantor
Canis ex genis
Cantabo. Etenim bonam materiam
Cantionibus ſubminiſtrat
Iouis filius, egregia uerò facta
Maxime ſuperauit,
Laborans tranquillam
Fecit uitam mortalibus,

Deuastans timores beluarum.
LY. Opportune è domo Amphitryon egreditur.
Tempus enim iam longum, ex quo peplis
Ornatis corpus, & mortuorum ornamentis.
Sed age, filios & uxorem Herculis
Extra iube has apparere ædes,
Ea conditione qua promisistis ultrò condicti mori.
AM. O rex, iubes me misere affectum,
Iniuriamq; inferis erga morituros meos, (re.
In quibus conuenit te moderate (etsi uictor es) age-
» Sed postquam necessitatem addis nobis moriendi,
» Ferenda æque necessitas. faciendū quod tibi uidetur.
LY. Vbi igitur Megara? ubi filius Alcmenæ filij?
AM. Video quidem illam, tanquam foris existentem coniectari.
LY. Quam rem opinionis huius habes coniecturā?
AM. Supplicem ad inuiolatas laris sedere fossas.
LY. Incassum sanè supplicauem conseruare uitam.
AM. Etiam mortuum inuocat frustra maritum.
LY. Ille uerò non adest, utinam etiam nunquam ueniat.
AM. Non, nisi forsan quispiam deorum excitauerit ipsum.
LY. Abi ad eam, & educ è domo.
AM. Particeps essem cædis faciens hoc.

LY.

Digitized by Google

LY. Nos, quoniam tibi hoc est cordi,
Qui metus expertes sumus, educemus
Cum matre liberos. huc sequimini famuli,
Vt ocium soluamus, lubentes laborum. (forsan
AM. Tu igitur eas. uadis uerò, si fatum est. cætera
Alteri curæ erunt. Expecta uerò faciens male, "
Mali aliquid passurum. ô senes, recte "
Abit, laqueis retium capietur
Eris si feris, proximos sperans interfecturum,
Pessimus ille. abeo uerò ut uideam mortuum
Cadentem. præbet enim uoluptates, cũ moritur uir "
Hostis. cumq; soluit ob perpetrata pœnam. "
CHO. Commutatio est malorum. "
Magnus antea rex "
Iterum deflectet "
Vitam ad Plutonem. "
Hem iustitiam, & deorum "
Retro fluens fatum. "
AM. Venisti, quamuis sero, ubi pœnã dabis mortuus,
Iniuria afficiens præstantiores te.
CHO. Gaudia lachrymas "
Excusserunt. "
Iterum uenit, quæ antea
Nunquam animo sperauit
Se passurum terræ rex.
Sed ô senex, etiam domorum interiora

Digitized by Google

Consideremus, num agat quis ut ego cupio.
LY. Eheu. CHO. Hoc initium capit
Carmen mihi auditu
Gratum in domibus.
Mors non procul. clama,
Clama ingemiscens proœmium rex cædis.
LY. O tota Cadmi terra, pereo dolo.
CHO. Etiam perdidisti. talionem uerò persoluens
Sustine, dans ob patrata pœnam.
Quis nam deos iniquitate polluens mortalis existes,
» Stultum sermonem contra cœlites beatos
» Eloquutus est, quod utiq; nulla potentia præditi sint dij?
O senes, non amplius uiuit impius uir.
Silent atria. ad choros uertamur.
Amici enim fœlices sunt, quos ego cupio.
Certe choreæ, & tripudia curæ sint Thebanorum
Sacrum per oppidum.
Commutationes enim lachrymarum,
Commutationes fortunæ
Effecerunt carmina.
Abijt rex ille inclitus,
Sed antiquior
Victor est, postquam portum reliquit Acherontiæ,
Opinionem præter euenit spes,

Dij

Dij ipsi impios cunctantur & cc
Pios audire. cc
(Sed aurum & fœlicitas cc
Ad superbiam homines ducit, cc
Vim iniquam cc
Atrahens.) tandem enim dedit
Vicissitudinem (uel, pristinum statum) aspicere
Legem concedens, æquitati gratificans,
Fregit diuitiarum nigrum currum.
Ismeno est gestatio coronarum,
Politæq; septem portus habentis ciuitatis
Saltate plateæ.
Dirceq; pulchrè fluens,
Vnaq; Asopicæ puellæ
Patris aquam ite
Relinquentes concentrices
Nymphæ Herculis
Victorioſum certamen. ô
Apollinis arborifera rupes,
Musarumq; Heliconidarum domus,
Venite læto cantu
Ad meam urbem, meaq; mœnia,
Spartorum ubi genus apparuit,
Armatorum uirorum agmen, quod terram
Posteris incolit per uices,
Thebis sacrum lumen.

Digitized by Google

O lectorum duo cognata
Cubilia, mortalisq;
Et Iouis, qui uenit ad cubilia
Nymphæ Perseidos, & fidele
Mihi iam antiquum
Coniugium, ô Iupiter, tuum
Citra spem apparuit.
Claram enim ostendit tempus
Herculis uictoriam.
Qui terræ euasit ex penetralibus,
Plutonis domum relinquens infernalem.
Melior mihi tyrannus es,
Gratus ex progenie regum.
Quæ nunc aspicere licet
Armatorum præliorum ad
Certamen secundum æquitatem
Dijs adhuc placent.
Ehem.
Num in idem periculum uenimus metus,
O senes? quale uisum supra domum uideo?
Per fugam
Segnem tolle pedem, è medio curre.
O rex Apollo,
Depulsor fias mihi malorum.
IRIS. Confidite, Noctis hanc cernentes filiam
Lyssam, ô senes, meq; deorum ministram

Iridem.

Digitized by Google

Iridem. ciuitati enim nullum adſumus damnum,
Vnius ſed contra uiri corpora militamus,
Quem dicunt eſſe Iouis & Alcmenæ.
Antequam enim certamina perfeciſſet dura,
Neceßitas ipſum conſeruauit, neq; ſinebat pater
Iupiter ei nocere, neque me, neque Iunonem unquam.
Poſtquam uero labores confecit Euryſthei,
Iuno adiungere nouum ſanguinem ei uult
Filios interficienti, uolo quoque ego.
Sed eia inexorabilis occupans cor,
Noctis nigræ innupta ô uirgo,
Furoresq; in uirum hunc, & interfectrices filiorum
Mentis perturbationes, & pedum ſaltus
Impelle, commoueto, letalem emitte funem.
Vt cum interfecerit per Plutonicam uiam
Pulchrorum filiorum coronam propria manu,
Cognoſcat quidem illam Iunonis qualis ſit ei ira,
Diſcat uerò meam. Aut dij quidem ſint nihili,
Mortalia autem ſint magna, non dante pœnam.
LY. Ex generoſo quidem patre, & ex matre
Nata ſum, Noctis Cœliq; à ſanguine.
Officiaq; habeo hæc, non inuidere amicis.
Neq; gaudeo uadens ad homines amicos.
Admonere uerò prius quàm peccantem uideas,
Iunonem teq; uolo, ſi obtemperaretis meis uerbis.

Vir hic non obscurus, neq; in terra
Neq; apud deos, in cuius me mittis domum.
Inaccessas uerò regiones, & mare ferum
Cum purgauit, deorum excitauit solus
Honores, qui ceciderant impijs à uiris.
Teq; non adhortor mala ut uelis ingentia,
» IRIS. *Ne tu admoneas. etiã Iunonis mala consilia*
» *In optimum abeunt uestigiũ, potius quàm in malũ.*
LY. *Non moderate facere misit huc te Iouis uxor.*
IRIS. *Solem testamur, faciens, quæ facere nolo.*
LYS. *Si uerò eam me Iunoniq; inseruire, tibiq; ne-*
cesse est,
Celeriter, cumq; impetu sequi ueluti uenatorẽ canẽ,
» *Abeo quidem, neq; pontus sic fluctibus ingemiscens*
impetuose,
» *Neq; terræmotus, fulminisq; uis dolores spirans,*
» *Qualiter ego celeriter ferar in pectus Herculis.*
Et perrumpam atria, & domos diruam, (*sciet*
Filios interficiens primò. qui uerò interfecerit, ne-
Filios suos interficere, donec mea rabie destitutus
Ecce sit, & iam concutiet caput ab initio, (*sit.*
Et peruersos distorquet paulatim truces oculos,
Anhelitum uerò non recte trahet, ueluti taurus ad
incursum
Vehemens, imò mugit, furias inuocans infernales.
Mox te ego magis exagitabo, & inflabo metu.

Red

Digitized by Google

Redi ad Olympum sustollens ô Iris generosum pedē
In domū uero nos inuisibiles subibimus Herculis.
CHO. Eheu.
Luge, abradeq; tuum florem
Ciuitas, Iouis filius
Infœlix est. ô Græcia, quæ benefactorem
Amittis, perdis insanie Lyssæ
Agitatum interiore.
Abijt in curribus illa luctuosa,
Curribus uero dat stimulum ut noceat,
Noctis monstrum, centum capitibus,
Serpentum sibilationibus Lyssa, horrenda aspectu,
Cito fœlicem commutauit deus.
Cito uero à patre filij moriemini,
Heu mihi ob infœlicem. ô Iuppiter, tuū genus absq;
Lyssa uero te crudelis, indemnes (liberis mox.
Vindictæ, malis persequentur, ô tecta.
Incipitur tripudium absq; tympanis.
Non Bromio gratas per thyrsum, ô domi,
Ad cædes, non Dionysiacæ
Botrorum ad luxus proteruiæ
Cursu filij curritis.
Hostilis hæc hostilis
Cantio incinitur,
Venaturq; filiorum persequutionem.
Nunquam irrita intus

Rabies bacchabitur.
Hei malorum.
Hei iterum atq; iterum.
Senem ut lugeo
Patrem, & matrem,
Frustra filij generantur.
En, ecce,
Turbo concutit domum, corruit tectum.
Ei, ei, quid facis ô fili Iouis?
Atrio perturbationem immanem,
Vt contra Enceladum olim Pallas,
In domos mittis.
O alba senectute corpora, reuocas me qua uoce?
Perdita ea quæ intus. omen non aliud ducam,
Mortui sunt filij.
Ae, æ. lugete, quoniam lugenda sunt.
Hostiles cædes.
Hostiles uero parentum manus.
Nemo dicere queat magis quàm passi sumus,
Quomodo filijs lamentandam noxam,
Noxam à patre enarrare uis?
Dic, quomodo uenerunt à dijs
Ad atria mala hæc,
Miserosq; puerorum casus?
NVN. Sacræ quidem erant ante ædes Iouis
Lustrationes domorũ, terræ rege postq̃ interfecto

Eiecerat

Eiecerat ex his ædibus Hercules.
Chorus uero pulchre institutus erat ex peplis,
Paterq;, Megaraq;, circum iam canistrum
Ferebatur aram. uocem uero sanctam habebamus.
Erat uero torrem manu dextra laturus,
In sacram aquam ut intingeret Alcmenæ filius.
Constitit cum silentio, & moram trahente ante
Filij intendebāt oculos, ille uero nō amplius idē erat,
Sed reuolutionibus oculis peruersus,
Fibrasq; in oculis cruentas emicans,
Spumam destillabat uillosæ genæ.
Dixit uero simul cum risu attonito, (sthea,
O pater, quid in animo, antequam interficiā Eury-
Lustralem ignem & labores duplices habeo,
Cum liceat mihi manu ritè facere ista?
Cum uero affixo huc caput Eurysthei,
Supra præsentes mortuos expiabo manus.
Effundite fontes, proijcite ex manibus canistra.
Quis mihi dat arcus? quis arma manus?
Mycenas eo. capere conuenit
Vectes, ligonesq; ut Cyclopum fundamenta
Rubra regula & opibus fabricata
Torto ferro communi opera diruamus ciuitatem.
Exinde procedens, currus non habens, habere
Dicebat, uehiculisq; ingressus est sedem. (rus
Et uerberabat, tanquam stimulo, sed uerberans ma-

Dupliciter

Dupliciter uero famulis erat risus, metusq; simul.
Et quispiam hoc dicebat, alius ad alium respiciens,
Iocatur nobiscum dominus, aut furit?
Ille uero ibat sursum & deorsum per tecta,
Mediam uero in aulam deueniens, ad Nisi ciuitatem
Venisse se dicebat, intra domus cum iuisset.
Recumbens uero ad pauimentū, ut illic præpararet
Prandium, digressus uero breui tempore à statione
Isthmi nemorosæ dicebat uenire ad arua.
Et ibi nudum corpus ponens à fibulis,
Contra nemmem certabat, & promulgabatur
Ipse à seipso uictor, nullius (mem,
Famā pronuncians, grauiter autem Eurystheo fre-
Erat Mycenis sermone, pater uero ipsum
Tangens forti manu, alloquutus est hisce:
O fili, quid est tibi? qui modus alienationis
Huius? nimirum cædes te dementauit funerum,
Quos modo interfecisti? ille uero Eurysthea putans
Patrē, pro alijs trepidantē suppliciē manus tangere,
Remouet. pharetram uero ornatam apparat,
Et sagittis petit suos filios, Eurysthei
Existimans interficere. hi uero trepidantes metu
Ruebant alius aliò, in ueste unus quidem
Matris miseræ, alius sub columnæ umbram,
Alius autem sub aram uelut auis trepidauit.
Clamat uero mater, O genitor quid agis? liberos
Interficis?

Digitized by Google

Interficis? clamat autẽ etiã ſenex, famulorumq; tur-
Hic uero euoluens filium columnæ in orbe, (ba
Sagittam diram pede aduerſo conſtitutus
Mittit ad epar. ſupinus uero lapideas
Columnas rigauit, expirans uitam.
Hic uero iubilauit, & iactauit hæc:
Vnus quidem pullus hic mortuus Euryſthei,
Inimicitiam paternam luens cecidit mihi.
Alteri quoq; intentauit arcum, qui ad altaris
Occultauit ſe fundamenta, ſic latêre putans.
Præuenit uero miſer ad genua cadens patris,
Et ad collum manum & ceruicem tendens,
O chariſſime (clamat) ne me interficias pater,
Tuus ſum tuus filius, non Euryſthei perdis.
Is uero immanem uiſum Gorgonis uertens,
Vt intra conſtitit puer triſtem iaculationem,
Inſtar fabri ferrarij ſupra caput feriens
Lignum demiſit filij in flauum caput,
Cõfregit uero oſſa. Secundũ uero cum interfeciſſet,
Pergit tertiã uictimã tanquam iugulando additurus
At præuenit, eum miſera intrò (duobus.
Mater eripiens, & claudit portas.
Hic uero tanquam in ipſis iam Cyclopeis exiſtens
Fodit, uectibus agitat fores. & cum eieciſſet foras
Vxorem & puerum uno proſtrauit ictu.
Et inde ad ſenis equitat cædem.

Sed

Sed adfuit imago, ut uidere licebat,
Pallas uibrans haſtam eum caßide ſecundum cor,
Et proiecit in pectus ſaxum Herculis,
Quod illũ à cæde ueſaniente prohibuit, & in ſomnũ
Demiſit (procumbit uero in ſolum ad columnam
Tergum concutiens, quæ ruina tecti
Diſrupti iacebat circa imas baſes)
Cum ſene uincula conſtringens laqueo.
Nos uero liberantes per fugam pedem,
Alligamus ad columnam, ut deſinens è ſomno
Nihil addat factis.
Dormit uero miſer ſomnum non fœlicem,
Liberis interfectis & uxore. ego quidem
Haud ſcio mortalium quis infœlicior.
CHO. Cædes erat, quam Argolica habet patria,
Tunc quidem maxime inſignis & optima
Græciæ Danai filiarum.
Sed ea ſuperauit, excellit
Tum mala miſero
Inſigni filio unicum filium habentis Prognes.
Cædem poſſum dicere dicatam Muſis.
Tu uero filios tres cum genuiſti, ô Iouis fili,
Rabioſo ſimul trucidaſti fato.
Quo gemitu aut luctu,
Aut mortalium uoce,
Aut Plutoni dicato choro reſonabo?

Ehem.

Digitized by Google

Eheu.
Videte, diuisa clauſtra
Iacent altarum ædium,
Eheu.
Videte hos filios ante patrem miſeros
Iacentes infœlicem,
Dormientem ſomnum grauem finita cæde.
Vincula uero, & ex multis laqueis nexuum,
Retinaculaq; Herculanum circa corpus,
Hæc lapideas alligata
Circa columnas domorum.
Hic uero uelut auis quæda, implumem ingemiſcens
Dolorem filiorum, ſenex tardo pede
Triſtem perſequens hanc ſolutionem adeſt hicce.
AM. Thebani ſenes, non per ſilentium
Somno ſolutum
Similis obliuiſci malorum?
CHO. Et te lachrymis deploro ô ſenex, &
Filios, & hoc uictorioſum caput.
AM. Longius diſcedite, ne
Strepitum edite, non clamate, ne
Bene ſopitum
Somnoq; deditum ſuſcitate.
CHO. Eheu, cædes hæc quanta? AM. A, a. diſcedite,
Perturbatur, expergiſcetur.
Quin tacite lamentationem

Lamentamini

Lamentamini ô senes? ne
Vinculis resuscitatus
Diruptis, perdat ciuitatem,
Patrem, atriáq; perrumpat.
CHO. Impoßibile impoßibile mihi est.
AM. Tace. Flatus cognoscam.
Age aurem admouebo.
CH. Dormit? AM. Imò, dormit somnũ pernicioſum,
Qui interfecit uxorem,
Interfecit filios, ab arcu edito
Plausu iaculans. CHO. Ingemisce nunc.
AM. Ingemisco filiorum perditionem.
CHO. Eheu mihi, tui filij.
Ae, æ. ô senex. AM. Tace, tace, conuersus
Expergefactus agitur.
Age occultatum corpus
In domo abscondam.
CHO. Bono sis animo, nox occupat palpebras filio (tuo.
AM. Videte, uidete.
Vitam quidem relinquere in
Malis non fugio miser.
Sed si me interfecerit, patrem existentem,
Ad hæc mala, mala patrabit,
Insuper Furijs cædem cognatam habebit.
CHO. Tunc mori te oportebat, cum uxori tuæ
Cædem sororum uolebas ulcisci,

Taphiorum

Taphiorum inclitam urbem uastans.
AM. Fugite ô senes
Longe à domo.
Fugite, fugite furentem
Virum expergefactum,
Mox cædem alteram cædi addens,
Furiet per Thebanorum ciuitatem.
HER. O Iupiter, quid filium odisti adeò ira cunde
Tuum, malorum uerò in hoc mare duxisti?
Ehem.
Viuus quidem sum, & uideo quæ me conuenit,
Aetheraq; & terram, radiosq; solis hos.
Vt in tempestate & mentis perturbatione
Cecidi graui, & spiritus feruentes spiro
Profunde, non firmiter à pulmonibus.
Ecce, quid uinculis uelut nauis subducta
Iuuenili pectore & brachio
Adsum fracto lapideo parieti?
Num mortuis locum uicinum occupo?
Alataq; sagittæ arcusq; sparsi sunt solo,
Qui antea adhærentes meis brachijs
Seruabant latera, & à me seruabantur.
Num descendi retro ad Plutonis iterum
Eurysthei reciprocum iter ad inferos profectus?
Sed neq; Sisypheum aspicio saxum,
Plutonemq;, neq; sceptra Cereris filiæ.

Certe attonitus sum. ubi sim hæsito.
Ohe, quis prope uel procul est amicorum meorum,
Ignorantiæ qui meæ medeatur?
Certe enim nihil noui factorum.
AM. O senes, ibo ad mea mala prope.
CHO. Et ego tecum unà. ne deseras hos casus.
HER. Pater, quid ploras, & contegis oculos,
A charissimo tuo procul filio profectus?
AM. Ô fili, es enim, etsi male agens, meus.
HER. Facio ego quid mali? quare lachrymaris?
AM. Noxam deorũ quis, dicite ei, deplorare queat?
HER. Magna hæc iactantia. fortunam uerò nondũ
AM. Vides enim ipse, si sapiens tam es. (narras.
HER. Dic, si quid noui adscribis meæ uitæ.
AM. Nisi apud inferos esset Bacchus, dicerem.
HER. Papæ, istud ut suspectum coniectura assequor
denuo. (sidero.
AM. Et te, si constanter animi compos es, iam con-
HER. Non certe captum me menini mente.
AM. Soluam ô senes uincula filij, aut quid agam?
HER. Quin qui ligauerit dicito, execranur enim.
AM. Tantundem scias malorum. cætera uerò o-
mitte.
HER. Satis est, tacite enim cognoscere uolo.
AM. O Iupiter, à Iunonis num uides sedibus hæc?
HER. Num quid ab illa hostile passi sumus?

AM.

Digitized by Google

AM. Deam omittens, tua cura mala.
HER. Perijmus. infortunium habiturus es
quod nam?
AM. Ecce, contemplare hæc filiorum cædes.
HER. Eheu, quam uisionem hanc uideo miser?
AM. Imbelle ô fili bellum intendisti filijs.
HER. Quod bellum narras? istos quis perdidit?
AM. Tu, & tua tela, & deorũ qui culpandus est.
HE. Quid ais? quid faciẽs? ô mala nuncians pater.
AM. Furiosus. interrogas uerò misera responsa.
HER. Num etiam uxoris sum ego occisor meæ?
AM. Solius omnia manus opera tuæ hæc.
HER. Ae, æ. luctuum enim me circumdat nubes.
AM. Propterea tuas deploro fortunas.
HER. Num enim concussi domum, aut dirui meam?
AM. Nescio, nisi unum, omnes res infœlices sunt
tuæ.
HER. Vbi uerò furor nos occupauit? ubi perdidit?
AM. Quando circa aram manus lustrares igne.
HER. Eheu. quid iam parco animæ meæ,
Charissimorum mihi cum sim filiorum occisor.
Quin eo saxi furiosi ad saltus,
Aut gladium ad ear infigens
Filiorum ultor sanguinis fiam?
Aut corpus meum comburens igni
Ignominiam, quæ manet me, repellam uitæ?

Digitized by Google

Sed impedimento mihi de cæde consiliorum
Theseus iste accedit, cognatus amicusq; meus.
Videbimur, & parricidiale odium
In conspectu ueniet charissimorũ hospitũ meorum.
Eheu. quid agam? ubi malorum solitudinem
Inueniam? alatus ne, aut per terram iter faciens?
Age capiti obducam tenebras,
Pudet enim me patratorum malorum.
Præterea huic expiandum sanguinem aspergens,
Nihil conscelerare insontes uolo.
THE. Venio cum alijs, qui apud Asopi fluenta
Manent armati terræ Atticæ iuuenes,
Tuo filio ô senex auxiliares ferens copias.
Fama enim uenit ad Erechtheidarum ciuitatem,
Quod sceptra agri huius accipiens Lycus
Ad bellum uobis & pugnam opponatur,
Persoluens retributiones, quæ in me contulit Hercules,
Cum seruaret me ab inferis. adsum, si quid opus est senex
Aut manu mea, aut sociorum.
Ehem. quid cadauerum horum repletum est solum?
Num posterior sum? & grauiorum malorum
Tardior expers sum? quis hos interfecit pueros?
Cuius existentem hanc uideo uxorem?
Non enim prælio pueri congrediuntur.

Verum

Verum aliud certe nouum inuenio malum.
AM. O oleis fertilem collem habitans.
THE. Cur me miserabilibus compellas proœmijs?
AM. Passi sumus passiones diras à dijs.
THE. Pueri isti qui sunt, ob quos lachrymaris?
AM. Genuit quidem meus filius infœlix:
Sed cum genitor esset, trucidauit,
Funestam cædem patrans.
THE. Auspicata loquere. AM. Cupidos iubes.
THE. O indignum facinus.
AM. Perijmus, actum est ocißime.
THE. Quid ais? quid faciens? AM. Vesanienti impetu
Perculsus, centicipitis tincturis hydræ.
THE. Iunonis hoc certamen quoddam ex dolo mortuis, ô senex.
AM. Meus meus hic filius,
Ille laborioßus, ad
Bellum giganticidum
Venit cum dijs Phlegræum
In campum armatus.
THE. Eheu, quis uirorum adeò infœlix est?
AM. Non facile cognoscas alium magis laborioßum,
Et magis errabundum inter mortales.
THE. Quid enim uestibus miserum obtegit caput?
AM. Reuerens tuum uultum,

Digitized by Google

Et amicitiam consanguineam,
Cædemq; filiorum.
THE. Sed ad condolentem ueni, detege ipsum.
AM. O fili, dimitte ab oculis
Vestem, reijce, faciem soli ostende.
» Autoritas opposita lachrymis contendit.
Supplicamus ad
Tuum mentum aduolutus, &
Genua & manum,
Senilesq; lachrymas emittens.
Io fili.
Contine leonis agrestis iram, cum
Fremitum ad lætalem impium stimularis,
Mala uolens malis addere, ô fili.
THE. Age, te sedentem miseras sedes
Compello, amicis uultum ostendere tuum.
Vide, si tenebrarum sic est nigra nubes,
Qui nam malorum tuorum casum uelit occultare.
Quid mihi protendens manum, significas cædem,
Ne inquinatio me tuæ aspergat alloquutionis?
Nihil curæ mihi est, unà tecum male habere.
Etenim olim fœlix fui, illuc redeundum,
Quando seruasti me in lucem, à mortuis.
» Beneficium enim senescens odi amicorum,
» Et bonis quidem qui frui uult,
» Vnà uerò nauigare cum amicis infœlicibus, non.

Quare

Quare assurge, detege miserum caput,
Respice ad nos. Quicunq; fortis mortalium, ‹‹
Fert deorum casus, neq; respuit. ‹‹
HER. O Theseu, uidisti horum certamen meorum filiorum?
THE. Audiui, & cernenti indicas mala.
HER. Quid ergo meum caput reuelasti soli?
THE. Ecquid, num polluis mortalis existens res ‹‹ deorum?
HER. Fuge ô ærumnose impiam inquinationẽ meã.
THE. Nullus malus genius amicis ab amicis. ‹‹
HER. Laudo. sed quod benefecerim tibi, nõ inficior.
THE. Ego uerò cũ beneficio affectus sim prius, misereor tui nunc. (beros.
HER. Miserandus adsum, meos qui interfecerim li-
THE. Ploro gratiam tuam in alijs calamitatibus.
HER. Inuenisti ne alios in malis maioribus?
THE. Læderis, diuinitus missa calamitate.
HER. Itaq; adornamus, ut moriamur.
THE. Videris minari quippiam dijs.
HER. Res dura deus ipse. contra uerò deos, ego. ‹‹
THE. Contine os, ne superba loquens malis pa- ‹‹ tiaris. (locetur.
HER. Plenus sum malorum, neq; amplius est ubi col-
THE. Quid uerò nunc ages? quò ferris furiosus?
HER. Mortuus, unde ueni, eo sub terram.

Digitized by Google

» THE. Dixisti seruilis hominis dictum. (ues.
» HER. Tu quidē extra existens calamitatem, me mo-
THE. Qui multa iam passus est Hercules, dicit hec!
HER. Certe tantum, si modò cum mensura laboran-
dum est.
THE. Benefactor mortalium, & magnus amicus!
HER. Hi uerò nihil iuuant me, sed Iuno uincit.
» THE. Non ferret Græcia inconsulte mori.
HER. Audi iam nunc, ut contendam dictis
Contra admonitiones tuas. explicabo uero tibi,
Nullam uiuendi rationem nobis & nunc & antea
esse.
Primum quidem ex hoc natus sum, qui cū interfecit
Matris senem patrem scelestus existens
Genuit, quæ peperit Alcmenam me.
» Cum enim fundamentum non iactum fuerit generis
» Recte, necesse est infœlices esse posteros.
Iupiter deinde, quicunque ille sit. Iupiter, inimicum
me genuit
Iunoni. Tu certe nihil doleas, ô senex,
Patrem enim pro Ioue existimo te ego.
Adhuc inlacte existenti, horrendos serpentes
Clam immisit in cunabula mea
Illa Iouis uxor, ut periremus.
Cum uerò carnis amictus nactus sum, (rare!
Pubescentes labores quos protuli, quid oportet nar-

Quales

Quales nam aut leones, aut tricorpores
Typhones, aut gigantes, aut quadrupedes?
Centauris repletum bellum an non confeci?
Et bicipitem & repullulantem canem
Hydram occidens? infinitorumq; aliorum laborum
Perueni caterua, & ad mortuos descendi,
Plutonis ianitorem canem tricipitem in lucem
Vt deducerem præceptis Eurysthei.
Postremùm uero hanc patraui cædem
Filios occidendo, domum ut accumularem malis.
Venio uero necessitatem ad hanc, neq; mihi charis
In Thebis habitare licet. quod si mansero,
Ad quod nam templum, aut cœtum amicorum
Ibo? nõ enim noxas, p quas me alloqui liceat, habeo.
Sed Argos ibo? quomodo? quin fugio patriam?
Age, sed ad aliam quandam ibo ciuitatem,
Et deinde toruè aspiciemur, ut cogniti fuerimus,
Linguæ amaris stimulis notati:
An non hic Iouis, qui filios interfecit olim,
Et uxorem? non ab hac terra statim abibit?
Dicto enim uiro fœlici olim,
Permutationes res tristis. cui uero semper male
Est, nil dolet, ex consuetudine infœlix existens.
Ad hoc uenturum me calamitatis puto olim,
Vocem enim edet tellus, interdicens mihi
Non attingere terram: & mare, non transire,

Pontesq; fluminum. & ipsum qui rotatur
Ixionem in uinculis imitabor.
Et ideo optimum est, nullum Græcorũ me aspicere:
In quibus utentes bona fortuna, eramus fœlices.
Quid nã me uiuere cõuenit? quam utilitatem habebi
Vitam inutilem & impiam cum habeamus? (mus,
Tripudiet uero Iouis illa inclita uxor,
Pulsans Olympij Iouis solea pedem.
Perfecit enim consilium quod statuit:
Virum Græciæ primarium cum ipsis fundamentis
Sursum deorsum uertens. huiusmodi deæ
Quis uota faceret? quæ propter mulierem,
Lecto inuidens Iouis, benefactores
Græciæ perdidit, insontes existentes.
THE. Non est alterius dei certamen hoc,
Quàm Iouis uxoris, bene hoc intelligis.
Consolari possem magis, quàm ut patiaris male.
Nullus enim mortalium fortunis expers est,
Neq; deorũ, poëtarum si modò non falsa dicta.
An non lectos inter se, illegitime
Violarunt? an non uinculis propter tyrannidem
Patres dehonestarunt? sed habitant tamen
Olympum, & æquo animo tulerunt cum peccarent.
Sanè quid dices, si tu quidem mortalis existens
Fers grauiter fortunas, dijs uero non?
Thebas itaq; relinque religionis gratia,

Sequere

Sequere uero nobiſcum ad ciuitatem Palladis.
Illic manus tuas purgans à piaculo
Domoſq; dabo, facultatumq; mearum partem.
Quæ uero à ciuibus dona habeo, cũ ſeruaui pueros
Bis ſeptem, taurum Cretenſem interficiens,
Tibi ea dabo. Paßim uero mihi in agro
Prædia ſunt ſeparata, ea cognominata
A' te poſthac à mortalibus uocabuntur,
Dum uiuis. mortuo uero te, quando ad Plutonis ueris,
Sacrificijs, lapideisq; tumulis
Cultum retribuet tota Athenienſis ciuitas.
Pulchrum enim ciuibus decus à Græcis, «
Virum fortem dum adiuuant, conſequi gloriam. «
Et ego beneficium tibi pro mea ſalute
Hoc retribuam, nunc enim indiges amicis.
Dij enim cum colunt, nihil opus eſt amicis, «
Satis enim ipſe deus, qui iuuat cum uult. «
HER. Eheu, non quadrant iſta meis malis.
Ego enim deos non lectos illicitos «
Amare puto. uinculaq; annectere manibus, «
Neq; dignum putaui unquam, neq; credam, «
Neq; alterum alterius dominum eſſe. «
Opus enim habet deus, ſi modò eſt reuera deus, «
Nullius. Poëtarum hi ſunt miſeri ſermones. «
Statui autem, quamuis in aduerſis conſtitutus,

Digitized by Google

Ne timiditatis accuſer alicuius, ubi mihi conſciuero mortem.
» Calamitatibus enim quicunq; non obſiſtit,
» Neq; uiri poteſt ſuſtinere telum.
Perferam mortem. Sed abeo ad ciuitatem
Tuam. gratiamq; infinitorum donorum habeo.
Sed enim labores infinitos geſtaui,
Quorum nihil omnino detrectaui, neq; ab oculis
Stillaui fontes: neq; credidiſſem unquam
Eò uenturum, lachrymas ab oculis ut eijcerem.
» Nunc autem, ut apparet, fortunæ ſeruiendum eſt.
Age, ô ſenex, meum exilium cernis.
Vides uero filiorũ eſſe me propriũ interfectorẽ meo
Da hoſce tumulo, & ornato cadauera, (rum.
Lachrymis honorans (me enim non ſinit lex)
Ad pectora applicans matri, dansq; in ulnas
Cruentem ſobolem miſerã, quam ego infœlix (tuos,
Perdidi inuitus. terra uero ubi occultaueris mor-
Habitato ciuitatem hanc, miſere quidem. ſed tamen
Animum obfirma mea pati mala.
O filij, qui procreauit & genuit uos pater,
Perdidit, neq; fruimini meis bonis,
Quæ ego præparabam ex laboribus per uim,
Bonam gloriam patris, uobis ſtragem honeſtam.
Teq; non pari ratione, ô miſera perdidi:
Quemadmodũ tu meũ coniugium ſeruaſti bona fide,

Longa

Longas exhauriẽs domi difficultates rei domesticæ.
Hei mihi ob uxorem, & liberos. eheu uero propter
Quàm misere factum? & disiungor (me,
A liberis, uxoreq; .ô amaræ osculorum
Iucunditates, tristesq; horum armorum societates.
Nescio enim, utrum habeam hæc, an dimittam,
Quæ lateribus meis alludentia, dicent hæc:
Nobiscum liberos interfeciſti, & uxorẽ. nos habes
Parricidas tuos. tamen ego ista brachijs
Feram? quid dicturus? sed nudatus armis,
Cum quibus pulcherrima feci per Græciam,
Inimicis meipsum exponens, turpiter moriar?
Non relinquenda hæc. miserè autem seruanda.
Vnum me quiddam Theseu adiuues, infœlicis canis
Deductionem Argos unà statue profectus,
Ex dolore quid liberorũ ne patiar, cum solus fuero.
O terra Cadmi, omnisq; Thebanus populus,
Tondemini, collugete, ite ad sepulturam
Filiorum, omnes uero uno ore lamentamini
Cadaueraq;, & me, omnes perijmus
Iunonis unà percusſi misera fortuna.
THE. Surge ô infœlix, lachrymarum sat est.
HER. Nequeo, artus enim riguerunt mei.
THE. Etiam fortes debilitant fortunæ.
HER. Eheu.
Hoc loco utinam fiam petra, immemor malorum.

THE.

Digitized by Google

THE. Define, da uero manum ministro amico.
HE. Verum sanguinem ne tuis abstergam uestibus.
THE. Absterge, parce nihil, non refugio.
HER. Filijs priuatus, filij instar habeo te mei.
THE. Da ceruici tuam manum, ducam uero ego.
HER. Par amicorum, sed alter infœlix.
» O senex, huiusmodi amicum conuenit parasse.
» AM. Quæ enim genuit hunc patria, fœlix est in sobole.
HER. O Theseu, retro me conuerte, ut uideã filios.
THE. Quod si quid iucundũ hoc habet, facile erit.
HER. Desidero. patris quidem pectora applicari mihi uolo.
AM. Ecce ista ô fili, mihi enim studes grata.
Sic malorum tuorum non amplius memoriam habes?
HER. Omnia minora illa istis patior mala.
AM. Aspiciet aliquis mollẽ existentẽ, neq; laudabe-
HER. Viuo tibi humilis, sed amplecti uolo. (rit.
AM. Valde inclitus Hercules ubi ille est?
HER. Tu qualis nam esses infra in malis existens!
» AM. Certe cõtra ꝓpositũ quauis re uincitur homo.
HER. Qui igitur dicis, quod uincor malis?
AM. Procede. HER. Vale ô senex.
AM. Et tu mihi fili.
HER. Sepelito, uti dixi, filios.
AM. Sed me quis sepeliet filij?

HER.

BIBLIOTECA

HER. Ego. AM. Quando ueniens?
HER. Vbi sepelieris tu filios.
AM. Quomodo? HER. Athenas accersar à Thebis.
Sed manda filios non asportabiles terræ.
Nos uero qui perdidimus uitijs domum,
Thesea perditi sequemur, ueluti scapha.
Quicũq; diuitias, aut potentiã potius quàm amicos
Bonos posidere cupit, male sentit.
CHO. Ibimus miserabiles, & luctuosi,
Optimos amicos qui amisimus.

HERCVLIS FVRENTIS FINIS.

BASILEAE, EX OFFICINA ROBERTI VVINter. Anno M. D. XLI.
mense Augusto.

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

